UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N. IV. 2. Th. 487 n.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANTIQVÆ LECTIONIS

Tomus II.

IN QVO PLVRA QVAM XX. ANTIQVA monumenta, nunquam edita.

Meginfredus Magdeburgēsis de sancto Emerano.

Arnolfus Comes à Cham & Vochburg de SS Emerano, Vvolfgango &c.

De sancto Lamberto Mart. Episcopo auctor σύγχρονος.

Panegyricus Vviponis ad Henricum III. Imperat.

Vdalscalcus de controuersijs Hermanni & Eginonis: vbi & Epistolæ Paschalis, Arnoldi, Eginonis.

S. Eberhardi discipulus de Episcopis Salzburg. vbi & vitæ S. Ruperti, S. Virgilij, S. Eberhardi, S. Hartvvici, S. Gebhardi.

De S. Ottone & Pommeranorum conuersione lib. 3. vbi & Epistolæ S. Ottonis, Paschalis, Calixti, Innocentij, Polizlai ducis Poloniæ; & Imbriconis oratio.

Arno Archiepis. Salzburg. sub Carolo Magno, de donis Ducum Bauariæ Salzburg. Ecclesiæ datis.

Priuilegium Philippi Regis pro Salzb.

Prüflingensis de S. Erminoldo I. Abbate Prüfling. prope Ratisponā lib. 2.

De S. Gunthero, S. Stephani regis Vngar. cognato, auctor σύγχρονος.

Collectio historica ex anonymo qui sub Alexandro Seu. Imp. vixit, Idacio, Toromacho, alijs; collectore Gallo quodam sub Carolo Magno.

ACCESSIT

MENOLOGIVM Græcorum ex Biblioth. & interpretatione Gulielmi Sirleti Cardinalis.

OMNIA NVNC PRIMVM E MANVSCRIPTIS EDITA, ET NOTIS ILLVSTRATA

Lib. Coll. Soc.tis Iesu AB Paderborn. Ao 1610.

HENRICO CANISIO NOVIOMAGO IC. ET SS. Canonum Professore ordinario in Academia Ingolstadiensi.

Cum Gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

INGOLSTADII

Ex officina typographica Ederiana, apud Andream Angermarium, ANNO 1602.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO DOMINO, Dn. QVIRINO LEONINO, SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, Protonotario Apostolico, Cathedralis Ecclesiæ Ratisponensis Præposito, Archidiacono & Vicario. Et Serenissimis Bauariæ Ducibus à consilijs &c. Domino & cognato suo obseruandissimo.

LICEAT MIHI REVERENDISSIME Domine, te alloqui ijs verbis, quibus Plinius Secũdus suum CANINIVM alloquitur: *Sum ex ijs, qui mirer Antiquos; non tamen, vt quidam, temporum nostrorum ingenia despicio.* Verè nostri æui magna ingenia laudo coloq; ; sed nescio, qui amor veneratioq; Antiquitatis facit, vt, si verum fateri velim, cogar ingeminare: *Sum ex ijs qui mirer Antiquos.* Et sanè impatienter doleo, quoties lego Trithemij, Photij aliorumq; Bibliothecas, videoq; etiam ante annos non multos, tam multa præclarissimorum ingeniorum monumenta ab ijs lecta, quæ nobis æternùm perierunt, eâ iniuriâ, quâ & hodie, hæ quæ supersunt reliquiæ perirẽt, nisi essent doctissimi quidam Antiquitatis vindices excitati, qui eruunt, ornãt; vno verbo, lucem vitamq; reddunt sepultis. Porro quia video te Reuerendissime Domine, paria mecum in hoc sentire; & ego *incipio ex hoc genere studiorum oblectationẽ petere, post iudicium tuũ viri grauissimi eruditissimi*, vt ore Pliniano tecum loquar. Cum verò primum Tomũ tam auidâ manu bonaq; mẽte acceperis, obligasti tibi & hunc secundum: cuius Auctores vel hoc nomine tibi debentur, quòd plerique in eo toti sint, vt illustrent Ecclesiam Ratisponensem, in qua tuo merito Præpositus es, de qua deq; vniuersa Dei Ecclesia quàm bene mereri cupias, testatur Clericorum seminarium S. Hieronymi à te Ingolstadij erectum, dotatum, & fundatum, quod nõ cessas sumptibus & liberalitate tua ornare, vt inde in Ecclesiam vniuersam fructus vberrimus redundet. Ita nimirum elogium hoc tuum est: BONO PVBLICO NATVS. Itaq; secundum hunc Tomum eâdem quâ primum, voluntate & studio suscipe, & me obseruantissimum tui amare perge. Ingolstadij Kalendis Martij, Anno M.DCII.

Plin. epist. 21. ad Caninium, lib. 6.

Plin. epist. 25. lib. 9.

Rmæ. Dn. V.
obseruantissimus
Henricus Canisius, cognatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CARMEN

AD NOBILEM, EXCELLENTISSIMVMQVE VIRVM Dn. HENRICVM CANISIVM NOVIOMAGVM I.V.D. NEC NON SS. Canonum in celeberrima Ingolstadiensi Academia Anteceſſorem, officij ac beneuolentię ergò à nobiliſſimo Domino Simone de Labricq; Domino de Lanoy in Goehen, Leodio, I.V. ſtudioſo conſcriptum.

OMnia Parca metit; paribus ſors cuncta tenebris
Condit, & alternas cogit obire vices.
Ach! etiam Muſas æternùm viuere dignas
Inſequitur lento mors inopina pede.
Nec quæ digna libris, nec libri à morte quieſcunt;
Eripiunt vitam fata voluminibus.
Iſta vides CANISI, & contra ſtas vindice pennâ,
Eq; ſuis tumulis Nomina docta ruis.
Et veluti Maia genitus de triſtibus vmbris
Vmbras ſubſoles, ac in aperta trahit,
Sic tu tabifero raptos de puluere libros,
Et blattas calamo vlciſceris, atq; ſitum.
Eſt operi merces: famam, quam reddis, habebis;
Cedet & in partes laus aliena tuas.
Quin ventura tibi quondam omnis concinet ætas:
Viuat, qui vitam pluribus ipſe dedit.

AD

AD LECTOREM.

HAS coniecturas tecum communicatas volumus. An Meginfredus hic est, quem Trithemius in Chron. Hirsaugiensi anno M.X. monachum FVLDENSEM, celebremq; Chronographum, eiusq; laboribus se plurimum adiutum asserit? Certe annus M.X. eundem suadet, potuitq; fieri vt Fulda Magdeburgum ad Præposituram sit adscitus.

Arnolphus Comes, qui & ipse sub Henrico Sancto & Conrado Salico floruit, Comes Vogburgensis & Marchio de Cham fuit. Illustris ergo hic, qui merito ad commendationem totius Boicæ faciat, tam illustres fuisse tam doctos eo æuo.

Auctor vitæ S. Lamberti testatur se scribere quæ audiuerit à famulo qui S. martyrio interfuit. An diuinare licet, quisnam hic auctor? An Godescalcus Ecclesiæ Leodicensis diaconus? Sed sit hæc, quod est coniectura mera. Post Godescalcum scripsit Acta S. Lamberti Stephanus Episcopus Leodicensis, post hunc Sigebertus Gemblacensis, deinde Nicolaus canonicus S. Lamberti, demum Rainerius monachus. è quibus tantum, Stephanum & Nicolaum reperiri ait Molanus. Si ergo hic noster auctor, Godescalcus non est, habemus sextum peruetustum qui Acta eius scripserit.

VVIponis nomen ne fando quidem antehac inaudiueram: de quo hoc tantum ex Vrstisio scio, fuisse Henrici III. Sacellanum, & de vita Conradi II. Henrici F. scripsisse historiam, quæ adhuc in abdito alicuius Bibliothecæ latet.

Vdalscalcum sicut & VViponem ex m. s. codicibus monasterij SS. Vdalrici & Afræ Augustæ habui. Quis autem Vdalscalcus, quis Hermannus & Egino fuerit, docet Bruschius de monasterijs.

De Episcopis Saltzburgensibus auctorem posuimus S. Eberhardi discipulum, quod in vita S. Eberhardi ipse testatur, & in vita S. Ruperti cap. 4. constat vixisse anno 1186. Si quis tamen velit hanc non vnius sed pluriumauctorum collectionem, cum hoc non contendo.

S. Ottonis Actorum (quæ Baronius tantopere desiderauit) auctorem vocaui σύγχρονον, quia ait, se scribere quæ audierit ab ijs qui gestis S. Ottonis interfuissent. Molanus in Martyrologio 30. Septe. inquit, vitam S. Ottonis 4. libris conscriptam ab Andrea Abbate extra Babenbergam ad Boguslaum Principem Pomeranorum circa annum 1500. Vbi tamen, si vis, vt præcocem coniecturam promam; numerus annorum mendo peruersus videtur: & mire blanditur hæc coniectura, vt numeros ab ann. 1500. ad 1050. siue 1150. quo Boguslaus etiam quidam, opinor, vixit, reuocemus. Sed cum Boguslai plures fuerint, & hoc nomen genti Pomeranorum familiare, alium adhuc tibicinem huic coniecturæ conquiri velim. Quid si hic noster auctor sit Andreas ille; & quartus liber sit de miraculis, quæ hic non?

Arno is fuit quem Salisburgēses decimum Episcopum, Archiepiscopum primum numerant: de quo hanc coniecturam tuto pro certa videor posse asserere, fuisse legatum à Carolo magno ad quæstionem Romæ habendam in eos qui Leonem Pont. excæcarunt. Fidelissimi missi, *inquit Anastasius bibliothecarius*, qui cum venerunt in Pontificale obsequium, videlicet Gildivaldus & Arno reuerendissimi Archiepiscopi, *Etiam alio tempore Romam missus.* Arnonem Archiepiscopū misimus, *inquit Carolus Magnus* in Capitul. lib. 7. c. 187. ad Leonem Apostolicum, vt inter cetera quæ ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, vt quicquid super his definiēdum esset, Apostolica auctoritate à nostris Episcopis regulariter sopiretur.

piretur. Deniq; hic est qui testamento Caroli M. interfuit, eumq; Eginhardus Arn. vocat, quo nomine & hic non semel appellatur.

Pruflingensis & auctor vitæ S. Guntarij, qui fuerint, ipsi satis indicant. Sunt è m.s. codicibus monasterij in inferiori Altaha.

Auctor ille qui collectionem illam chronographicam confarsit, quis fuerit, nescio: hoc constat ex prologo lib. 6. sub Carolo M. vixisse. Et vt de auctoribus, quos ipse in hanc collectionem coëgit, aliquid dicamus, apponam de Anonymo iudicium nobilissimi Marci Velseri: Primum librum percurri. qui licet innumeris mẽdis scateat, luce tamen dignissimus est, saltem propter antiquitatem: cum decimo tertio Alexandri Cæsaris anno scriptum esse non vnus locus moneat. Quãti putas Baronius vnum illum capitis 17. testimonium æstimet, quo auctor annum à Passione Christi 206. in Alexandri 13. incidere testatur! cum enim Christum anno 30. passum asserat, fit vt ad hanc rationem decimus tertius Alexandri, Christi sit 236. quod plane cum Baroniana chronologia conuenit. Et tute scis, quàm pauci hoc genus testes ex tam alta antiquitate supersint, quo diligentius curandum, ne illi ipsi nobis pereant. Hæc nobilissimus Velserus.

Idacius Episcopus Hispanus scriptor, quem è m.s. Vaseus promisit se editurum, meminit in Hispaniæ chron. c. 4. item an. 420. vbi ait eum chronicon scripsisse à primo Theodosii consulatu vsq; ad an: 490. quod à S. Ioan. Chrysostomo auspicetur, à Sigiberto Lemicæ Episcopum nominari; ille suspicatur, Lamecæ legendum. Mihi non videtur incredibile eum esse, cuius nomen Isidorus de viris illustribus posuit, quem Honorius corruptè Anicium appellat. quanquam Chronici ab eo scripti neuter horum meminit. Idacium m.s. Sauaro in Sidonium sæpe laudat.

De Thoromacho aliud non constat, quàm illum Græcè scripsisse. de quo in libro 6. ea quæ omittimus, iam sunt edita in appendice ad Gregorium Turonensem. Scaliger quidem de emend. temp. non semel continuatorem illum Gregorii vocat Fredegarium, sed, vt apparet, tantum coniectura, nulla codicis scripti auctoritate

ritate. Vt autem & eos nominemus, quorum ope m. ſ. codices nacti ſumus, habuimus illos partim è collegio Societatis Ieſu; Ingolſtadii, partim ab Andrea Schotto ſociet. Ieſu. & ab admodum Reu. Dn. Georgio Lautherio, viro in omni eruditione celeberrimo & de hoc genere ſtudiorum optimè merito: pleraq́, autem beneficio nobiliſſimi Marci Velſeri Duumuiri Auguſtani, de quo quid aliud dicam quàm illud Plinii? Alius aliud, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ manſureq; famæ præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cum futura gloria viuit.

Plin. lib. 9. Epiſt. 3.

Et hic tomus II. Antiq. Lect. ſtudio Clariſs. viri Henrici Caniſii IC. è m. ſ. codicibus, bono publico edatur. Ingolſtadii 14. Calend. Maii. Anno M DCI.

PETRVS STEVARTIVS SS. Theologiæ Doct. Profeſſor, & Collegij Theologici pro tempore Decanus.

MEGINFREDI MAG. DEBVRGENSIS MAGISTRI ET PRÆPOSITI DE VITA ET VIRTVTIBVS B. EMMERAMMI LIBER VNVS nunc primum ex m. s. editus.

PROOEMIVM LIBRI DE MEMORIA *B.E. ET EIVS AMATORVM.

* Beati Emerami.

INTER cætera Mysteriorum cœlestium Sacramenta, veteris legis testantur scripta, quod ad ædificationem tabernaculi Principes tribuum, & ditiores quiq; in populo DEI pretiosa diuino iussu, obtulerunt donaria. Quorũ piæ oblationi & pauperiores eodem præcepto conducti, indices mentium deuotarum, etiam pilos addiderunt caprarum. Quid autem noua lex super hac re contineat, seu qua conuenientia priscæ respondeat, Christus in Euangelio suo palificat; qui duo pauperis viduæ minuta prætulit his, quæ diuites iactabant, seu in gazophylatium mittebant. Quod quidã vir officio Apostolicus & merito, egregia prædicatione quasi de cœlo intonans, breuiter perstringendo exposuit, dicens: Regnum cœlorum valet, quantum habes. Cui scilicet sententiæ concordat, quod sacra Scriptura aliâs clamat: Cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

Exod. 35.

Marc. 12.
Luc. 21.

Luc. 12.

Vnde is, qui multum habet & illud Apostoli diligenter attendere debet: Qui gloriatur, in domino glorietur. 1.Cor.1. Qui verò minus accepit, id ipsum minime ducat negligendum; sed de eo pro posse & nosse conetur elaborare aliquid quod vtile sit. In quo haud segniter exequendo quicunq; diuino muneri reuerentiam exhibuerit, debitum exactionis persoluit Scripturæ, quæ dicit: Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Ex ipsius quippe donis, qui largitor est omnium bonorum, accepimus, si quid ei piè dignéq; afferimus, vel si in aliqua re votorum nostrorum redditionem exsoluere poterimus. Hinc & Iacobus Apostolus, eorundem processionē donorum commendans, ait: Omne donum desursum est descendens à patre luminum. Ad cuius illuminationem Psalmista nos approquinquare exhortatur dicens: Accedite ad dominum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur: Verè ad eum accesserunt, qui dono illius illuminati, Ecclesiastica factis & verbis tractando Sacramenta, illam faciei metuerunt gloriam, quā ipse Sol Iustitiæ visione sua parauit electis sempiternam. Horum quippe exemplis & doctrina, dum voluitur huius mundi rota, Christus gratum in suis arboribus inueniet fructum. Quem quia velut inutilis stirps, in mea arbore non habeo, timeo mihi valde, ne paterfamilias sterilitate prauitatis meæ offensus, dicat, Luc.13. Vt quid occupat terram? Succidite eū & mittite in ignem. Quem reprobis terribiliter paratum & à peccatis meis, prō dolor, sæpe comparatum, vt effugere possim, inter fluctus cogitationum æstuanti occurrit animo, hoc optimum fore remedium, quo non cessem quærere præsidia Sanctorum, sedulo laudibus inhærendo eorum; vt & ipsi apud misericordissimum dominum, dignentur mihi veniam impetrare delictorum. Sed

Iacob.1

Psal.33.

Psalm.75.

Sed fortassis dicit aliquis, Quid ad te? potuit euphoniæ officio vsq; in diem & horam qua Deo dilecti Martyris casæ restitutum * etsi insensibile præsentiam domini sui * sensibus humanis se sentire indidit, ac dulciter vniuit.

Vere tua Christe hæc sunt opera, qui crederis & es æterni patris sapientia. Cui Dauid corde iubilans clamat, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Et iterum: Auditui meo dabis gaudium & lætitiam; & exultabunt ossa humiliata. Cuius desiderio delectatus, nomini tuo credentes, in fine Psalmorum, ad perfectionis laudes prouocans, ait: Laudate dominum in cymbalis bene sonantibus; laudate eum in cymbalis iubilationis. Ecce humanæ salutis amator, generis nostri factor & reparator, qui etiã benignus es super ingratos & malos; per parua ac insensibilia, operaris magna, nec non mirabilia, vt homines cordatos benedictione tua efficias coaptatos. Hanc siquidem, qui aure cordis perceperint, & in eius obauditione vsq; in finem perseuerauerint, minime pauebunt in die nouissimo, nec aures eorum tinnient ab auditu malo, quando inimicus exultans super interitu impiorum, se iactauerit dicens: Prævalui aduersus eos. O Iesu bone, quid nos peccatores ibi dicturi sumus, vbi vix iusti saluabuntur? Non est nobis spes altera, nisi quam definit ille tuus electus Psalmista, qui fuit Rex & Propheta, totis medullis ad te clamitans cordis: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Quam in tuo nomine, dum tempus est misericordiæ, à Patre postulandam didicimus per euangelicam doctrinam. Sic enim tuum ô veritas habet Euangelium: Ambulate dum dies est, ne tenebræ vos comprehendant. Dũ lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis: Et illud excusationis humanæ excluſorium diligentissimè adtendendum,

Psalm. 30. *Psalm. 50.* *Psalm. 150.* *Psalm. 118.* *Psalm. 12.* *Psalm. 141.* *Ioan. 12.*

Matth. 21. Ioan. 15.

necnon intimis suspirijs annitendum ; Quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petimus ergo ad te conuersi Pater Domini nostri Iesu Christi, vt in nomine eiusdem vnigeniti tui, cuius caritatis Beatus EMMERAMMVS Martyr tuus imitator exstitit singularis, ineffabili & solita circa peccatores vsus clementia, confitentibus & confessis dimittas impietatem cordis; ac infundas vnctionem tuæ vberrimæ consolationis, nec non confirmes in nobis opera diuinæ miserationis; vt quod in hoc sæculo dulce ac delectabile videtur, timoris tui reuerenda consideratione amarescat: & quod amarum; dilectionis tuæ suauissima speculatione, dulcescat. Sicq; dum ipse voluitur mundus, à lapsu & amore peccatorum, te resuscitante, surgamus, ne in fine sæculorum, cum omnes homines resurrexerint cum corporibus; in æternum confundamur ac puniamur: Sed emptitij serui nunc cum collibertis, gratia tua digni effecti, tunc etiam tuis cum amicis semper mansuris deputati gaudijs, securi videamus Dominum Iesum filium tuum liberatorem & Episcopum animarum & corporum nostrorum, Iudicem iustum viuorum & mortuorum, tecum viuentem atque in vnitate Spiritus sancti regnantem, per immortalia sæcula sæculorum, Amen.

AD PROVISOREM SANCTI EMMERAMMI *QVID DEBEAT IPSI ET RATIONI* *P. A.

* Purchardus Abbas. Vide notam.

DOMINO Purchardo ad optima quæq; haud tardo, pro paterna quidem dignitate reuerendo, ac plurigena probitate diligendo, * Arnoldus adprime sibi vtpote abbati, exin cæteris merito suppositus; verun-

* Arnolfus Comes de Cham & Vochburg

veruntamen rebus monasterij præpositus; quicquid fidelis domino seruus, seu magistro discipulus. In primis cum Beatissimi Martyris Emmerammi patrociniis non ego solus, sed etiam mecum eius generalis monachorum cœtus gratificatur Deo, ante hac misericordiam suam multipliciter paruitati nostræ impertito, nunc verò solita clementia circa nos manifestius vso; In hoc procul dubio, quòd vos tali de loco destinauit ad nos, in quo hactenus ipso donante & sanctissima virgine Maria adiuuan- [illegible] abundant patres ac fratres, siue apud Dominum siue apud seculum valde nobiles & laudabiles, qui cum ratione, sua nouerunt. & [illegible] Vnde & ego vltimus veræ ration[illegible] sub regimine, proband[illegible] præsentem scribere epi[illegible]iam: quæ quamuis i[illegible] eæ historiam partim videatur continere, tamen in [illegible]nemate prænominati nec non sæpe nominandi Patroni nostri dulcissimæ tota famulatur memoriæ. Igitur libris in diuinis legendis & intelligendis, peccatis meis facientibus, admodum fui segnis; &, vt verum fatear, adhuc non sum indemnis. Cuius emendationem vitij, vt cæterorum, cùm habere possem, exemplis maiorum; impedimento erat, NOLLE; & abusiuum illud, quod dicunt, NEGLIGERE. Quadam autem die quendam è fratribus; concretũ & conscholasticum meum, præsente me, aculeum mortis contigit obire. Is ergo in ipso mortis articulo quid viderit, etiam non loquens astantibus patefecit. Nam cum leuatum è lecto humi deposuissemus, primum brachiis quasi contra aliquem reluctatus, demum ad sinistram acutissimè flectens [illegible]tus, adeo abhorrebat à facie inimici, vt oculoru[illegible]sione capitisq; auersione ac impulsu, vt gestum [illegible]rimam, capitali, penè loco sibi astan-

monachus S. Emmerammi, Præpositus & Magister.

tes propelleret: & vt patefaceret, quantum Christi fides valet, vbi meritum habet, quantumue deest, vbi mortua est; nisu quo potuit dextram manum extendit, signum salutis facere volens; sed exprimere minime valens, subita concussione contremuit, ac pallore obductus irriguit. Sicq; exhalauit. Nos verò singultibus, psalmodiam intercipientibus, omnes pariter in luctum conuersi sumus. Quis enim ibi non fleret, vbi quisq; infirmitatis propriæ intra conscientiam commonitus, vix effari posset præ fletibus? cum & ego post annos aliquos, teste Christo, haud absq; gemitu & fletu hæc scripserim, memoriæq; tradiderim. Iuuenis namq; floridus, frater etiam coætaneus, in puerili lasciuia consentaneus, super quo innitebar baculo arundi[illegible] est mihi in colubrum, ita vt fugerem. I[illegible] abstertis subduxi me, quibus eatenus, ob gloriolam seculi, adhæsi libris paganis; & saniore consilio implicabar diuinis. Tunc primum cœpi discernere, quæ distantia esset inter lucem & tenebras, inter dominum & Belial. Tum quoq; aliquantulum ad me reuersus, ex parte collegi, qui fuerint scriptores Ecclesiastici. In quorũ varietate pulcherrima enotaui, beatissimum Christi confessorem HILARIVM alti cordis virũ: quàm longe sit à lectione simpliciorum fratrum: Ambrosium: quàm disertus & orthodoxus: Ioannem Constantinopolitanum: quàm iucundus & aureus: Gregorium Nazianzenum: doctor quàm mirificus & anastasificus: Hieronymum: quàm breuis & rectus: Augustinum: quàm facundus & profundus: Gregorium Papam Romanũ: quàm dulcis & clarus: Isidorum Hispanum: quàm succinctus & distinctus: Hi siquidem & horum præcessores & successores valde venerabiles & vtiles operatores iam abundanter hauriebant è fontibus Saluatoris, quæ dulcissima

Esai. 12.

carita-

caritate propinarent nobis. Quorum cum legissem opera, quæ peritissimis probabilia, mihi vero pro captu meo videbantur etiam mirabilia, auctoritate simul & venusti sermonis dulcore delectabar. Sed contrariò admodum amaricabar in gestis videlicet domesticis clarissimi patroni nostri Emmerammi Martyris dudum à quodam, qui se * CIRINVM & HEREDEM nominat, Frisingensis Ecclesiæ Episcopo, vt puto rectè scriptis, ante nos autem maiorum negligentia deprauatis. Quæ cum, Abbate id petente, fieri quoq; permittente, simplici animo emendare vellem, & in confusionem loci nostri diutius incorrecta stare nollem, consurgunt aduersum me quorundam animi fratrum dicentium, haud æquum, à me dictis antiquitatis quid addi vel minui; maxime cum hæc peritiores ac perfectiores omiserint. Quibus videtur probum meapte sic temperare responsum, Quare illi hoc fecerint, immò, quod vtile fuit hac in parte non fecerint, à vilitate mei temerarium est discussum iri. Hoc tantum dixerim pace eorum & omnium bonorum, quia non solum nouis vetera licet mutare, sed etiam, si sint inordinata, penitus abiicere. sin vero ordinaria, sed minus vtilia, cum veneratione sepelire. Et quia dispensatione diuina, à præcedentibus multa relinquuntur sequentibus, in quibus possint mereri alicuius aut admissionem aut remissionem peccati. Quod cauendum huiuscemodi simplicitate, seu, quo verius dicam, stoliditate, etiam rustici nos monent, qui peccare illos putant, qui arbores succidant, in quibus Pagani augurari solebant. Quid plura? cedens æmulis ad tempus, per Abbatis imperium abripui me in SAXONIÆ exilium, portans mecum in libello suo sanctum Emmerammũ, qui suum me voluit esse seruum. Ibi me simulando scire, quod nescio, MEGINFREDVM PAR-

* *Cyrinus scriptor vitæ S. Emmerammi: male autem & Surio appellatur Episcopus Ratisponensis. Vide Notas.*

Meginfredus Magdeburgẽsis magiſter.

PARTHENOPOLITANVM Magiſtrum, pauculis beneficijs, paraui mihi amicum. Hunc cum audirem frequenter diſputare ſapienter, mirabar eius ingenium; ex quo & ipſe agnouit meum ſtudium. Inter familiares autem conſermocinationes, ſtylum eius agnoſcens, & propoſitũ fixum animo tenens, poſtulaui ab eo, quo pro pignore amicitiæ nouũ patrono noſtro librum minus pigritaret cudere. Quod cum ille renueret, quaſi ſuæ nõ eſſet poſſibilitatis, & ego opponerẽ debitum caritatis, ipſe verò maiori excuſatione noſtris id melius aſſereret cõuenire, & è cõtrario referrẽ, pene eſſe naturale ciues ciuib' inuidere; tandẽ victus, voluntati meę, imo B. Emmerãmo animũ ſubſtrauit. Vt autem acceleraret me rogante, reſpondit ſerena fronte, Summa diligentia in latibus probandum, quod extra parietes multorum oculis foret præſentandum. Hac, vt opinor, occaſione tribus annis opus mihi chariſſimum remanſit imperfectum, dum temporibus HENRICI Auguſtiſſimi eſſet cœptum. Regreſſus ergo ad monaſterium è SAXONIA, ferebam mecum beatiſſimi Martyris hymnum, quem mihi pro arrabone libri ſaltim vel verſiculum poſcenti, præfatus magiſter metro compoſuit Saphico. Demum CHVONRADO imperante, & nihilominus HEINRICO filio eius regnante; GEBEHARDO autem ſecundo RATISPONENSEM Eccleſiam regente, in aduentu veſtro, ſæpiſſimè optatus atq; diu expectatus venit libellus. Cuius vniuerſitas beato deputetur Emmerammo, materia CIRINO, renouatio MEGINFREDO, exactio peccatori ARNOLDO; vſus, oculum inuidiæ non habentibus; vitæ præmium, omnibus, eiuſdem dilecti DEO Martyris memoriam excolentibus. Pro cuius cultu mea exhibitione modico, debito ſui permagno quid mihi acciderit vel qualis conſolatio euenerit

paucis

paucis edicam. Erat quædam necessitas, pro qua in PANNONIAM me direxerat meus Abbas. Cumq; periclitarer sæpius in profundis DANVBII decursibus apud POGICAM charybdin, vbi videtur mortis esse hospitium; maximũ experiebar periculum. Ibi enim nautę maiores arripientes remos, quasi viribus suis nauim euecturi de abrupto fluminis, in tantam venêre desperationem, vt mutuo se intuentes, ac nec mutare valentes, præ timore mortis penitus irriguissent. Tunc osculatus CRVCICVLAM, quam habui ex ceruicibus pendentem, reliquias Martyris de cambota continentem, cogitationes huiusmodi intra me voluere cœpi. Putas ne late notus patronus, hodie pro salute hîc experiend⁹? Mox nauis ceu aliquo minitãte tremefacta, & interitus puteo iecta, renatabat, nemine ducente, imo domino regente. Tum cursu prosperato tertia die aduehebar PANNONIÆ solo. Qua me ANASTASIVS Archiepiscopus cæteris susceptit humanius, & affatur familiarius. Is cum beati Emmerãmi veterem illum & viciatum legeret librum, materiam probauit cum sententijs; sed harum seriem cum veste reprehendit pondere rationis. Apud quem sex hebdomadas manens memoriæ sanctissimi patroni antiphonas aliquantas cum responsorijs composui, non tam fretus ingenio, quam dedito laudibus Martyris animo. Has præfatus Episcopus monachos & clericos suos fecit discere, & in Ecclesia die ipsius natali publicè celebrare. Secundũ quod scriptum est: Recedant vetera de ore vestro: deponens ve- 1. Reg. 2.
terem illius cantum, quem nostri potius cantant ex antiquitatis vsu, quàm vllo auctoritatis ausu. His ita equidem gestis in PANNONIA, & legatione, pro qua directus eram peracta, NORICVM repetij, & in ea reuisens RATISBONAM satis charitatiue suscipiebar à fratrib⁹, quibus & hoc digneturreddere dominus. Hic cum de sancto Emmerammo

dulce clarumue quiddã aut audire aut videre ſummo deſiderio quæritarem, per ſomnum viſionem accepi talem. Beatus Emmerãmus pallio quaſi viridi velatus, meridiana parte ante fores Eccleſiæ, videbatur mihi iacere in lecto bene ac decenter ornato. Quem vt fratres Eccleſiam intrare volentes viderunt, timore perterriti receſſerunt. Ego autem ſolus relictus adeò fui curioſus, vt ad gradus, iuxta tres arcus, flexis genibus in eum intenderem, donec vultũ detegeret, aclatino ſermone diceret, Tibi cõceditur videre faciem meam; quia in laudibus meis ſudaſti. Cuius cum viderem, valde candidam & ſplendidã faciem, nullatenus dicere poſſum, quàm magnum cordi meo fuerit iubilum. Hoc tantum tacitus mecũ reputabam, Fortaſſis in die nouiſſimo pro me dictur⁹ eſt Chriſto, Da mihi hunc peccatorem. In quo tunc experrectus, & adhuc, vt fatear, nequam ac nõ rectus, ne iocundæ viſionis gaudia, prępediant peccata mea, apud eum cuius melior eſt ſuper vitas miſericordia, obtinere cupio prece veſtra, nec non patrum & fratrũ oratione continua. De cætero quod inſtat, epiſtola concluſionem poſtulat; in qua vos ignorare nolo, quod antiqu⁹ operis huius ſcriptor librũ ſuum finit in eo, quod voluminide miraculis beatiſſimi Martyris, hoc & anteriorib. tribus diligentia mea enucleatius poſitis, pro capitulo datum eſt quarto. Quę verò ſequuntur auctoritate veſtra cõtra ęmulos defendẽda, humili adſcripſi ſtudio, vno tantum ordine prępoſtero, ob ſimilitudinem rei interpoſito, pro memoria mei, & eorum, qui mecum in monaſterio memores eſſe potuerunt factorum ob Chriſti Martyrem ſignorum. Ad quæ & ad cæteras eius laudes propagandas, Vita veſtra vigeat; Dignitas polleat, Paternitas valeat, Dño donante, Amen.

Pſalm. 62.

EXPLICIT EPISTOLARIS APOLOGIA DE RATIONE VEL VETERVM IMMVTATIONE.

INCI

INCIPIT EPISTOLA ET PROLOGVS, MEGINFREDI PARTHENOPOLITANI MAGISTRI ET PRÆPOSITI AD Arnolfum S. Emmerammi Monachum eundem & Præpositum atque Magistrum.

KARISSIMO SVO *A. M. SALVTEM IN CHRISTO.

*Arnolfo Magistro.

SANCTORVM dicta, quæ videntur simplicia, viuifico fœcunda spiritu, pondere veritatis religiosa, non illice compositionis sunt astu pomposa. Quæ quando incommutabilium sunt signa virtutum, neq; fauor eis nutrit meritum, neq; indignatio detrimentum; quibus velut ex sanctitate fluxit dignitas, ita ex rerum existentia venit integritas: quorum sicut compositio spiritualis, sic potentia mirabilis, dum per eadem locutionis membra & ad genituram imaginis DEI gremiũ fidei maritat, & per fidei sinum indurat. Vnde coniicere possum frater, quàm vera debeatur sanctitati religio, quàm sancta veritati confessio; ne videar vel in spiritum esse præsumptor, vel in simplicitatem impostor. Sed quia mihi dilectio tua pondus imposuit, quod beati Martyris & Pontificis Emmerammi desiderio libenter subiui, & ab ipsius sanctitate & sanctitatis eius scriptore veniam quæro; quatenus illius me reuerentia cultorem, istius sapientia dignetur imitatorem. Equidem si sanctorum gesta non possumus imitari, licebit saltem meditari, licebit mirari, quod volumus, vt quandoq; liceat velle, quod miramur. Non enim est circumscripta diuina misericordia, quæ iuuat etiam vbi nulla sunt merita. Proinde flagito quate-

nus orationi meæ ſuccurras, ne vel profeſſio mea debilitata ſuccumbat, & per occaſionem imperitiæ, pia voluntas inuidiæ dentes imbuat. vnde & tecum latere deſiderat, ne in publico erubeſcat. EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT PROLOGVS.

MILITIAM Chriſti licet varius pugnandi modus exerceat, diuerſa triumphandi gloria coronet, par eſt tamen diſciplina, ſimilis affectus, eadem forma; quomodo ſui Regis impreſſi patientiæ ſigillo, ad ipſum inrequietis anhelantes animis ſimilitudinẽ ſuam, ad vnam faciem primæ pietatis inſtaurant. Vnde Patriarchæ & Prophetæ latores legum, victores Regum, Eccleſiam noui Teſtamenti per mediatorem Ieſum Chriſtum, in vnum corpus aduniendam benedicendo, piæ prolis ſucceſſionem ſancti Spiritus oraculo & veræ profeſſionis organo de longe ſalutant, vt varijs aut verborum, aut rerum oſtentis exprimant, quos ſibi videlicet moribus concordes futuros eſſe præuiderant. Inter quos & ſanctos Martyres per exemplum prẽteritorũ, aliqui ita deſcribunt, vt ſole luceat ſplendidius, quod in omnibus vnus fuerit ſpiritus. Hi ergo per contemptum cognati doloris & amaræ necis, ad thronum æternæ charitatis familiarius aſpirant. nam inter cruciatus libera ſpei contemplatio, pro difficili conditione proceſſit ad altitudinem glorię. Quare ſi ab illis tantum venerationis habuerunt, cùm adhuc non eſſent; quid à nobis habituri ſunt, qui doctrinis eorum & exemplis inſtituti cotidie patrocinijs fouemur. Ex quibus beatus Pontifex Emmerammus, auream in ſeculo famam dereliquit, qui pro fratre ſuo pretioſum ſanguinẽ fudit. Et vt duplex pietatis foret auctoritas, crimen alienum innocentiæ ſuæ impoſuit, quatenus eum liberaret à morte corporis, quem antea ſuſtu-

lerat

lerat ab interitu mentis. De cuius moribus, certamine, triumpho, & meritis, quod scriptis & recenti memoria nobis potuit peruenire, futuris temporibus prouidemus.
EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI.

QVOMODO *beatus Emmerammus apud Pictauium nutritur, ac literis eruditur, & vniuersis factus est amabilis.* I.

Quod post pueritiæ flores, & adolescentiæ bonos odores pro morum maturitate sublimatur episcopatus dignitate. II.

Qualiter semetipsum palæstra virtutum exercuit & subditis & cæteris harum exemplar demonstrauit. III.

Quia non contentus cura ouium commissarum alias duxit in ouile Dominicum, & insuper pro nomine Christi desiderauit peregrinari. IV.

Quod post nobilem animi disceptationem exul veniens in Baioariam intrauit Radasponam. V.

Quod à Principe Pannoniam petendi licentiam postulauit, & hanc non obtinens dispositioni diuinæ animum supposuit. VI.

Qualiter Noricam adhuc in fide nouitiam excoluit & post triennem in ea laborem, Romam ire disposuit. VII.

Quod dominicæ dilectionis exemplo alteritatis onera suscepit, & per Spiritum prophetiæ Ecclesiasticis ventura prædixit, sicq; iter suum Romam direxit. VIII.

Quod Ducis filia est sceleris publicata, & quia Lampertus virum DEI *est persecutus, pro inobedientia multatus est grani sententia.* IX.

Quod Præsul almus celebrat hymnos, & sermone confortat discipulos. X.

XI. *Quod Tyrannus Sanctum* DEI *merdaciter excipiens, tradidit suis puniendum, & de fuga comitum.*

XII. *Quod vir* DEI *membratim sectus est, & quod duo è carnificibus per pœnitens cor saluati sunt, & Vitalis Presbyter.*

XIII. *De miraculo in membris viri* DEI *facto, & exitu Sanctæ illius animæ, & quod apud Aschein sepultus est, & de natura orbis mutata.*

XIV. *Quod per reuelationes ordine mirifico ad Hiatoscopolim id est Ratisbonam, est translatus, ibiq; honorificè est humatus, & quia pax ætheris redijt.*

XV. *Quomodo hi tres interierunt carnifices, & eorum dominũ qualis pœna ceperit, seu qua miseria posteritas eius affecta sit.*

XVI. *De miraculis locorum sectionis & vocationis.*

INCIPIT LIBER DE VITA ET VIRTVTIBVS B. EMMERAMMI.

CAP. I.

EST in Aquitaniæ partibus vrbs virorum illustrium titulis celeberrima, nomine PICTAVIS, in qua B. Emmerammus sinu Christianorum parentum est nutritus, & ad discendas sacræ institutionis literas scholis traditus: vbi quàm docilis fuerit, finis disciplinæ, virtus, & virtutis socia dignitas ostendit. Nã in ipsa simplicitate, sic puerilis collatio mentem ad alta scripturarum suspendit, vt cunctorũ æstimatio, quid esset futurus, præsagiret, cunctorum oculi notarent, omnium affectus diligeret. Hic tamen oblatus ex patria, fauor, sic ab eo prudenter accipitur, & acceptus augetur, vt nec humilitas minueret gloriã, nec grauitas excitaret inuidiam.

Suc-

II.

Succeſſit igitur in tam perſpicaci puero felix adoleſcentia, & incrementa temporum florent incremento virtutum; & præuenit virum maturitas morum. nam collactanea teneritudinis eius prudentia facile ſuadebat iuueni, rationis pondere, tranſitorium omne quàm fuiſſet leue. Vnde factũ eſt, vt nec ad ſpem & gaudia mundi inclinaret oculum, triſtitiam quoq; vel metum nullius haberet penſi. Quare fuit & in correctione amicorum liber animus, dulcis exhortatio, moderata locutio. Tum præterea pretium cordis, commẽdat pulchritudo corporis, & ſuauiſſima dona ſapiẽtia præbuit ex honeſtiſſimo ferculo. His ornamentis conſpicuus, per Eccleſiaſticos gradus aſcendens vir Dei, poſt dilectionem meruit reuerentiam, donec diſponente Dño, conſenſu cunctorũ, morum cuſtos & exemplum vitæ ordinatur Eps.

III.

Diſpoſita verò in ſublimi lucerna, quibus radiis effulſerit, qua ſerenitate patriã illuſtrauerit, omni orationi materiam dabit. Igitur & quis erga ſeipſum, deinde qualis ad ſubditos, & ad cæteros fuerit proloquamur. Duplicem cuſtodiam corpori, duplicẽ menti diſpoſuit. Nam ne lex corporis eneruaret legẽ mentis, & plena voluptas exhauriret vbertatem cordis, continuo ieiuniorum & vigiliarum præſulatu præuidit. Porrò lectionis & orationis vicaria ſucceſſione, & expatiantis animi diſcurſus inhibuit, & ſuggeſtionis aduerſæ militiam excluſit; & inter agendum quid, ſolennis ei ſemper ad vtrumque fuit opus pſalmodiæ dilecta materia. ſane ſingularis pauperum theſaurus, pupillorum pater, refocillatio ſenum, viduarum vnicus, deſperatorum ſpes, medicina languentium, miſerorum confugium, ſic hoſpitalis, vt neque manum à munere domus exhauſta retraheret, neq;

neq; frequentia frontem rugaret; dum venientibus & animæ delicias affatim, & naturæ debita præberet. Ad excubias commissi gregis peruigili sollicitudine porrectus, aditum tetræ rapacitatis ita pastoralibus armis obsedit, vt per vicos singulasq; domos fidelium cœlestis discursus sideris tenebras reuerberaret & erroris.

IV.

Nullus erat locus tam vilis, nulla persona tam humilis, quocum non declinaret salus animarum, redimentē tempus ne ad horreum domini vacuus rediret. Sufficeret hoc quibusdam non immeritò, si circumscriptum sibi terminum cultura sacerdotali tam diligenter ambiret, verum illi tanta sedulitas dominicæ messis inatsit, vt adiacentes GALLORVM aliarumq; gentium prouincias ad littus solidę conuersationis hamo Petri attraheret. Quapropter frequentabant sedem eius religiosæ simul & indifferentes personæ complures, quas odor aromatum eius à remotioribus locis adduxit, quibus fidelis dispensator ad mensuram cuiusq; depositum suum prudenter distribuit, vt non minus de illo quam de aliis apostolicis viris dici posset illud psalmi: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Nam candens amoris igne superni dum in colligendis animabus singulis pancitatem fructus ad magnitudinem voluntatis excreuisse non cerneret, & indignatio secum reputantis studio suo nullius momenti donaret pretium, inter angustias disceptantis conscientiæ perlatum est ad eum, AVARES, quos alijs nominibus HVNOS & VNGROS appellamus, Pannoniæ incolatu idololatriæ squalere veterno, & in luce multarum id locorum gentium, hanc solam veritatis diem nō habere. His auditis tanto compassus animarum dispendio, ægritudinem cordis spe recuperandæ gentis interdum leniuit, interdum difficultates itinerum,

Psalm. 76.

rum, peregrini mores locorum, affectus eorum, quos relicturus erat, respectus infirmitatis humanæ, pedem aliquantulum retrahunt ab inceptis. Porrò facultatem oblatã sibi, cum in sarriẽda deceptę gentilitatis humo fidei sarculo vteretur impigre, nec posse nec oportere negligi putauit, quando & ipse hoc sæpe optauerit, vt pro amore fraternitatis & DEI, periculum subiret.

V.

Vicit ergò in optimo ingenio, & ardua via, & potior causa: nam constituto pro se examinatæ personæ viro, ipse ad noua tyrocinia strenuus miles succingitur; Et adscito inter alios necessitatis suæ comites, quia linguam TEVTONICAM non nouerat, VITALE quodam presbytero interprete, perrexit; in Barbarie disciplinam, in exilio patriam, inter immanes cognationem facturus. Quæ omnia licet prius bene tenuerit, melius tamen dereliquit; & quæ sine appetitu iucunde licerent, abdicata iocunditate cum licentia, ne vbi rerum præsens affluentia thesaurum beatæ remunerationis obæraret, pauperes diuitias diues pauper exposuit. Inde viam ne quo pigresceret otio inrequietus agricola præsumit, & GALLIAM, qua tendebat iter, & RHENI fluminis contigua, plantis verbi DEI siluescere & insitiuam noui hominis gemmam, protoplasti emortuo stipite, frondescere ipse quidem studuit; sed incrementi datorem Christum operis summa comprobauit: quippe qui, vbi DEI scientia meritis accessit, sobolem regenerationis edidit. Hoc igitur modo fidelis in BAIOARIOS fines, qui meridiem versus, ALPIBVS; ad orientem VNGRIS; ad aquilonem verò HIRCANO nemori limitem GERMANIÆ protendunt, non hac conterritus meta, deuenit. Vbi cum defluentis HISTRI fluminis imperium sequeretur, RATISBONAM accessit vrbem

quæ olim totius Germaniæ, & nomine & dignitate Principum, & adhuc eiusdem gentis metropolis, antiquę prosapię caput, aduentu beatissimi sacerdotis ornatioribus illustrauit fastus & insignia victoriosæ gentis triumpho concepta, nouo pacis præconio in melius commutata, fidei spolijs & ornatu sanctæ religionis ampliauit.

VI.

Hæc in m. s. alia litera in margine adscripta fuerãt.

Hæc est ciuitas, quam olim Teutones à Germano siue Germanico Germanisheim vocabant. Huius vocabulum modernis temporibus lingua nostra Reganisburc teutonizat, quam antiquitas Romana, vt quidam scriptis testantur, Tiburniam vocabant.

VI.

Theodo Dux.

Huius monarchiã THEODO Dux prouinciæ, qui tunc possedit, cõperto sancti Pontificis introitu, adhibitoq; conspectu, inter alia, quæ sit causa exilij, percontat⁹ est. Qui nomine & natione exposita, incolatũ natiui liminis propterea deseruisse se perhibuit, vt Pannonię populos, qui gentili feritate adhuc effremuerãt, conditori Christo reconciliaret, & in hoc proposito suam coniurasse sententiam, vt aut voti compos professionẽ vitę cum fructuosa pace finiret, aut deuoto certamine, sanguinem Martyr effunderet. Adhæc diuino consilio præuentus, Dux infit, se tam pio studio nihil opponere, nihil tantę virtuti resistere; nisi quod cõmeandi facultatem impossibilitas quædam obstrueret, propter discordiam scilicet, & longam inter se & AVARES bellorũ controuersiam, fines in vtroq; limite desertos, ita vt circa ANESIM fluuium vrbes & loca olim cultissima, tantis bestiarum immanitatibus horrerẽt, ne viantibus vllus transeundi aditus pateret: monere autem potius & supplicare, quatenus apud se suosq; B. Pater morari dignaretur, quos tam rudes & imperfectos in fide præteriri fas non esset: maximè cum istinecessarium optarent, & illi forte quasi superfluum recusarent.

Fines inter Vngros & Bauaros deserti.

cusarent. Prouideret autem, ne indiscreta pietas præmium amitteret, si offerret inuitis tædium, qui volentibus poterat afferre præsidium: neue sic diligeret impios, vt negligeret pios. Vir autem DEI in sua sententia fixus, nullo nutu declinari potuit, vt aliud vellet, quàm quod cœperat; nisi forte cœlestis obuiaret censuræ contradictio. Quibus acceptis ducis prudentia populiq; frequentia cum exhortationes eius adientium mentibus & pabulum sufficere docilitate, & dulcedine desiderium conspicerẽt, salutem suam, quam supplicatione non poterant, violenter obtinuerant, & ex verbis Saluatoris, vim passum est regnum cœlorum. Nam *Matt. 11.* egrediendi prouinciam, ne beato viro occasio proueniret obstiterant; & benè prævaluit humana præsumptio, quo ex fonte eius salutis ascendit conditio. At Pater sanctus, quem prohibiti callis iniuria conturbauit, æstimare cœpit, quid nam hæc iustę voluntati difficultas obuia portenderet, maximè cum è sinu veritatis strenuis votis placabilis promitteretur effectus, quem ipse quoq; non infirma fide prosequeretur. Hæc agitantem subit exemplum Apostolorum, quos aut responsis, aut difficultatibus superna moderatio nunc & ad quasdam gentes misit, nunc à quibusdam prohibuit. Gratulatus ergo, supernæ dispositioni suppositit animum, & gentis studio præbuit consensum, & in altari obedientiæ DEO consilium salutis oblaturus, mutua se charitate populo deuinxit, cuius deuotioni conflictum ministerij sui etiam vitæ periculo diffiniuit.

VII.

Erant autem memoratæ ciuitatis & patriæ totius accolæ affluentia quidem mundanæ felicitatis illustres, sed nouiter ad fidem adducti, delusæ vetustatis frutices nondum radicitus exstirpabant, & consuetudinem

tenaciter hærentem ignorantia fouit. Ad quod opus omnia ferramenta Christianæ religionis robustus cultor succingitur, & excisis inutilibus paganismi surculis, erigitur sacramentum fidei, quod vniuerso iustitiæ flore distinxit. & quoniam magnam circa perficiendam DEO plebem solertiam habuit, lucidissimo conuersationis exemplo formam viuendi præbuit, & suauissimo loquendi modo edocuit. Vnde non sufficiebat tam ardenti lampadi normam prædicationis cõmuniter exhibere, quin omnium mores notauit, omnium ingenia discussit. Deposita non auctoritate, sed rigiditate, ad intrandam cuiusq; priuati domũ, reuerentiam Episcopalem humiliauit. In Ecclesia, quæ communia fuerũt ordinauit, apud singulos de proprijs admissis disceptauit, & cognoscere suos, & à suis cognosci, sicut pastor bonus maluit, ne taciturnitas vitijs permitteret assensum, perurgeret interitũ. Itaq; nemo subditorum eius erat, qui vel de actibus vel à verbis magistri, lineam rectitudinis non traheret. Proinde celebris illi fuit contentio sobrietatis cum sobrio, extenuationis cum humili, liberalitatis cum omnibus. Verum in contumaces magnanimo conatu surrexit & supercilioſæ procacitati virgam auctoritatis intendit, spem votis proponens, vt in hac area certaminis per diuersum agonem, quandoque perueniret ad palmam. His & horum similibus per triennium fines Baioariæ perlustrans, ad laudem cœlestis patriæ non vltima pars accessurus, per spiritum, qui loquitur ad cor Hierusalem ad littus æternæ quietis tempora sua iam iam declinari præsensit, & vt iudici pulsanti expeditius aperiret, peruigili custodia insidiosum tempus expectabat, ne moram faciente sponso, frangilitas obdormiret humana. Et quia nouerat fatigatione corporis excitatiorem animum reddi, & in negotiis honestæ solicitudinis minus obrepere somnum

num pigredinis, tum præterea quatenus in via bonæ intentionis eum fraus inimica calcaneo calceatum & cautum offenderet, licentiam à Duce pariter & populo quæsiuit, quatenus Romam ad beatorum limina Apostolorum ire permitteretur, cœlestis aulæ ianitorem, vt * pulsationem suam intromitteret supplicaturus.

*al. supplicationem.

VIII.

Sub idem tempus inuida pars supremo congressu tanto periculosius conflictura, quanto glorioſius erat vincenda, subdola occasione nacta, tale pugnandi genus inuenit, vbi aut viscera charitatis occludenda, aut infamia sacri ordinis, in Ecclesiæ scandalum, foret diplodenda. Nam supra memorati Principis filia, nomine VTA, à cuiusdam Iudicis filio SIGIBALDO compressa, consuetæ turpitudinis maculam vtero ingraueſcente, detegendam non solum generositatis damno, verum etiam mensura mortis ponderabat. Quid facerent? quod consilium caperent? tempus vrgebat partum, & culpa minabatur interitum. Supererant sola in beati Emmerammi & pietate fiducia, & in sanctitate cõsilia. Huc desperatio pallida prouoluitur, pedes osculando demulcentur, crimen exponitur, venia rogatur. Postremo de vitæ remedio pia paternitas consulitur, tantoq; extitit querelantium modus flebilior, quanto de admissis pœnarum opinio præsentior. Horum beatus Pater acceptis gemitibus conpati cœpit interius, & licet parturiret spiritum doloris, obfirmauit tamen delictis faciem arguentis; læsum quippe ingenuæ regenerationis pudorem referens magis erubescendum & æternam iusti iudicis animaduersionem vehementius esse pertimescendam, maxime cum huius temporis supplicia sicut quantitate, sic etiam ab æternis diuersa sunt, qualitate. Proinde sicut mos est pœnitentibus viam recon-

ciliationis ostendit, ipse alto dilectionis consilio alteritatis onera susceperus, mandauit secretius, vt maculam hanc in se transferrent, quo facilius furorem ducis euaderent; quem nouerat inexorabilem, cùm ignominia cumularet dolorem. Sed ne pietati prouidentia deesset, & innocentia muta fidem & exemplum culpæ donaret, si alieno crimini sternens humeros, in offendiculum sui sileret, testificatæ veritatis & veræ æstimationis, virum VVOLFLAICVM quendam Presbyterum familiarius adsciuit, cui secretum suum, quatenus diuina reuelatione nouerat, cautius exposuit. nam dixit articulum vitæ præsentis propter crimen alienum diuerso se cruciatu egressurum, & pœnas pro quadam ficta culpa se laturum: rogauque vt post obitum suum cunctis Ecclesiæ gradibus denunciet, nequis fidem huius infamiæ de eo contendat habere, & imitaturus exemplum impingat offendiculum, se autem viuo omnibus hoc esse cælatum persuadet. Quod ille idem Presbyter ita vt iusserat, testimonium innocentiæ eius & fideliter tacuit, dum debuit; & aperte prædicauit, cùm decuit. Post hæc DEO dignus, accepta licentia Principis & populi optatam arripuit viam, & vt par fuit, cum iusto deducitur affectu. nam ex tota vrbe vtriusque sexus effusa multitudo precibus lachrymisque prosequitur euntem, & in omnibus mensuram doloris expendit pretium acceptæ charitatis, cum & diuites, cum pariter & minoris fortunæ populares aut amouendæ paternitatis damno gemebant, aut pro reditu ei vota geminabant, & ab vno dilectionis fonte lachrymarum duplex inundat materies, mixtamque vim luctibus, & de reditu dubia spes, & de abscessu tristitia præsens administrat. Hos ille, sic vt nouerat pius pastor, amplo commen-

mendationis ordine demulcet, & salutatis omnibus, viam ingreditur.

IX.

Quo longius procedente, supra dicti ducis filia commissi sceleris publicata, & ante patris tribunal constituta, de auctore tam solennis iniuriæ conuenitur. Cumq; diu, fœmineo metu, spiritus obstupescceret, & alternante timore pariter & amore lingua hæreret, arguentium impetu coartata, in innocentis Episcopi personam dedecus suum coniecit. Quo pater audito, tanto vehementiori indignatione flammescit, quanto altioris dignitatis fastu intumuit; acceptoq; mucrone ad extinguendam propriam sobolem ruit, perficeretq; facinus, nisi manus assistentium puellam imminenti periculo subduceret. Prosequitur autem tantum sententia furorem sæua, nam exhæredatam in AVSONIÆ longinqua relegat, perpetuo puniendam exilio, quam nunquam miseratio paterna reuocauit: quia inconsolabilis est dolor, quem altus nutriuerat pudor. Huic iudicio LAMPERTVS puellæ germanus interfuit, quem grandis, pro confusione sororis, inuasit tristitia; & quod iuuentuti familiare est, pro falsa fide cœpit eum temerarius furor. nam mixto dolore postquam bestialiter effremuit, iram subit amentia, fletuq; deposito prosilit ad vindictam. Sumpto itaq; comitatu non pauco, properat virum DEI persequi.

X.

Interea sanctæ memoriæ pater trium dierum cursum explicuit, & in vicum quendam HELPHANDORF nuncupatum, vbi fons perspicuis manabat aquis, morarum causas innectit sociis, inuenta gerendi quidlibet occasione. Mens enim diuino amore lustrata, vbi certaminis campum inuenit, in aduentum temporis, arma fidei, & constan-

constantiæ, spei, & orationis opera, subornauit, ita vt stupor discipulos inuaderet, tantum quod Pontificem grauaret. Igitur circiter horam diei tertiam celebrante illo canonicos hymnos, & debitum officium sub sanctarum testimonio RELIQVIARVM soluente, iuuenis præfatus superueniens præcipitium cordis vesano tumultu designauit, nam multitudinis arma collisa, minaciter inquirit nomen Pontificis, comitatui eius magnum pauorem incussit. Vnde festina trepidatione, sicut fit, ad hostium domus occurrentes, postquam habitum furoris & turbam cognouerunt, illum hæc inimica intendere timidi prænuntiabant. Quorum ille pauori ex arcano solidæ spei retulit orsa, dicens: aduentum eorum non afferre sibi timorem per quem & molestia pereat, & gaudia sine fine succedant. dolorem corporis, qui momento pertransit esse breuem, & pœnam, quæ vitam perennem affert esse leuem. Discrimen est, inquit, paruum, mortis huius hora, quam bonæ fidei pectus dum patienter excipit æternitatis desiderio transilit. Vnde videndum est ne nos timor stanguletante quam timoris causa conueniat; cui si manus dantur, periculosius punit, quam interemptor. Hic etenim ex aduersa militia tetricus pariter & turpissimus profligator; quem ille ceperit, anteamoritur quàm puniatur. Moritur, inquam, non solum turpiter, verum infeliciter, quia & sponte simul & sine spe tollitur. Qui enim diuersa pati pro iustitia diffidit, & sine fide moritur & sine fine punitur.

XI.

Hæc eo prosequente funestus irrupit Iuuenis, & vt in ea domo lapis iacuit, super eum baculo inclinis stans, adduci sibi beatum Emmerāmum turbulenter proclamat. Quo adducto ardentibus & oculis & animis exceptum mordaciter

citer irridens generum appellat. Quod Dei sacerdos iusta detestatione cum denegaret, ille prosequitur, ira cõtumaciam dispumante & ignita iaculatur opprobria, tandemq; intulit: Ruinam nostræ domus sustulimus, calamitatem nostram proueximus, incendium gloriæ nostræ in sinu fouimus. Vt quid ergo patri filiam, mihi sororem meam fœdasti? Plena libidinum tuarum virgo regia, dedecus generis & damnum pudoris exposuit. Risus hostium, mœror patris, luctus fratris, pignus nobile damnatur vt scortum. Hoccine est Episcopum esse? Hoccine est amicum esse? Hoc est testimoniũ religionis: Hoc indicium pietatis tuæ? Hanc gratiã meritis nostris rependis? qui te aduenã & egenũ nostris bonis in reuerentiam totius populi ædificauim⁹. Sub hæc miles Christi; Immo, inquit, fili aliam & longe dissimilem gratiam & vestra merita, & nostra voluntas exquirit. Proinde bonæ spei, bonam fidem habere debuisti. nam illa suspicio non probatur, quæ neque fidem trahit à præteritis, neq; causam habet ex meritis. Cur enim bene merentibus obessem, qui vel male merentibus sæpè profueram? Proinde tu, quem neq; propter minas timeo, neq; propter timorem, moneo depone pertinaciam, differ animum suspicionis, & redi ad experimentum veritatis, ne propter temeritatem tuam incurras in exitium. Ad limina sanctorum Apostolorum Romam ire decreui, vbi cathedram Petrus habuit, quem in Ecclesia sua censorem veritatis veritas ipsa disposuit. Huius Vicarius sicut ab eodem loco & ordine trahit honorem, sic ab eadem tenet auctoritatem & eius iudicium non fallitur, quod auctore Christo solidatur. Ibi ergo vel per te vel per nuntium canonicæ examinationis pondus de obiectis experiri licebit, quatenus obligatus aut absolutus inueniar: Accepto autem mansuetudinis oraculo, vim animositatis cęca tyranni præsumptio

furore laxabat. baculumq; , quem manu gestabat, tanti patris in pectus impegit, & non reueritus templo Domini funestas inijcere manus, socios nefandis instigat vocibus, quatenus vinculatum deformiter traherent. Factumq; est sic, vt assentatio semper decliuem tyrannis impetum facit, vt à militibus illico vallatus, & religionis vestibus exutus, in hospitio ipsorum super scalam funibus stringeretur. Hoc ausu tam scelerato perterriti comites sancti viri, diffugiunt. exempli maioris imagine, propheticum implentes præsagium, quo dicitur: Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Pretiosus autem Christi Martyr, olim deuotam animam oblatum iri DEO perpendens, quanto arctiori discrimine confligendum sibi cognouit, tanto attentiori sollicitudine, ad victoriæ suæ ducem Christum se contulit, foris patientia, precibus intus armatus, toto videlicet spiritu illi inhærens, cuius amor animum deliniret, dum crudelis pœna corpus laniaret.

Matth. 26.

XII.

Interea quinque carnificibus ad secandum membratim atq; articulatim tanti sacerdotis corpusculum, vt bestialem tyranni animum multiplici vulnere pascerent, electis, diuisa est sententia tortorum. Quippe duo ex ipsis, detestantes tam crudele officium, veniam postulabant, ne pro illo facinore puniret eos iustitia, ad quod non voluntas, sed Domini sui cogeret sæuitia; Cæteri verò vana pro veris æstimantes, Manus, inquiunt, impudicè mulieribus insertas, ad deterrenda incestorum facinora præcidi oportet. Itaque digitorum articulos vulneribus numerant, & simul nata diuidunt, per tempora morti moras facientes, vt amarior per tormenta veniret. Sed cur moratur hîc facundia, vbi locus est voci suspirijs intercluſæ, non compositionis arte depictæ? Ergo pedibus & manibus abscis-

abſciſſis, luminibus effoſſis, auribus amputatis, naribus truncatis, tandem pudicitia Martyris eſt inuaſa, & ſecreta pudoris deteſtabili ſunt acie reciſa. Inter quæ omnia in laudem Creatoris, vox quamuis modica, Dauidicum melos exercuit. Quo ipſi inuidentes linguam radicitus euulſam reſecauerunt, relictoque tam multipliciter cæſo receſſerunt. Ipſe verò DEI bellator in eodem victoriæ campo cruore inuoluebatur, donec ſocij beati viri è latebris & angulis emerſi, cum vicinis mulieribus cauſa humanitatis excitis, aderant. Quos adeſſe cognoſcens, aquam ad refocillandum pectus requirit. Cui VITALIS ſupradictus Preſbyter: Mirari ſatis nequeo, cunctis pene membris amiſſis, atque ipſum lucis limen egreſſurus, quid nam potum exoptes; quaſi dilaniatæ morulis vitæ fruiturus, cum tot cruciatibus exhauſtus, finem doloribus, potius quam ſpatiũ exoptare deberes. Ad hæc athleta DEI tam magnus ad proſternẽda in ſubditis vitia, quam inuictus ad patienda tormenta, ſpiritũ collegit, & animoſam virtutem rationis, paruo quo potuit corporis niſu erexit, temptatum robur mentis grauius ferens, quam membrorum ſectiones, Impatientis eſt, inquit, cogente dolore, quempiam velle metas vitæ præſentis erumpere, & conceſſam pœnitentiæ ſalutaris hoſtiam faſtidire, cum è cõtra magnæ ſit obedientiæ, ſententiã Iudicis expectare. At quomodo graue eſt pigritiæ tuæ, officium nobis humanitatis & exhauſto tormẽtis pectori refrigerandi copiam præbere? dies tuos hæc exactio torqueat, vt quotiens cuiuſlibet generis potum ſumas alienationem mentis incurras, nulli periculum laturus, ſed exemplum inobedientiæ hoc typo luiturus. Cuius ſententiæ vim idem VITALIS multis, quibus poſtea vixerat annis, expertus eſt. Nam quoties aliquem guſtabat potum, illico mente captꝰ per vrbis plateas

perq; loca petrarum abrupta, & monumenta mortuorum discurrendo terribiliter perstrepebat, & tamen ita stupidus, nulli fuit periculosus. Sæpè quoq; sic euagatus est, vt per cacumina turrium curreret, & præcipitium minime toleraret. Cæterum viridem callem piæ conuersationis rectè gradiebatur, & Missarum Officia cæteraq; Ecclesiastica strenuè peragendo, charitatis munia cuncta, quantum valuit, adimpleuit: hoc tantum solum vsq; ad finem vitæ, vt nobis æstimare conceditur, & pro exemplo & pro humilitatis custodia, pertulit.

XIII.

Interea locorum incolæ pretiosa Martyris membra humanitate compuncti in arborem, quæ SPINA ALBA vocatur, collecta, dum conderent, conditisq; non diu recessissent, duo pulcherrimi viri antea non visi viam regiam equitantes deutroq; arantes latere, pro mẽbris beati Pontificis, vbi posita fuissent, conueniebant. Quibus in arbore prædicta monstratis, videntibus cunctis, illuc peruenientes, subito non comparuerunt. Hac disparitione, qui præsto fuerant omnes stupefacti, ad arborem illico conuolantes membra paulo ante posita non inuenerunt; factiq; sunt huius rei testes & noticia & nouitate penè oẽs, qui eiusdem loci fuerant habitatores, consulente diuina dispositione membris illis pretiosis, quæ non amittit in sanctis etiam capillum capitis. Dum hæc geruntur, qui circa Sanctum DEI fuerant, tollentes eum de certaminis campo, in plaustro ponebãt, perducturi eum in villam ASCHEIM, quę distabat inde 12. milliaribus, vbi & Ecclesia fuit B. PETRO Apostolorum Principi dedicata, ne in uilibus rusticorum casis, tanta talisq; persona deficeret. Proinde mulieres ex vicinia collectæ, & viri circiter ducenti, venerabiles exe-

Luc. 21.

exequias prosequuti, viscera commiserationis votis indulsere fidelibus. Emensa iam magna itineris parte, in campum quendam gramineum tribus milibus distantem à vico ASCHEIM perueniebant: & ecce transmigraturus ad cœlestia beatus Pontifex voce qua valuit eiulare cœpit, innuens horam vocationis suæ adueniſſe. Quod quidam commeantium subtiliter discernens, vt de plaustro leuatum Christi Martyrem dimitterent telluri, cum præmonuisset socios, mox herbido in aprico loco tremebunda religione resolui cœpit. In exitu vero sanctæ animæ illius de Ægypto huius mundi, lucem quasi lampadis immensæ ex ore sancti viri processisse, cœlumq; ipsum penetrasse, cuncti assistentes videbant, tantaq; vis iubaris erat, vt intuentium oculos quasi fulminando reuerberaret, pauorque membra eorum tremore concuteret, vt vix beati viri corpus in plaustrum auderent reponere. Itaq; inde digna patre reuerentia ad præfatum ASCHEIM perductum in Ecclesia beati Petri Apostoli, confauentibus eius loci populis, debito sepelierunt honore. Sed quoniam eius resurrectionis diem beatissimus Pontifex præstolari minime voluit, exigente iustitia, vt quos fidei gremio nutrierat, eis quoq; sacri corporis patrocinaretur reliquiis, cœpit orbis natura moueri, atq; elementorum violentia tanti sacerdotis nutum prædicare. nam coorta subitò ventorum procella, lucida regio poli nubibus obducitur, & contenebratur cœli facies, mugitu tonitrui, fulguribusq;, mortalium corda terrentibus; dissoluto interim in pluuias & defluentes amnes aëre continuis quadraginta diebus.

XIV.

Tunc sicut in angustia semper humanum genus de insuetis attendit, & de periculis requirit, consulta est diuina potentia & pietas exorata, donec visu nocturnæ reuela-

tionis declaratum est, deberi felices RELIQVIAS festinato ad vrbem RATISBONAM inde transferri. Vnde primates loci illius adunati, sublatum à sepulchro venerandum corpus ad ISVRAM fluuium naui imposuerunt, accensis, iuxta religionis modum, cæreis. Ibi cum defluum iter, amne in propria ruente, sequerentur, per ostia ipsius ad Danubium intrauerunt. Inde contra ortum fluminis enitentibus, quod sine magno labore consuetudo naturæ non præstat, tanta celeritate res immobilis contra mobilem meritis Martyris propellitur, ac si velum ventus post flumen intenderet. Auxit hunc stuporem in eo comitatu res admodum mirabilis, sed tamẽ sancti viri moribus comparabilis. Nam sicut ille in hoc mundo conuersatus inter grassantis stultitiæ turbines, nec ignem superni amoris, nec veritatis lumen amisit, ita cãdelæ iuxta sacrum illius corpꝰ accensę tempestatum flamina atq; imbrium flumina iugi sereno despexerant, consalutantibus tam clarum signum, & coniubilantibus vtrisq; littoribus. Hac alacritate vrbem prædictam ingressi, obuiam habuerunt sacros cleri ordines, & prędia religionis vexilla, cũ reliquo processionis ritu, principemq; THEODVM prouinciæ cum optimatibꝰ, effusa in aduentum sui patroni tota regione; quorum hymnisonis vocibus tellus videbatur esse concussa. Itaq; in beati *GREGORII Martyris Ecclesia, quã ipse quondam orationũ familiaritate frequentabat, sollempni celebritate compositio truculentia furentis auræ quieuit reditq; pax ætheris & arbitriũ luminis. Traditur autẽ firmaq; assertione probatur, quod in illa via, qua leuatus à naui ferebatur ad Ecclesiam triginta signis diuina eum pietas CLARIFICARET.

*Gregorij.

XV.

Quoniam de exercitio certaminis Pontificis atq; triumpho cognita & credita contexuit oratio, consequens esse vi-

se videtur, quis rerum finis persecutores eius præsentialiter ceperit, enarrare; quatenus & hæc cognitio & fræ-net improbos, & tueatur probos; dum non audent isti, quæ volunt; & non patiantur illi, quæ non debent. Sicut superius diximus quinq; sunt electi, qui eum torquerent, ex quibus duos facinus terruit, tres verò & ad audendum & ad perpetrandum scelus foris, imperium senioris incitat, atq; insita medullitus iniquitas exacuit. Vnde timidi duo illi, preces pro his fundente sancto Martyre, venia donati, in pace deduxerunt tempora; reliqui verò intra septẽ dies spiritui cui seruierunt in mũdo traditi, atq horribiliter diuq; vexati, tandem quodam intempestæ noctis silentio in desertum ruunt; vbi per loca contragosa & inaccessibilia lymphando perierunt: neq; postea aliquo in loco vel viui, vel defuncti comparuerunt; duplici contritione, sicut ait Propheta, contriti. Sed & LAMPERTVS eorum dñs consurgente contra eum nata ex sceleribus suis occasione, perpetuo damnat⁹ exilio, procul à suis digno despectu euanuit; hac in posteros hæreditate pœnarũ relicta, vt infra paucos annos, immaturę mortis falce pręcisi, penè omnis vita difficulter extorta, pro innocuo Martyris sanguine discerperẽtur. Qui vero superesse poterant, vel adhuc supersunt, eadem infelicitatis forma miseram testantur prosapiam, & calamitosam breuitatem imbecillis vitæ suspiriis debent potius quam vsibus. Et quid mirum? si consanguineos eius sanguis innocens tetigit, cũ & ædificia ipsius secundum illud propheticum: Fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculo eius non sit, qui inhabitet, damna impietatis eius tulerint; ita vt virgultis & vrticis ascendentibus ruinosa deformitate delapsa humana conuersatione sint incongrua, damnabilemq; ac detestandum hominem, & iam insensibilium neglecta figura declamet.

Ierem. 37.

Psalm. 68.

Dixi-

XVI.

Diximus de insensati hominis sedibus & loci ipsius ædibus, quia desolatione visibili testentur inuisibilem eius interitum: deinceps dicturi sumus ex aduerso, quanta gloria polleant area certaminis beati viri & locus vocationis, vt dum locorum illorum reuerentia prædicatur, quo incolatu martyris anima tripudiet, coniiciatur. Ergò vbi incisus est felix sacerdos, locum illum hæc solennitas colit atq; hæc immunitas tegit, scilicet vt in altitudinem cubiti vnius excretus eminentiâ sua, fidem ibi sperandæ veniæ petentibus promittat: Tum præterea nescit iura sæuientis auræ, neq; niue candescit, nec autumno flaccescit; non hyeme gelatur, non æstu torretur; solum vernale decus, & semper virentia gramina, cespitem illum iucundum præbuerunt: vnde etiam fidelium plebs vicina, Ecclesiam ibi ob frequentes votiuæ congregationis accessus, in honorem ibidem triumphantis Martyris construxerunt. Proinde locus vbi spiritus eius sydeream plagam adijt, multo tempore neglectui traditus, & pene obliuione obsoletus, hoc modo dignitatẽ suam vendicauit. Hyemali tempestate, sicut natura est GERMANIÆ, cum totam terræ superficiem niuium operiret immensitas, sola corporis areola tali conditione libera, dum prætereuntibus hac & illac miraculi sui stuporem ingessit, causam pariter suæ viriditatis, & memoriam obitus beati Martyris edocuit. Quapropter & ibi Basilicam posuit fides, quatenus efficacius animaretur spes, quæ in vtrisque locis ita votorum fructibus viguit, vt si numerari deberent, numerantis industriam premerent.

FINIS.

ARNOL.

ARNOLFI

EX

COMITIBVS DE CHAM ET VOCH.

BVRG, MONACHI SANCTI EMERAMMI, PRÆPOSITI ET MAGISTRI,

DE

MIRACVLIS BEATI EMERAMMI,

Et

DE MEMORIA CVLTORVM EIVS,

LIBRI DVO,

IN QVIBVS MVLTA AD RATISBONENSEM ECCLESIAM SPECTANtia, præsertim de S. VVolfgango Episcopo, & S. Romualdo Abbate.

NVNC PRIMVM EX M. S. COD. EDIT.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

I. DE Episcopis & Ducibus Bauariæ, & de hæreticis per S. Bonifacium ab ea expulsis, nec non miraculis ad sepulchrum B. E. frequentatis, atq; de secunda illius translatione

II. De muliere adultera, quæ Martyris Ecclesiam ingredi nullatenus potuit, antequam per confessionem & pœnitentiam se purgauit.

III. De homine à latronibus capto, & bis venundato, qui post exilium trienne, patriam reuisens cum grandi miraculo se præsentauit beato Emmerammo.

IV. De puella, quæ integrum annum permansit ieiuna, & ad memoriam Martyris est communi vitæ restituta.

V. De beneficiis Principum seu Comitum Iudicumque donariis S. Emmerammo collatis; & de triumpho mirabili quem Arnolfus Imperator euidentissimo eiusdem testis adiutorio obtinuit.

VI. De Tutone Episcopo spiritu prophetiæ ditato, & de Rege Chuonrado apud S. Emmerammum pro incauta iussione morbo grauato.

VII. De homine, qui in conuiuio Principis renuens charitatem Martyris, colapho percussus est & terrifico.

VIII. De monacho sancti Emmerammi, qui in periculis maris eum sibi adesse sensit, per beneficia liberatoris.

IX. De apostata monacho bis à dæmone correpto, ac toties precibus & meritis B. Emmerammi liberato.

X. De quodam dæmoniaco à legione miserabiliter possesso, cui gratia Saluatoris mirabiliter salutem reddidit ad memoriam Martyris Christi.

XI. De quodam stirpigena Lantperti tyranni, qui vna hora bina cæcitate prohibitus est ingredi Ecclesiam Martyris Christi.

XII. De miseriis quis vsq; in præsens afficiuntur homines tyrannicæ posteritatis, & de quorundam eiusdem stirpis conuersione, humiliq; oblatione, ac Adalrammi duritia, virtute Martyris mirum in modum mollificata.

De

De duodecim viris, qui iurauerant contra ius in altare Martyris, multiplici pœna consumptis. XIII.

De hoc, quod contigit in quadam mulierecula pro furto calicis paralysi multata, & apud S. E. mirificè sanata. XIV.

De eo, quod & Iudæi minimè diffitentur, miracula in Ecclesia S. E. sæpissimè facta. XV.

De paralytico apud S. Emmerammum curato. XVI.

De obitu Michaëlis Episcopi, & de signo campani. XVII.

PROOEMIVM LIBRI I. DE MIRACVLIS B. EMMERAMMI.

VIuunt merita Sanctorum in Ecclesijs & potentius existũt ipsi, quamuis ab oculis nostris ablati, quàm inter conuersantes putarentur. Quod licet creditum, firmo teneamus proposito depræhensum, miracula tamen adstipulantur nobis, & imperitiam brutæ infidelitatis arguunt, dum ad exanimes Sanctorum reliquias impossibile languentium, ad posse redit, & quod non fuit, ad esse; fraudatis circa hunc rerum cardinem cunctis sæcularium potentatibus. Nam si eniterentur vel regalis potentia, quæ præminet, vel artificialis vlla solertia, quæ interdum hiantia supplet, quomodo repararent habitum cęco? Hæc cum constent, nullũ prudentis fidei consequentia latent. Quapropter quia scribimus vobis, quibus viuificator Spiritus charismatum suorum hæredem viuam plantauit fidem, pauca de multis miraculis, quæ diuina pietas testi suo Emmerammo donauit, dicemus; vel ab alijs dicta repetimus: quia vobis facit de inuisibilibus vel etiam de nondum factis experimentum præteritarũ substantia rerum & argumentorum non apparentium. *Hebr. 11.*

EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIT LIBER PRIMVS.

AGITVR Martyris Christi Emmerammi corpore sacro apud Ratisbonam honorifice humato, & ad sepulchrum eius minime fraudatis, fidei merito quærentibus præsidia diuinæ pietatis, tandem multo sub huiusmodi beneficijs, tempore euoluto, Ecclesiæ præsulatumeiusdem vir venerandus regendum suscepit GAVBALDVS, ante quem non solum hæc eadem de qua nunc nobis est sermo, sed cæteræ in BAIOARIA absq; certis Episcopis * *post Romana tempora* erant Ecclesiæ. Quiaenim nuper Christianitatem acceperant NORICI; immiserant se illis HÆRETICI, qui vt in aliis regionibus facere consueuerant, fas ibi nefasq; confuderant. Horum alij se dicentes Episcopos esse, alij Presbyteros, alij diuersi ordinis clericos; ad inuentiones suas technis quibusdam subornabant, sicq; populum eum Principibus seducebant. Quippe hic error bonis omnibus inuisus sed à peruersis periculosissime annisus, maxime adoleuit sub Ducibus, quorum nomina partim ignoramus, partim scita, cautelæ gratia, supersedemus. Temporibus autem, quibus tantæ pesti remedia parabantur, hi duces principabantur, * DIOTO scilicet vir illustèr, cui filij in regnum non successerant. Item alius THEODO vir strenuus & alacer, sub quo clarissimus Christi Confessor RVOPERTVS cum aliis DEI seruitoribus IVVAVIVM deuenit, ibiq; cursum præsentis vitæ * *consummauit. Sub quo sanctus Corbinianus Frisignam accessit.* Is ergo dux filios habuit successores in regno DIOTPERTVM videlicet atque GRIMALDVM: post quos ducatum genti huic præbuit HVCBERTVS, qui beato GEORGIO & sancto EMMERAMMO sub quodam rathario aduentitio Episcopo donauerat curtem, quę in pi-

* *alia literae rant hæc scripta in m. f*

Dioto.

Theodo alius.

hæc in m s. alius litera.

Diotpertus.
Grimaldus.
Hucbertus.

in pitaciis è quibus hæc excerpsimus PIRCHINVVACH nuncupatur. Huius atque Ducis temporibus beatissimus præsul BONIFACIVS, ob curam quam circa oues dominicas habuit maximam, ingressus BAIOARIAM, nonnullos hæreticorum ex ea depulit: sed eos generaliter, vti voluit, eliminare non potuit. Quo FRANCIAM reuerso & præfato Duce defuncto, sub principe PIPINO, gentis huius ducatū adeptus est VDILO. Quimissis in ITALIAM legatariis, sanctum BONIFACIVM rogauit, è ROMA reuertentem, quod denuo NORICAS gentes sub sua potestate dignaretur visitare degentes. Cuius legationi & nihilominus petitioni libenter annuens DEO plenus antistes, in Baioariam profectionem accelerat, sperans se correcturum quod ante non poterat. Hic Domino cooperante ac præfato duce astipulante, Ecclesiastica iura decernens, penitus exstirpauit hæreticos, & vniuersos fugauit Schismaticos. Prouinciam verò in Parochias diuisit, & Episcopos in his canonica ordinatione constituit. Inter quos prædictū GAVBALDVM HIATOSPOLITANÆ sedi præfecit. Qui dū sibi credita foueret nec nō adaugeret ouilia, inter cætera, quæ benè disposuit & ordinauit, consilium inijt cum clero, quo sepulchrum aperiret beato Emmerammo. Quod crebris miraculis fieri debere clamitantibus, communis omnium comprobauit assensus. Quid plura? die statuto translationis & eleuationis, cunctorum vota concurrunt; ad laudes Martyris tanto tempore inter mortales sub negligentia quiescentis, innumera sexus vtriusque turma confluxerat. Ad ea, quæ sæpe audierant Martyris beneficia clarius videnda, festinant cuncti, nouis interesse gaudiis properant vniuersi. Demum electi Sacerdotes cum diaconibus, ac aliis ad aperiendum sepulchrum necessariis, populum extra Ecclesiam eiecerant, &

Bonifacius præsul.

Vdilo.

Gaubaldus Episcopus Ratisbonensis.

ostia intro seris munierunt. Cumq; tremebunda religione à sepulchro humum resoluissent, nec non etiam lapidem superpositum à parte dextra in læuam submouissent mensura tantum quasi palmi & semis; timor super omnes irruit; ita vt præ pauore nimio laborantium manus à lapide laberentur. Ex quo terrore perculsi, viribusque dissoluti in terram ceciderunt. Vnus autem ex illis, qui á dextris astabant, pectus lapidi supponens, tam diu solus hunc, cum esset ingens, haud sua valitudine, sustentabat, quousque cæteri posse resumerent, & succurrendo manus ad incepta consererent. Tunc tanta celeritate & securitate amouerunt, ac si in se grauitatis pondus minime haberet. Quid verò hoc trifario miraculo insinuatur? nisi quod prophetico ore prædicatur: Mirabilis DEVS in sanctis suis. DEVS Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem. Ob reuerentiam enim sui Martyris virtus altissimi hos terribiliter strauit, sed ad eius laudes in pristinas vires mirabiliter restaurauit. Tertio vni sacris cineribus famulanti concessit fortitudinis munus ad gloriam nominis sui, qui est trinus & vnus. Pro quo triplicato signo sacerdotes venerandi gratias agentes almæ Trinitati, cum magno cleri populique tripudio incomparabilem purpurati corporis thesaurum tumulo, quo eatenus reconditus erat, auferentes, in monumentum nouum venerabillime transtulerunt; quod ad id satis accurate iam parauerunt: In quo Principes auri laminas & argenti, apparatu pulcherrimo fecerunt affigi, easque gemmarum ordine vario distingui. Quorum spiritibus & nobis simul peccatoribus per intercessiones clarissimi sui testis Emmeram mi dignetur Dominus propitiari.

Psalm. 67.

Quidam

II.

Quidam vir in FRISINGENSI Episcopio, quoniam fraudata est oculorum officio, coniugem suam dimisit, aliamque extra Præceptum DEI duxit. Qua culpa adulterum illum cum superducta, Episcopi, in cuius hoc erat diœcesi, animaduersio conuenit; conuictumque ex regulari pœnitentia multauit Sed persuasoris instinctu pertinax mulier ab illicitis amplexibus diuelli non potuit, sed cum matrefamilias permansit adultera. Factum est autem cum ad beati Emmerammi Ecclesiam conuentus fieri debuisset, & eadem mulier, commeantibus illuc sociata, properaret, in loco, qui VIVARIVS appellatur, vnde Ecclesiam intuita fuit, ducentis ferè ab vrbe passibus, vt nota commissi sceleris eam exagitaret. Cœpit autem tremore nimio concuti, & dissoluta humi deuolui; & cum erecta fuisset à sociis, si processum voluit, procedere non valuit; si redire studuit, redeundi facultatem non habuit. His in angustiis à superueniente sacerdote quodam deprehensa requisita est, quo crimine circumuenta pateretur talia. Hoc relato sicut erat, ad Episcopum suum regredi ab eodem est Presbytero commonita. Quod dum feciſſet & effusa in lachrimas vulnus aperiret & satisfactionem ex puro corde promitteret, suscepta Ecclesiasticæ formæ medicina, ad medicum suum beatum Emmerammum, expers animæ vulneris, & corporei secura doloris, processit. Qua in re facile colligitur, quã longe separãtur incerti à regno DEI, qui sic differuntur ab ingressu domorũ electorũ suorũ. Quod ne nobis contingat, fortissima Christi medicina prohibeat.

III.

Cum virtutum odoribus aromatizans B. Emmerammo populos ad se traheret vndeq; secus, contigit quendam virum

virum fidelem, qui bona intentione, vt finis probabat, illuc solusiter carpebat in loco, qui dicitur VERROMVVAIDA, quod sermo Latinus exprimit, Longinqua pascua, latrones incidisse. Qui eum detentum & exspoliatum, Orientalibus FRANCIS vendiderunt. Et factus est alias emptitius, qui ad memoriam Martyris voluit esse aduentitius. Quidam verò qui hunc exinde venundatum accepit, sub venali cõmercio tradidit cuidam TVRINGO in finibus PARATHANORVM, ad id temporis crudelium paganorum. Cumq; se homo Christianus, vicinum cerneret gentilibus, idolorumuè cultoribus, cœpit nisu quo potuit Domino suo tẽporali tàm præsenti quàm absenti, ratum & promptum exhibere famulatum. Erat autem in lignis operandi peritia instructus, qua molendina facere solebat ad aquæ ductus. ob quę, & venustam ædificiorũ compositionem admodum charus fuit Domino seruus. Vnde & aliquibus retinaculis cupiens hunc sibimet facere firmum & fidum, viduam iuuenculam, secundum carnis huius putredinem, speciosam, quam reliquit conseruus eius absq; filiorum procreatione, in matrimonium illi temptabat sociare. Quam renuens, sorte, non mente, captiuus respondit dicens: Vxorem legitimã in patria reliqui, cùm ꝑ innumeris meis huc traderer peccatis. Nunc ergo ea viuente quomodo aliam super ducam? Quibus verbis permotus dominus asperrimos sermones inuexit dicens: Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, nisi hanc in matrimonium sumpseris, genti SAXONVM te tradam, quæ tot dæmonibus per spurcam seruit idololatriam. Noui etenim ac experimento didici, quia si mulierem hîc accipere non vis, fugere malis, quàm mecum commorari in his locis, vt & de fuga confusus, & nihilominus pòst de precio tuo maneam defraudatus. Cumq; assiduo sermonibus huiusmodi inter se disceptarent dominus

minus per peccatum ſeruus, & ſeruus per iuſtitiam dominus, ętate iam ac morib⁹ ſenex, aliter ſe nõ poſſe aduertens imperium domini ſui declinare, quin in gentem traderetur Deum ignorantem, cuius vitam quaſi mortem timuit, tandem ſe velle eã confitetur ſibimet copulare. Tunc exhilaratus dominus, adpræhenſam mulieris manum inuoluit pallio, &, vt moris eſt nuptiarum, ſeni ſub teſtibus eam in matrimonium conceſſit; ſicq; diſceſſit. Religioſus autem ſenex accepta muliere perrexit ad domũ hæreditatis inuiſæ, in qua cubiculum intrantes, & alimenta iuxta conſuetudinem nuptiarum, percipientes, lectum, quem ipſa parauerat, haud parili animo aſcenderunt. Cui ſenex, præuide inquit, chariſſima filia, ne hac thalami commixtione ſummum offendamus artificem, quia temporalis vitæ gaudia paucis diebus deficiunt, ſed æterna animarum detrimenta parturiunt. Fruere itaq; artificio meo in delicijs, & hoc tantum indulge, ne me ſub iugo copulationis huius, cõiuge viuente, præcipites in interitum. Illa autem carnali voluptate deuicta, viri ſui petitioni minimè aſſentiebatur; immo quæ in aurem dixerat, domino ſuo palificaturam minabatur. Senex verò cum huiuſmodi exhortatione ſe cerneret minus perficere; laſciuiam ſociæ ac exaſperatos animos, verborum blanditijs ita leniuit dicens: Videndum eſt nobis chariſſima ſoror, ne gentilium ritu, cum ſimus Chriſtiani, nuptijs conueniamus, ſed potius per triduum nos contineamus, Dominum deprecantes, vt det nobis filiorum procreationem, quia mulier non pro libidine, ſed pro ſobolis eſt ſpe aſſumenda. Hæc mulier cum audiſſet, deſpexit, & ſe conuertens ad parietem, inerti ſe ſomno immerſit. Religioſus autẽ ſenex cum lachrimis & intentione cordis ſupplicabat miſerationibus omnipotentis, vt per merita & interceſſiones dilecti ſui Martyris Emmerammi ſibi digna-

retur auxiliari. Cuius orationem, quia diuina pietas exaudiuit, eodem momento misericordissime patefecit. Nam cum & ipse præ tristitia obdormisset, Vir quidam pulcherrimus ante lectum quiescentis astabat, qui baculo, quem manu gestabat, latus eius percussit, dicens: Surge & vade ad Ecclesiam beatissimi Martyris Emmerāmi, quo te iturum deuouisti. Cui vir senex respondit, quomodo sine alimento tot terrarum ignota spatia perambulabo? Cui iterū, qui astabat adiunxit, surge ne hæsites, sed sume panē positum in cœnaculo superiori, & ipse sufficiet in alimentum tibi, ad perfectionem itineris tui. Vir autem post tantam visionē expergefactus, & aliquādiu spiritus occulta scrutatus, ignorabat, vtrū dormiens an vigilās, hanc acceperit ammonitionem. Surrexit tamē secundum edictū vigilis, & panē in cœnaculo reperit, tam candidum & saporum, qualem antea nunquam viderat vel manducauerat. Quem etiam secum sumens, & cætera, quæ in eadem domo suppellectilis erant, ibi relinquens, tantum tulit vestitum singularem, & quam manu solebat gestare bipennem. Regressurus autem ad solitudinem sub festinatione perrexit, lachrimatas preces domino fundens, vt per merita clarissimi Martyris Emmerammi, iter suum dignaretur prosperari. Quod per inuia & deserta, vti optauit, prosperis continuis diebus quatuordecim pene perficiens, demum die quinta decima, hora eiusdem quasi tertia peruenit in montem contra RATISBONAM inter DANVBIVM & IMBRIS fluenta iacentem. E cuius specula vinearum plantationi contigua, Martyris intuitus Ecclesiam, magnorum videlicet operum casam, immēsas Deo referebat gratias. Tunc descēdens de monte atq; naui transmisso flumine cum cæteris turmatim ac nihilominus certatim ad memoriam Martyris pergentibus, & ipse sub omni celeritate properauerat lætus. Cumq; diu opta-

optatam ingressus esset Ecclesiam, adhærens pauimento, lachrimis & precibus satisfecit trienni voto. Completa autem Missarum solennitate, vti competens erat, dominica die, senex religiosus extra aditum Ecclesiæ egressus, panem, de quo tot diebus refectionem habuit, ostendit; historiã exilij & reuersionis veraciter exposuit; duas portiones, quæ ex alimento superfuerant, in conspectu totius populi, pauperibus diuisit; tanti patroni beneficia clamauit in æterna fore debere memoria. Quid super hoc dicendum vel ascribendũ? Nisi quod Psalmista dicit memoriale sempiternũ: Magna est gloria in salutari tuo Domine: gloriam & magnum decorem imposuisti super eum. O IESV benigne, hoc tantum ad te sub eius patrocinio licet dicere, vt sicut illum dedisti multis validum patronum, ita interpellationibus eius placatus, hîc & in æternum sis nobis propitius. *Psalm. 20.*

IV.

Erat quædam puella in FRISINGENSIS Ecclesiæ diœcesi constituta. Hæc, vt solita erat, primo diluculo progreditur ad exercitationem curæ pastoralis, quo scilicet ad pascua duceret pecora sui genitoris. Contigit autem eam occulto ibi Dei iudicio subito talem spiritus accipere inmutationem, vt nil alimenti in vsum vitæ omnino sumere vellet. Quo parentes viso, nec non cognati rescito, sub stupore eam cõuenerunt; ac primũ obsecrando, dein increpando, demum omnigeno conatu, vt alimentum sumeret, angariauerunt. Sed illa perinde modis omnib⁹ vniuersa, quæ mandi & bibi possunt, recusabat ꝓcipere, cibi potusq; fassa delectationẽ se minimè habere. Propinqui verò puellæ aquã lacte mixtã ori per vim infundentes temptabãt, si forte vel tenuẽ glutire posset liquorẽ. Cuius gustum dum inuita sorberet, erecto statim collo sanguine cõfectũ reuomebat. Tunc parẽtes, qd quirent facere ignorãtes, cõsiliũ inierunt,

vt eam IOSEPH Frisingensi Episcopo præsentarent, sperantes eius auctoritate filiam communi reddere vitæ. Quorum spebus dum ille satisfacere tentaret, puellam sub austeritate arguens, vt ederet, coegit. Illa autē quasi quisquilias esum potumuè respuens, non solum illa die incœnata remansit, sed & iam annum integrum haud absq; manuum opere iciuna compleuit. Facies verò illius nimis erat pallida & sanguinis exhausta. Quod quidem nobis valde mirum, sed incredibile videtur animis hominum aut omnino brutorum, seu cœlestis oraculi speculum minus clarè intuitorum. Non enim est impossibile apud Dominum omne verbum. Et illud: Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit in cœlo & in terra. Qui solus nouit, quare homo cæcus natus fuerit, & cur tantam rem in muliercula fecerit, cuiusq; meritis salutem eius concedere voluit, & quibus voluit per nocturnas visiones reuelauit: quia puella mortalibus diu portentui habita, ad memoriam Martyris Emmerammi deberet deduci. Quod vt parentibus innotuit, properè ac alacriter filiam assumentes, dum ad vrbem, quæ sacrum eius corpus amplectitur, proficisci vellent, sed ob itineris prolixitatem ire diffiderent, secum eam ducunt ad locum, vbi testis fidelis purpuratum accepit Martyrij triumphum. In quo vt solo tenus humiliata, pro posse & nosse orauit, erecta surgit, panem poscit, qui cum adest, stat sana & est. Christiani qui aderant, mirabilia Christi videntes, laudabant eum, etiam tunc fortassis vociferātes; nos verò ipsum collaudamus nunc, sub silentio hæc reminiscentes vel pronunciantis officio legentes. Tu autē Martyr alme piorum votis Emmeramme colende, pro cuius veneratione panis viuus miraculū hoc fecit in pane, apud eum nobis obtine vt illud in regno super mensam illius, cum iustis edamus & bibamus.

Luc. 1. Psalm. 134.

Quam-

V.

Quanto honore & qua reuerentia, quo affectu Principes beatum Emmerammum coluerint, inter cætera sibi ab his collata prædia seu preciosa donaria testantur. ad Orientem prouinciæ huius LVNÆLACVS optimo pisce viuidus, vnde regius cibus: ad Occidentem vero vinifer cespes SPALTICVS, è quo regius potus. Attestatur quoque territorium RATISPONENSE & prædium regale, quod à fastigio montis meridiani, inter vias publicas vsq; ad muros ipsius monasterij à CAROLO Magno traditum est *Carolus. M.* beato Emmerammo & monachis eius sub imperiali testamento Hic inter cætera, quæ regio more ac imperiali potentia constituit & ordinauit, ducem TASSILONEM *Tasilo. Diote.* regno priuans, cum filio DIOTONE monachum esse compulit; nec non Sedem Ratisbonensis Episcopi à Ducibus prioribus extra vrbem translatam, ad Martyris videlicet S. Emmerammi Basilicam, infra vrbis eiusdem muros constitutæ, beati Petri Apostoli sub SIMPERTO E- *Simpertus Episcopus.* piscopo restituit Ecclesiæ. Locum autem Martyris in patrocinium sui honestauit munificentia regali, subdens eum illi, qui ibi inthronizatus fuerat sede Pontificali. Duces verò, qui ante hunc Principem, sub regibus FRANCORVM, BAIOARIÆ regebant ducatum, quæ bona beato Emmerammo contulerint, pitacia eorum & testamenta penes nos satis indicant inuenta. Huius autem filius, piæ memoriæ, Imperator HLVDOVICVS, & qui illi fuerant suc- *Hludouicus Imperator.* cessores in regno, Comites quoq; ac optimates, nec non Iudiciariæ dignitatis, complures, quantis quibusuè rebus, prædictum ditauerint locum, testatur pars non solum maior, sed etiam melior Episcopatus REGINÆ ciuitatis. Ex his autem omnibus, qui Christi martyrem reuerenter colebant, seu cum reuerentia diligebant, eo quod

Arnolfus Carolomanni F.

præ cæteris eiusdem cultui deditus esset, excipiendum mihi puto, persuauis memoriæ ARNOLFVM Carolomanni filium, primo BAIOARIÆ Ducem, dein FRANCIÆ Regem, nouissime autem ob beati Petri defensionem, post victorias mirificas, Romæ factum Imperatorem; sub quo etiam veluti fundamentum quoddam Martyris almi miraculis scribendis ponere volo; quia hinc exordium sumens, vtpote ex noto, & circa eundem DEI Martyrem maxime deuoto, pulchram ad cæteros Principes his annotandos processionem facere potero. Is namque sperans DEVM sibi fore propitium, elegit beatum Emmerammum, vitæ suæ ac regno patronum, adeoque illi adhæsit, vt in vicinitate Monasterij regio cultui aptum construeret grande palatium. Cum ergo huius patrocinium duris in negociis & in præliis multis haberet expertum, manifestius hoc sibi adesse sensit, quando MARAHENSI bello interfuit. Ibi enim primo congressu (vt legisse me memini) crepitantibus hastis, qui erant Tyrannicæ partis, viderunt acies Imperatoris, ab ignotis & pulcherrimis defensari viris, qui vti dignis reuelatum est, erant Sancti, quorum patrociniis illo profecturus intentè se commendauit. Horum quippe visu perterritis hostium cuneis, lentescebat pugna in parte aduersa. Quod ægrè ferens vnus militum tyranni Clypeum arripuit, & primarium signum legionibus prætulit; superbè has conpellans & exhortans, quo sui exemplo animos resumerent ad pugnam. Cumque præpeti cursu in ipsum penè Principem irrueret, obuium habuit senem canitie venerabilem, sed habitu terribilem, qui ei protestatus Emmerammum sibi resistere, vmboni manum inseruit, ac tamdiu frustra renitentem vexauit, quousque hi, qui eius instinctu facti sunt

cti sunt audaces, fierent omnes inde fugaces. Hæc non ficta, sed esse veraciter facta & dicta, is qui vidit & pertulit, postea humiliatus confitetur & prodit. Hinc Princeps glorioſus victoria tali oppido lætus, Ratisbonam reuertitur, vbi consonis omnium in ea Ecclesiarum campanis susscipitur, simulque triumphus cum miraculo prædicatur & extollitur. Tunc sapienti vsus consilio, & illud macte ruminans: In die bonorum non immemor sis malorum. & quia displicuerunt nouem minime glorificantes eum, cuius est benedictum æternaliter nomen, per cuncta NORICÆ monasteria misit gratifica munera. Speciali autem suo patrono Emmerammo pro gratiarum actione contulit totum palatij ornatum: In quo erat ciborium quadratum, cuius auro tectum tabulatum, fastigium serto gemmarum redimitum. Corpus verò ad geminæ specimen dilectionis, similitudinem habens superioris & inferioris, sustentatur aureis octo columnellis, quæ & ipse tot virtutum seu beatitudinum instar exponunt. Erant etiam in eo Euangeliorum libri plenarij auro & gemmis tecti, scripti, picti, ac omnimodis ornati: E quibus vnus est cubitalis; opere, precio, pondere, siquidem talis, vt ei non facile inueniri possit æqualis. Cuius in dextra parte dispositio gemmarum centenarium etiam complet numerum, quarum quædam adeo quantitate præeminent, vt quatuor ex his calices aperiant sedecim, in figuram Sanctæ CRVCIS, per singulos quaternis, ordine medio, dispertitis. Intimus autem ordo contractior, calices habet triginta duos, singulatim gemmis minoribus opertos, quibus venustè respondet extimo amplioribus per castella dispositis, nec non marga- *Eccl. 11ª*

margaritis per pro pugnacula insertis. delicioſiſſime compto. Hæc autem cum largifluæ Principis deuotioni tanto patrono minime ſufficerent, pro dono addidit argenteam craticulam prædicto ciborio ſubponendam. Adiecit & pallia coloratu paria & varia, inter quæ vnum vnius texturæ, longitudinem habuit cubitorum triginta. Verum his quid diutius immorandum? Demum quippe apud ſanctum Emmerammũ ſibi iuſſit præparari mauſoleum, quo mortem obiturus, eum benignius in Eccleſiis haberet patrocinantem, quem in terris vtcunq; viuens & valens ſui ſuorumq; optauit, imò fecit fore potentem. Huius tui miniſteriarchis animæ & nihilominus adhuc tibi famulantium cateruæ potenti prece apud omnipotentem ſuccurre beate Emmeramme.

VI.

Heinricus Saxo. Cunradus Rex.

Sub præfato itaq; principe TVTO ſancti Emmerammi monachus Ratiſbonenſi præſulabatur Eccleſiæ, qui à ſeptimo anno imperij illius, vſq; ad duodecimum regni HENRICI SAXONIS, hac in vita permanſit. Huius ergò anteceſſor CHVNRADVS Rex, exigentibus publicæ rei vtilitatibus ad REGINAM ciuitatem deuenit: In qua rebus, quarum gratia venerat profligatis, ex antiqua regum conſuetudine commonitus, acceſſit ad Eccleſiam B. Emmerammi, quaſi licentiam accepturus FRANCIAM remeandi. Vbi Principum ſepulchra viſitanti ARNOLPHI ſcilicet Imperatoris nec non LVDOVICI, qui puer immatura morte è medio exceſſit, à Capellanis male ſuggeſtum eſt, vt regio iure ac poteſtate ſuorum, vtpote qui fuerit, anteceſſorum ſibi vendicaret præſcriptum magni precij librum. Quem cum prænominatus Epiſcopus dare iuſſus, ſed hoc facere Martyris timore nullatenus eſſet auſus, minis tandem ad id ventum eſt, vt librum eundem coram Principe inuitus in altari expo-

exponeret. Cui tamen imprecatus est dicens: Debitor B. Emmerammi sit in die iudicij, qui hunc vsibus eius subtraxerit seruitij. Quod quantum valeret, cito experturus Rex, præcepit eum temere tolli & efferri. Cumq; ascendisset equum prope monasteriũ incurrit dysenteriæ morbum. Quo tremefactus, ac in se facti commertium sentiens percruciatus, eodem momento restituit librum beato Emmerammo, inde secum ferens dolorem, quo in FRANCIA vltimum clausit diem. Tunc venerandus Antistes tuto Christo adhærens in Martyre suo, coronis Principum CAROLI, CAROLOMANNI, ARNOLDI, addens de suo quantum potuit, B. Emmerammo aureum altare parauit, venustissima forma decorauit, mille gemmis ornauit. Hic atqui cæcatus corpore, sed illuminatus mente, castigatæ infirmitatis necessitatem vertit in animi augustam virtutem; & nequaquam valde depensans priuatum se luminis, quod sibi commune esset cum muscis, talem spiritus habuit consolationem, vt per eum ventura præuideret, ac ea, quibus minimè intererat, facta patenter ediceret. Constitutus ergò apud LVNÆLACVM triginta ferme RASTIS à Ratisbona distantem grande in ea quadam die factum suis indicauit incendium. Huius rei non solum probato, sed etiam totius in eo pietatis testimonio, exemptus e medio, vti nobis dictat bona spes, migrauit ad cælicas sedes: ibi quem hic dilexit patronum suum semper visurus Emmerãmum. Cuius propitia interceſſio famulis obtineat apud lumen verum illuminationem oculorum nostrorum, ne vnquam mortis obdormiamus in portis. *Lunælacum Manſee.*

VII.

Postquam monasterium beatissimi Martyris Emmerammi, quod prius extra fuerat, cœpit esse intra muros RATISBONENSIVM ciuitatis, quos ARNOLFVS Dux, inter *Arnolfus D.*

Henricus R. Otto Imp.

optimates opere diuiſo, cito conſtruxerat, ſub Rege HENRICO, filius eius de gente SAXONVM primus Impator OTTO adhuc eandem probum duxit venire ciuitatem. In qua factis & celebratis, quæ erant Imperatorij iuris, B. Emmerammum curte Regia donauerat, quam germana lingua HELPHANDORF vocitat, Romana verò, Adiutorij vicum

Michael Epiſ. Ratisbon.

latinizat, tunc MICHAEL HIASPOLITANVS Antiſtes in quodam monaſterij palatio Imperatori parauit conuiuium, quo principem cum primatibus fecit recumbere ſecum. Cum ritu epulantium pene forent confirmati, & vino

** al. dicens.*

lætati, Imperator ore iucundo SAXONIZANS* diē: Siceram cuius quis bibat, huius & carmen canat. Beati Emmerammi bona manducauimus ac bibimus, inde mihi videtur æquum charitate eius finiri conuiuium. Mox aderant pincernæ, propinantes ſingulis ad nutum Imperatoris charitatem Martyris. Ob cuius venerationem inter ſe cunctis oſculum dantibus, & inuicem ad potū charitatis ſe cohortantibus, vnus hanc ſuperbè reſpuens dixit: * Helrā in

** fort. hæc charitas.*

ventre meo non habet locum: quia cibus & potus iam intrantes præoccupauerant illum. Adhuc lingua palpitans ex emiſſione verbi mouebatur, & è pariete cui amphipendulato dorſo tenus inniſus adhæſit, colaphum tam valide complosum accepit, vt è ſeſſu proiectus in medium palatij præceps rueret: nec non ſimul omnes timor & altus ſtupor caperet. Tum, religioſo Monarcha cum Epiſcopis & optimatibus Eccleſiam feſtinanter ingreſſo, cōſonantib⁹ campanis, Deo & Martyri pro gratiarum actione, laudes celebrantur ac letaniæ. Sed ne forte alicui iſtud videatur incredibile, ſciat quiſq; fidelis, id me nullatenus fingere, ſed à quodam viro fideli, atq; ſene, SIGIBALDO nomine, ſicut ſcripſi accepiſſe, qui per fidem Chriſti teſtabatur huic ſe conuiuio interfuiſſe, & nihilominus vera dixiſſe. Tu autem

tem ſancte Emmeramme, quem omnipotens hoc in ſigno, vt in cæteris, voluit honorare, preces illi pro nobis peccatoribus funde, quo per veram charitatem angelum ſatanæ colafizantem nos poſſimus auertere.

IIX.

*E*rat quidam ſub prænominato Angelici nomini *E*ſpiſcopo beati *E*mmerammi Monachus, nec non etiam Eccleſiæ cuſtos & ædituus, nomine ADALPERTVS. Is locorum Sanctorum deſiderio tranſmarinam aggreſſus eſt peregrinationem. Qua Hieroſolymam petens & cætera cœleſtis theſauri perluſtrans ea loci ſacraria, millenis aduerſitatibus atteritur, terra & mari tentatur, ex ipſis quoq; faucibus mortis patroni ſui precibus, frequenter ereptus probatur. Quod ſemel quam euidenti ſigno factum fuerit, relatio ipſius hîc inſerta patefacit. Quadam die iter in mare fecimus nauale, pro qua nobis triſtem, denſitas nubium, colliſio fluctuũ, ſpiritus procellarum pepererunt noctem. Cumq; ventis & vndis hinc inde quaſſati iactaremur atq; pericula mortem minarẽtur, peruentum eſt ad hoc, vt nautæ conclamitarent: Domine nõ eſt. Et nauclerus diceret tremulus: Defecit. Tum ego miſer de profundis ruminans, vitæ abſumptis omnium ſpebus præ triſtitia ſum ſoporatus. In dormiendo autem videbam quaſi Domini mei Martyris Emmerammi præ oculis pendere paſtoralem virgam, quam vulgo dicunt cambotam vel ferulam. Cuius vnco ad faciem meã conuerſo, ſentiens adeſſe mihi beneficia patroni ſæpè experti, manũ tẽtabam illi inſerere, vt de profundo pelagi poſt ſe ſic me adhærentem dignaretur extrahere. Tunc certè in ipſa manus porrectione, quam veluti vigilans leuabam, expergefactus vidi noctem die; lætis triſtia; aeris turbida, ſerenitate mutata. Ad cuius ſpectacula exhilaratus mirabar cum mirantibus

tam subitam & pernicem dextræ excelsi immutationem. Nautæ verò viribus resumptis gratias referebant Deo pariter & pro salute nec non miraculi quantitate. *Ego* autem gratificatus omnium bonorum fonti, quod meritis nostris nequaquam potuit fieri, deputabam patrocinijs beatissimi Martyris Emmerammi. Per quem somnia & insomnia, qui non dormit neq; dormitat efficiat nobis innoxia, & concedat posse vigilare ad opera bona.

IX.

Superiore quidem Capitulo perscripsi, quod cucullato & monacho erat consolationi, hoc verò innectere libet quæ sint peruersis timori, ac nihilominus apostatis terrori. Fuit in RATISBONA homo quidam nomine SIGIBERTVS, lege humana seu conditione liber, sed Christianæ veræq; libertatis indigus & æger. Hunc accepi fantasticis adeo infestatum præstigijs, vt nullatenus dormiens vel vigilans requiem habere posset, nisi se cucullatum apud sanctum Emmerammum feciſſet. Quo perpetrato, dæmonum cessauit infestatio, & diuersa maligni impedimenta, Martyris prece sunt sopita. Verum ille miser & infelix post aliquot dies, defensoris oblitus, suggestionibus occultis consensit illius, qui in se apertè dominium perdidit inuitus. Questus ergò pro carnium olla in Ægypto relicta & pœnitens quorundam se perpeti penuriam in monasterio, quorum paruam abundantiam falso reliquit in sæculo, monasticum deposuit habitum cum illo ludibrio, quod vulgus iam habet in prouerbio: Hinc hinc cucullum, non vltra grauabis collum; ob paupertatem monachorum celeriter mihi reuertendum ad lapidem coriorum. Hoc autem dixit, quia prius erat coriarius, seu calceamentorum sutor dolosus. Sed nequaquam diu gauisus est se monachis ita illusisse. Nam non multo pòst maligno spiritui

est

est traditus. Quo vrgente nimis furibundus, & iam catenatus ad sanctum Emmerammum trahitur, ac in choro ad columnam ligatur, quo cum fratres conuenissent, & pro eo flebiliter orassent, interdum clamore adstantes perterrendo saltabat, interdum supinus iacebat. Nouissime eum diabolus in aëre suspensum tam diu tenuit, quousq; fidelium votis & maxime B. Emmerammi patrociniis ei succurreret maiestas diuinæ pietatis. Tunc demum relapsus in pauimentum per dæmoniacam discerptionem erecto collo cœpit euomere cruorem cum sanie. Qua cum plastrum horribiliter esset pollutum, spurcorum Princeps subitò omnem spurcitiam inde auferens, secum ad vitream fenestram sustulit, quam ob exitus signum comminuit, & sic inter spiritales nequitias, euanuit. Ille autem homo multos fecit annos in graui pœnitentia, exercens nudipedalia, in summa rerum miseria. Sancte Emmeramme à sancta Trinitate triplici hoc miraculo honorate, pro nostris intercede negligentiis, apud eum, cuius clementiam nulla mortalium superant delicta.

X.

Inter innumera casuum humanorum infortunia valde miserabile ac magis flebile videtur & est, quod in homines, quorum possessor esse debet DEVS, vt propria domicilia intrat humani generis inimicus. Sed id reuera occulto & iusto fit DEI iudicio. Traduntur enim interdum huiusmodi propter peccata carnis in interitum satanæ, vt salui sint spiritus in die dominici aduentus. E quorum vnus GESTILIVB vocitatus, hospitibus pessimis permissus, nobilis genere, sed vbiq; miser multiplici dæmone, intus diaboli, foris catena ligatus terri, per plura Sanctorum loca mundandus deducitur, sed minime absolutus reducitur. Demum diuina miseratione hoc, vti voluit, dictante,

ctante, venitur ad S. Emmerammum, talium dono cœlesti liberatorem magnificum. Vbi geminis deuinctus catenis, adeo extitit bestialis & immanis, vt à trium viris dextra læuaq; pari numero diuisis, vix ab interitu sui, nec non aliorum posset cohiberi. Cumq; diu oratum esset pro eo & multis foret horrori & exemplo, ante confessionem beatissimi martyris hospes hispidus & horridus nomen confessus legionis, eiectus est ab hospite antea sibi charo, sed tunc martyris precibus admodum amaro. Tum videres, mirum in modum, si adesses, hominem paulo ante per alienas vires ossibus & neruis distentum, subito mediocri gestu corporis contentum, vno eodemq; momento destitutum propriis viribus & restitutum. Is ergò Sanctorum, quos pro miseria releuanda petiuerat, charitate, beato Emmerammo donatus, per eundem dulcissimum patronum gratificatur DEO, simulq; omnis plebs HIATOSPOLITANA coniubilat cum eo. Pro hoc domine dominorum, & aliis potentiæ tuæ miraculis, generatio præsens & futura laudabit opera tua. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuę loquentur, & mirabilia tua narrabunt & virtutem terribiliũ tuorũ dicent. Cum quibus & nos humiliter ac supplicatiue dicim⁹: Emmerãmo testi tuo fideli concede salutem omnium nostri. XI

Plusquã 300 añi post S. Emmer. Lamperti tyranni generatio.

Merita B. Emmerammi martyris quantum valeant in pręsentia omnipotẽtis, testatur iã plusquam per trecentos annos LAMBERTI misera generatio tyranni. Cuius è stirpe vnus die quadã cum aliis patroni nostri petens Ecclesiãcum intrare tentarent in ipsi⁹ atrij, quod huic adhæret medietate, subita prohibit⁹ est cæcitate, ibi dum deuiando manibus palparet, ac pedibus offenderet, à transeuntibus quis esset, quid pateretur, interrogatus, & gen⁹ infœlix, cum casu professus, eorum consilio & ducatu atrium est egressus. Qui mox

mox visum recipiens, nec non pro eo quod sibi acciderat, haud satis diligenter se discutiēs, vtpote alicuius oneris expeditus, intrantium turbis est coniunctus: tunc miris mira succedentib⁹, in ipso portarū intro itu denuo cæcitate percussus. Vnde & á populo honorē dante Deo absque dilatione foras ejicitur, quia per euidentissimum signū à cunctis inimicus testis esse coniicitur. Huius rei testimoniū cū publico rubore homo portans secū, & valde miratus se bis cæcatū atq; illuminatū, repedauit ad propria. Huiusmodi sermone inter conuiuales & consanguineos exeunte: Nouerint oēs, nulli ex posteritate LAMPERTI accessum apud S. Emmerāmū iri concessum, nisi cū magna humilitate & multū valente impetratum fuerit prece. Tu verò magnifica lux mundi, per intercessiones martyris tui illumina tenebras cordis nostri, ne extorres simus cœlestis regni, sed intromittamur nuptiis agni.

XII.

Nobiles quidam viri, cognatione nobis & tempore noti, quorū nomina silemus, quia verecundatur quisq; proximus, ob timorem pariter & angorem calamitosæ pestis, quæ diu multumq; sęuit in hominibus tyrannicę posteritatis, p diuersas rerū suarum oblationes atq; sacerdotū orationes miserunt ad B. Emmerammū, quo liceret eis absq; publica cōfusione, domiciliū requietionis eius intrare. Quod cū videretur impetratū, vt venirent sub spe ad illos est platū. Qui venientes cū humilitate ac tremore sunt intromissi & non infructuosè admissi. Nā capita cum manib. religiosè altari imponentes, professi sunt se martyri ꝑpetuos censuales. Aliqui tradiderunt seruos & ancillas, vt in cōspectu tanti patroni inuenerunt gratias. Alii verò contulerunt possessiones prędiorum, ne vltra starent in parte reorum. Alius hic reliquit triennem languorem, alius depositit binam debilitatē, alius iugem superauit maligni spiritus infestationē.

His

His tandem & huiusmodi beneficiis refecti, quia antea malis innumeris erant affecti, in propria sunt reuersi. Vnus autem eiusdem stirpis perduræ ceruicis, nomine * Alrammus, fecit quod noluit beatus Emmerammus. Vendicauerat enim sibi iniustè prædiorum partem, quæ nepos eius, martyri sub testibus dedit in hæreditatem. Pro qua conuentus à primoribus, & interpellatus à defensoribus, ob cordis duritiam penitus renuit facere iustitiam. Cæterum beatus Emmerammus, suorum defensor optimus, super temeritate & malitia adeo eum afflixit, vt per aliquot septimanas ægritudo eius sibimet & esset pœnæ atq; horrori, amicis verò inconsolabili mœrori. Vnde contigit vt frequenter mortem optaret, sed optata minime veniret. Tunc demum procul dubio ipsa rerum facie perdiscens, quia illum haberet offensum, cuius Martyrem inhonorauerat sanctissimum, seq; dolens infelicissimè viuere, & nihilominus huiusmodi vitam morte saltem haud posse finire, consilio sero sed tamen bono, vxorem sub festinatione cum filiolo ad martyrem misit, neptem scilicet meam cum nepote illuc ad restituenda prædia currere fecit. Qui nocte vigiliarum eius venientes, & mane ordinem rei mihi exponentes, à me accepto, quod ad salutem pueri pertinuit consilio, hora diei natalis beatissimi Martyris quasi secunda, mater ad altare accessit, & primo filiolum S. Emmerammo soluere faciens censum, de ineum eiusdem manibus attractis more Baioarico testibus, retradidit prædia, vti antea fuerant tradita, domumq; est reuersa. Inde mihi postea nuncius venit, qui iurauit per beatum Emmerammum, prænominatum ADALRAMVM eadem hora tranquilla pausatione defunctum esse, qua hæc traditio facta est RATISBONÆ. Nos proinde quotquot sumus tãti patroni cultores, DEO & illi gratificas concinamus laudes.

Adalramus.

Vxor Adalrami neptis auctorũ.

Magna-

XIII.

Magnalia DEI vehementer sunt consideranda, & Sanctorum ira seu patientia nimis timenda. His etenim patrocinantibus clemens nobis erit altithronus, offensis verò & spretis, per longum aut breue, non stabit inultum & leue. Quod apud S. Emmerammum sub MICHAELE Episcopo satis probatum seniores retulerunt nobis, qui memorabantur illius temporis. Is ergò p̃ rebus martyris defensoribus assumptis, cũ PERCHTOLDO Marchione conflictũ habuit magnũ. Cumq; diu certatum esset vtrinq;, tandẽ in id partium paria conuenerunt, vt duodecim virorũ nobilium iuramento, quod exigebat præfectus tolleret B. Emmerammo. Super cuius altare CAMBOTA ipsi⁹ posita, homines numeri præscripti accedentes iurauerunt. Sed vltione diuina percussi grande secũ recedẽtes malum portauerunt. Cuius talione saumatizatus ex patre auus meus ARNOLDVS eodẽ momento, dextro debilitat⁹ brachio, post paucos annos in flumine NABA solus, comitatu saluo, subita morte vitã finiuit. Cæteri verò, qui coniurauerant quid perpessi sint, breuiter tangam. Alius atqui cæcatus, alius strangulatus, alius insensatus, alius paralysi solut⁹, alius euiscerat⁹, alius fulmine vstulatus, alius incendio p̃prię domus consumpt⁹, alius mancus & monophtalm⁹, alius cancri morbo percussus, alius elefantię peste fœdatus, alius hydropica inflatione grauatus, miseram vitam misera morte finierunt. Vnde meus ex matre auus prẽnominat⁹ scilicet Comes PERCHTOLDVS terrifica commonitione tactus, B. Emmerammo prædium suburbanum, quod dicitur Isininga, p̃ venerabilem pij Abbatis RAMVOLDI ordinationem donauit, illius ascribens obsequium, duodecies dandum charitatiuo vsui monachorum, nec non refectioni duodenariæ Christi eleemosynariorum. Tu autem sanctissime martyr Emmeram-

Perchtoldus Marchio.

Arnoldus auus auctorũ

Naba flum.

Perchtoldus Comes auctorũ auus maternus.

me duodenario miraculo clarificate, pro nobis peccatoribus, hactenus abusis duodecim inreligiositatibus, preces largas funde coram illo, qui hunc numerum Apostolico dedicauerat choro. XIV.

Cum hoc certissimum habeat Christiana fides, quia hi, qui in nomine domini largi sunt in pauperes, in DEVM dici debeant ac sint per omnia diuites; & quia ipse dues est in omnes vniuersisq; ad sufficientiam tribuere potest, tamen ne desint in mundo, in quib⁹ fragilitas humana sua possit redimere peccata, suis membris in minimis quotidie sustinet onus paupertatis. Quibus id leuandi gratia, percursitantibus fidelium domus & hospitia, adeo quorundam parcitas obduratur & nequitia, vt prę famis ac frigoris angustia, incidere cogãtur amarę mortis gurgustia. Quæ, conditione sub hac, quò plures miserabiliter absumat, multitudo falsorum fratrum violenter sententiam dictat. Hi siquidẽ non spiritu humiles, sed reb⁹ & vitiis pauperes, per clandestinas ac euidentes rapinas Christi præpediunt pauperibus, ne solatia accipiant, aliquando etiam à bonis fidelibus, à quîs boni pauperes & mali, haud facile queunt discerni. Hi vt filij diaboli cum peruersis ac sceleratis fœderati partim exercent latrocinia in siluis & villis nimis crudelia, partim per loca sacraria, moliuntur quæ penitus nefaria. Quidam verò, qui inter eos videntur quasi sanctiores, Ecclesias per hypocrysim frequentantes, ac sacrilegis ibi lucellis inhiantes, velint nolint euoluunt in publicum, quam vacui sint diuitiarum verarum. Quid plura? Locis in sanctis ipsi non sine miraculo sæpe vidimus deprehensos, quorum furta seu cætera flagitia hoc satis declarabant, quod non in spiritu & veritate veri aduenerint adoratores, sed falsarij seu deceptorij adulatores. Horum alij misericordia donati, & sic sunt in spi-

Ephes. 2.

Ioan. 4.

In spiritu lenitatis saluati. Alios verò, qui videbantur corde duriores, publicæ emendabant castigationes, ne impunitas tales faceret deteriores. Pars autem abscondita patientiæ Sanctorum reseruabatur, quia omnino à mortalibus, qui & quales fuerunt ignorabantur: exceptis his, qui sibi erant conscij huiusmodi facti. Quorum ex numero quædam muliercula REGINÆ ciuitatis indigena, ad confessionem Christi martyris Emmerammi, cui vocabulũ est de pedibus, ipsius die quadam quasi adoratura accessit. Ibi ergò calicis raptu furtiuo, quem super altare B. IOANNIS reperit, vt circumspectans se solam vidit, saluti suæ nimium inuidit. Quo vt secum domi occultato, nec nõ eius argento plumbo peccati commutato, proprios in vsus abusa est; manifesto Dei iudicio paralysis morbo soluta est. Cuius molestia per biennium grauata, tandem protractis & continuis doloribus, discit quem in loco martyris offenderit; ob cuius despectam confessionem, tam euidenter in corpore suo pertulit confusionem. Vnde & in se reuersa, atque per pœnitens cor suis angoribus consulere annisa, pauperculo sumptu, quem amminiculis proximorũ colligere potuit, calicem nouum parare curauit. Tum sacerdotibus confessa delictum, quia destituta esset officio membrorum, in qualo deportatur ad S. Emmerammum. Cui dum propria manu, altius tamen suffulta, calicem restituisset, atq; intimas preces cum lachrimis effudisset, subito reddita sanitati exilit de sportatio cubili, & gratias clamat DEO ac beato martyri. Et quia libenter quam attulerat, immò qua allata fuerat, chorbe cum doloribus carebat, eam læta secus basim altaris reliquerat. Quã extemplo fideles ante Ecclesiã pro monimento suspendere, ac summo gaudio legioni signorũ ea loci pendentium hoc intermiscuere. Sed cœlitus ministrato tam grandi miraculo, est valde pensandum

tanti Martyris meritũ, qui mulierem absq; ministerio suorum pedum venire voluit ad aram suę requietionis antipodam eo scilicet tenore, vt vbi antea tenebrata impietate, conticescens occultabat delictũ, ibi postea sub luce piæ cõfessionis, ac recuperatione salutis, ipsa cum cæteris disceret scriptum: quia Dominus seruabit pedes Sanctorum suorũ. Et illud Isaiæ prophetæ: Quàm specioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. quorum nos participes per chariſſimi sui Martyris preces efficere dignetur, qui sedens super cherubin abyssos intuetur, Amen.

Psalm. 90.
Matth. 4.
Isai. 52.
Rom. 10.
Dan. 3.

XV.

Quia beneficia diuina vsq; in finem sæculi multorum sint resurrectio & ruina, quotidie creatoris declaratur omnipotentia, quæ fidelium corda dirigens mandatorum suorum in semita: Populum humilẽ saluat, & oculos superborũ humiliat. Castigat ergò fidei sacrę filios misericorditer vt corrigat, incredulos autem & impios ob durum cor & impœnitens iusta sententia damnat. Vnde & plebs Christiana in DEI omnipotentis lætatur gratia, de manu filiorũ alienorum segregata, quorum filij sicut plantationes nouellæ, filiæ circumornatæ, promptuaria plena ex hoc in illud eructantia, fœtosæ oues, crassæ boues. Non est ruina maceriæ neq; transitus neq; clamor in plateis eorum. Hac igitur falsa felicitate deliniti, Christianis improperare solent Pagani & Iudæi, quod cum hi multimoda terantur & grauentur pressura, ipsi è contrario consolationẽ habeant & leuamen in omnia sua. Nostros velut pauperes ac inanes afficiant pestilentiæ ac fames; illos verò reficiat, immò distendat superflua rerũ congeries, in qua est omniũ malorũ materies. Pro quorũ inani iactantia cõsolatur nos pleniter, si digni sum⁹, spiritali abundantia: è cuius copia Dauid eructans & cor laborib⁹ humiliatũ, consolans, dicit: Multę tribula-

Psalm 143.

bulationes iustorum & de his omnibus liberauit eos Dñs. *Psalm. 33.*
Mors autẽ peccatorũ pessima, quos tenuit superbia; quia cũ *Psalm. 72.*
hominib⁹ nõ flagellabuntur. Quibus cũ dicimus, quare non creditis in Dñm, cuius iuga fidei super se leuasse, iam totus mundus gratulatur? Respondent, in rerum prosperitate seu aduersitate vtrinq; probandam fore executionem fidei rectæ, & quis immundo videatur subiacere maledicto. Nobis autem è contra resultantibus, quia maledictio mundi mutabitur benedictione cœlesti, esuries saturitate, luctus exhilaratione; oportet nos aduersa mundi patienter tolerare. Vos, inquiunt, solito more incerta pro certis semper habetis; & ideo quadam facilitate ad hæc nos conducere tentatis: Quos occasione aliqua in nomine domini cupientes lucrari, docemus verbis huiusmodi: Christianos constat, factis maiorum, & dictis valde certificatos in fide, cui adhuc etiam inter cętera veritatis indicia, multum adstipulantur miracula cœlitus ad Sanctorum memorias declarata: quæ pro sui magnitudine ac assiduitate, nec inimicos huius nominis & religionis arbitramur posse latere. Quibus nostra parte prolatis, obuiare conantes Iudæi duritia cordis lapidei, clamant, & perstrepunt dicentes: Optime nouim⁹ quo tendit vester epilogus. In Ecclesia quidẽ Martyris vestri Emmerãmi, quia notum est omnib⁹ Ratisbonæ habitantibus claudos reparatos, atq; cæteris molestijs affectos, à vero medico curatos, minimè diffitemur. Sed per Messiam, quem nominatis Christum, & eum, quem dicitis patronum vestrum, horum aliquid factum nunquam fatemur. Nam omnipotens in omni loco dominationis eius quæcunq; voluerit facit vt Deus. Potest etiam in plateis conferre sanitatem infirmis, & facere talia in synagogis siue nostris in scholis, qualia in vestris gloriamini facta Ecclesiis. Tum os eorum quasi ad cœli cameram suspensum, & lin-

guam procaciter transeuntem in terram, oppilauimus ser-
mone in hunc modum se continente. Quia Domino no-
stro IESV Christo corporaliter cum hominibus cõuersato,
ac munera suæ pietatis intra & extra synagogam, patribus
vestris magnificè impertito, non solum cum eis ingrati ex-
titistis, sed miserrima vosmetipsos interficientes dementia
etiam hoc in malum vestrum accumulastis super iniquita-
tibus eorum, vt in eo capiti omnium bonorum, nec non
illius membris electis detraheretis, vnde salutem gratis
oblatam attrahere debuistis; ecce conuertimur ad gentes
quæ Dominum in Sanctis eius nouerunt laudare fideles.
& quia indignos vos DEI iudicastis gratia, ac omne bonum
vsq; hodie à salute vestra negatiua diffessione repulistis, his
fructuosè proponimus margaritas, qui sciunt cum honore
suscipere illas. Vobis autem erit æterna confusio, testante
Matth. 8. Christo in suo Euangelio: Quia filij regni in tenebras exte-
riores erunt trudendi, & sine fine puniendi. Cæterum vt re-
uertamur ad humilitatis nostræ propositũ. O lectores & au-
ditores, qui veræ fidei estis confessores, q; de Christi gratia
Sanctorumq; gloria Iudæis visum est dubiũ, dilectioni ve-
strę monemus non dubium, sed semper maneat certũ, quia
ostium Dei quod alijs est clausum, alijs iusto Dei iudicio
erit apertum. Ante quem & in quo cordetenus orandum,
ne cum hoc mundo damnemur, sed Redemptoris gratia
potenti saluemur. Cuius in charitate spes nostra ponenda
cum fide, ne permittat de parte iustorum perire, pro quibus
dignatus est mortem crucis subire.

XVI.

Burchardus Marchicomes & Præf. Ratisbonens.

Erat quidam vir ingenuus BVRCHARDI Marchico-
mitis & Præfecti Ratisbonensis vasallus. Hunc diuina à
DEO corripuerunt flagella, vt neruis contractis omnium
penè

penè destrueretur officijs. Cumq; diu huiusmodi castigatione attereretur, demum ad opus Dei in illo manifestandum, sub spe non confundenda ad sanctum Emmerāmum defertur in cuna, infantibus magis eatenus apta quam viris. Cuius vehiculo vt ad altare testis peruentum, ibiq; aliquantisper est oratum, is qui cunulæ adhæsit vt pusio, repente robustus erigitur ac sistitur vt homo. Tum videntes qui aderant in nouo Martyris mirigerulo plenam staturam, resurrectionis adinstar generalis, proceram. In Ecclesia eiusdem testis immolabant DEO hostiam vociferationis secundum illud, quod Dauid ait: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. *Psalm. 117.* Cum quibus idem patronus noster dulcissimus, æterna pro exilio breui patria donatus & pro pondere laborum inæstimabile præmium sortitus, pro morte pretiosa inusitato genere Martyrij acquisita. In tuo Christe regno gloriatur corona, quam elucere facit specialis tui & proximi dilectionis gemma. Qua & nos, pro modulo nostro, insignitos vocationis hora humiliter petimus à te inueniri, cuius misericordia quæ bona sunt in cordibus verè fidelium non permittit sopiri, sed pleno perseuerantiæ fructu eorum facit opera finiri.

XVII.

Gloria Sanctorum Christo congregantium patres & fratres est valde reuerenda, ira quoq; omnimodis cauenda, patientia verò omni sexui seu ordini pertimescenda. Ad hos namq; dicit Dominus: Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. *Zach. 2.* Et in Euangelio: Qui vos spernit me spernit. *Luc. 10.* Quæ tonitrua ab ipso cœlorū throno procedentia, nec non terrificè mortalibus intonantia adeò contemnit, heu, malè surda sęculariū duritia, vt inhiantes ad Ecclesiarū seu pauperum res, hæreditatem Dñi diripiendo suam faciant; immo

immo se ac sua diaboli partem efficiant. Contra quos inuehitur maledictum per illud propheticum: Væ qui iungitis agrum ad agrum iniquè. E quibus nonnulli qui honestiores & continentiores videntur in factione huiusmodi, cùm viderint aliquos ad ea, quæ parum tetigi perpetranda procliues, callide eos instigant: atq; vt his reculis tenacius adhæreant, sæpius inculcant; perurcaciter se pollicentes eis apud Iudices futuros adiutores, nec non etiamsi necessitas exigat coniuratores. Tum in se quodammodo quasi reuertentes, immo retrorsumad malitiæ cryptas anfractuose diuertentes, eos pro tempore deserunt, quibus consilium iniquitatis dederunt, & se subdole ad hos, quorum bona prædę vel rapinæ fecerunt patere, conferunt. vt pro mendacij silentio, seu veritatis venali testimonio apud incautos, muneribus dextras adimpleant, taliq; strofa, quod habere videntur à simplicioribus extorqueãt. Cui tam grandi malo in plebeia turba modis millenis * crassato, Prę fecti, & Comites, qui mederi debuerant & poterant, non solum obuiare ac resistere recusant, quin etiam ipsi hoc idem accumulant, nec non omnem iustitiæ pulchritudinem, quantum in se, dedecorant, quo insatiabilem auaritiæ lacum non modo nequiter, sed etiam turpiter adimpleant. Pro quorum contumacia celeriter sternenda clamat Propheta, immo cum eo iniustè oppressorum vltionem postulat persona: Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Hanc igitur causam, non causam, sed pestem dicendam, id est, vt diabolica commisceantur humanis, & nihilominus humana præferantur diuinis, in tantum aliqui pro commodis affectant terrenis, quo adulationum liniamentis, siue alijs praui consilij incitamentis, quibus ipsi abundant, pastores etiam Ecclesiæ tentent inficere, atq; gregis dominici arietes conentur lupos efficere. Quorum

Esai. 5.

* grassato.

Psalm. 93.

rum syntychias venenosas, qui nō obseruauerit, procul dubio vitæ periculum incurrit, quod in se satis est expertus MICHAEL REGINÆ ciuitatis Episcopus. Is atqui cum pro Episcopatu cuidam nepoti suo ab Imperatore postulando, palatij stationem petere decreuisset, xeniaq; quibus hoc se impetraturum sperabat, parauisset, persuasum est ei ab his, qui optabant apud Principes Ecclesiasticas venales fore dignitates, quatenus petitionē, quā facere vellet, thesauris Deo dilecti Martyris Emmerammi subornaret. Quos ille, consiliarijs consentiens reis & peruersis, prope diem natalitiū eiusdem testis, Domino suo subduxit, nec non ad Episcopalem villam, BERAHARTASHVSVN dictā, secum transduxit, quo suus eadē die comitatus pestifer confluxit. Ibi quoq; subitanea corporis percussus molestia, per extremam sortem vrgeri cœpit in mortem. Quam cum sibi turbidam & amaram sensisset imminere, atq; iam desperaret infra limitem huius vitæ diutius consistere posse, vicedomno assumpto nec non militibus accitis in testimonium, cum aliquibus ministris, quis circa eum plus erat amoris quàm timoris, quorūq; familiaritati sedulo solebat inniti, affatus est verba huiusmodi: Cōtigit me aliquādo secus LICVM flumen sub Ottone Saxonigena Imperatore primo grauiter interfuisse prælio. Vbi cum inter nostros atq; paganos acerrimè fuisset pugnatum, & Christo propitio, à Christianis esset triumphatum, VNGRI meam abscidentes auriculam, gladijs ac spiculis inter cæteros me strauerant ac adæquauerant glebis. Ibi insperato raptus, ad salutem sensi beneficijs adesse patronum clementem, quem nunc timeo ob temeritatem peccati mei irascentem. Eia quæso fideliter agite quæ iniungo: Tollite hinc (vtinam nunquam ad malum, quod facere volui) mea sub certo numero integra viginti pallia consignata, & offerte ea quamuis ad magni-

Michaelis Episcopi Ratisbon. auris abscissa prælio ad Lycum, quo Otto M. Vngaros vicit.

I tudi-

tudinem peccatorum meorum parua, magno & beato ad subueniendum cui voluerit Christi martyri Emmerammo: reddetisq; illi reuerenter suorum partẽ thesaurorum, quos insipiens ac minus cautus in sugillationẽ mei subtraxi eius honore seruitij. Calicem autem aureum, quem opere ac forma satis vt opinor decenti eidẽ clarissimo testi passionum Christi patraui, cum his omnibus, quæ labiis distinxi, super & circa ipsius altare ponetis, sicq; ex humilitatis meæ legatione dicetis: MICHAEL ille peccator, homo quamuis in sancta Ecclesia ordinis iure sacri particeps fuerit nominis angelici, immeritum tamen & longe imparem se perpendens tanti ministeriis officij, seruus quoq; tuus, beate Emmeramme, adoptiuus, sub ipsis pontificalibus infulis factus, in extremis etiam constitutus, erga reuerentiam tui deuotus, tibi hæc misit atq; remisit, nec non vltimum spiritum trahens, animã cum corpore patrocinio tuo comisit. Hæc verò facta & dicta cũ non paucos conuenirent ac deterrerent, pro abusiue vsitata sanctorum inter mortales negligentia, campanum quoddam quantitate modicum, à legatis Episcopi cum aliis rebus in basilica patroni nostri expositum, grande per os dicentium prædicabat miraculum. Huius ergò cum Imperator * Otto secundus aliquando apud S. Emmerammum audiret tinnitum singularem & præ cæteris magis sonorum, fertur dixisse, aut hoc, aut huic simile se velle habere. Qua occasione prædictus Pontifex idem campanulũ in via iussit transportari secum, arbitratus satis se facturum Principi oblatione cupiti. Quod postquam est de Martyris Ecclesia elatum, vti comperimus per cuiusdam Presbyteri relatũ, ad DEI omnipotentis nutum immutatione soni factũ est mutum, nec vllius artificio aptari ..... Non est enim speciosa laus in ore peccatoris, quod verũ esse minime ne-

Corrigo: Otto primus. Vide Notas.

Eccl. 15.

go,

go, sed magis inde ne damner pauito. Est tamen aliquid quod mihi ad prædictas laudes etsi minus idoneo fiduciam dabit. Illud videlicet quod hi, qui sanctorũ facta & dicta, vtpote maiora charismata efficaciter æmulantur, arbores bonas cum pleno fructu imitantur; Illi verò, qui eadẽ aliis imposterum imitanda seu veneranda scriptis memoriæ tradunt, & nõ adhuc faciunt, quæ dicunt, assimilantur arboribus, etsi nec dum fructum, tamẽ folia habentibus, in quibus spes est fruticelli ex benedictione diuina quandoq; futuri, secundum quod Ioannes dicit: Potens est Dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Horum quippe de numero misellus ego, sperans in omnipotentis Dei misericordia, quamuis vilissima esse malo arbuscula, folijs & cortice vestita, id est, verborũ & actiuę sollicitudinis ministra, quã ariditatis æternę cũ illis, qui nec dicunt nec faciunt, duplici maledictioni subiacere. Operetur ergò vnusquisq; quod possit ex eo, quod de supernis accepit: sic enim magna magnis, parua paruis conuenire probantur. Ego quippe cum humilitate aggrediar laudes mei patroni scriptitare, nec non miracula Christi prædicare, quibus beatũ Emmerammum testem suum fidelissimum euidenter & glorioſe declarauit secũ viuere & gaudere in regno cœlorũ. Ibi quoq; cõstitutus, benigne, vt spero, prospicit in omnes, qui eũ voce & actu pie venerantur, familiarius autẽ se inclinat, & intẽdit ad seruos suos, q; sibi die noctuq; in loco suę requietionis famulãtur, & illic Deũ ac se cum commilitonibus sacrificio laudis honorare nõ pigritantur, frequentãtes iter quo salutare Dei ostenditur. Hoc siquidem itinere idẽ dulcissimus famulorũ suorũ patronus quodolim ardentissime quę- fiuit, abundantissime inuenit. Inuênit atqui locum Dño, tabernaculũ Deo Iacob. Ad cuius ędificationẽ tabernaculi iã aliqui dona quodãmodo solenniter offerebant opulenta, *Matth. 3.* *Psalm. 131.*

qui præditi ingenio, sensu aureo, & sermone deargentato prænominati Martyris, ac in æternum nominandi testis vitam & gesta scripserunt, quîs geminas eius virtutum pulchra compositione interlucere fecerunt, sicq; byssum intexentes, id est, puritatem sanctæ illius conscientiæ exponentes, peruenerunt vsq; ad purpurã, quæ nobilissima tinctione Martyrij eum prouexit ad palmam. Hanc è regione salutantes deuotione pari quidam viri disertissimi tractatus & sermones eidem adscripsêre Martyri, nec non iterando laudes ipsius coccũ bis tinctum obtulerũt mente sagaci, quem ille dum in hoc sæculo laborauit, vigilantissima præceptorum dominicorum executione præparauit, atq; in nouissimo agone geminæ dilectionis exercitijs rubricauit. Quid multa? Diuites & potentes beato Emmerammo dederunt dono è copiæ cornu pleno, aurum, argentum, gemmas pretiosas, purpuram & byssum, coccum bis tinctum & cætera ornamenta tabernaculo illius congruentia. Ego autem vltimus dominicæ scholæ discipulus, & ipsius, domino volente, in ventre matris seruulus factus, paupertatis propriæ conscius, patrono non tantum meo, sed etiam omnium eum habere volentiũ, post antiphonas & responsoria, quæ ad laudes illius, nõ vti volui, sed sicut potui, deuotus, vtcunq; composui; & post illum, quem præterito anno de miraculis conscripseram libellũ, diuersis occupationibus vix hoc fieri sinentibus, pro pilis caprarum hunc sub * dialogo nunc offero librum. In quo mihi visum est operæ precium, memoriam facere virorum illustrium, VVOLFGANGI scilicet Ratisbonensis Episcopi atque RAMVALDI Abbatis eximij, qui multigena probitate Sedis huius Ecclesiam ornauerunt, locũ istum bonis accumulauerunt, nec non hîc plura rationabiliter atq; laudabiliter constituerunt. His quoq; vnâ, vti spero, cum sanctissimo Mar-

Exod. 25.

* *Hæc intelligenda de libro secundo, qui dialogo cõscriptus est; non longe enim ab initio incipit dialogus.*

S. VVolfgang. S. Ramuald.

Martyre annitentibus, ac pro fragilitate noſtra preces pias fundentibus, quis ſcit ſi benignus propitiari dignetur dñs; & ſolita vſurus dicat gratia: O charitatis maximæ imitator ſpecialiſſime, huius caraxatoris tui & tuorum tibi concedo ſalutem in æternum, Amen.

FINIS LIBRI I.

QVATVOR HOS VERSVS ANTISTES DAT HERIBERTVS.

Hæc tralatitia videntur.

DIVERSIS horis laudandi ſcripta laborū
Legi, perlegi, crebro perlecta relegi,
Et nihil inueni vitium quod poſſit haberi.
Hoc tantum dico, tua tuque placetis amico.

Hæc alieno loco poſita.

ANNO DOMINI MCCCICV. REVERENDVS IN CHRISTO PATER DOMINVS LVDOVICVS Venerabilis Abbas huius Eccleſiæ M.... Pater pauperum, corona monachorum & Venerabilis Dominus ... Abbas ſucceſſit.

ARNOLFI
EX
COMITIBVS
DE CHAM ET VOCH-
BVRG, MONACHI SANCTI
EMERAMMI, PRÆPOSITI ET
MAGISTRI,
De
MIRACVLIS BEATI EMERAMMI,
Et
DE MEMORIA CVLTORVM EIVS,
LIBER II.
Dialogo conſcriptus,
IN QVO MVLTA AD RATIS-
BONENSEM ECCLESIAM SPECTANTIA,
præſertim de S. VVolfgango Epiſcopo, & S.
Romualdo Abbate.

NVNC PRIMVM EX M. S. COD. EDITVS.

INCI-

INCIPIT LIBER II.

DE MEMORIA BEATI EMMERAMMI ET EIVS CVLTORVM.

HVMANIS rebus exempto, vt in calce libri prioris descripsim⁹, MICHAELE REGINOPOLITANO Episcopo, qualiter Dei omnipotentis misericordia, super huius Ecclesiæ clerum & populum vigilauerit, quemue princeps pastorum suis ouibus præesse voluerit, quemq; ad pastoralem curam in secreto suo, cui omne cor patet, elegerit, occasionibus huiusmodi patefecit. Erat quidã vir genere ingenuus, virtute strenuus, natione ALAMANNVS, nomine quidẽ VVOLFGANGVS cuius ipse interpretationẽ vocabuli in quodã loco, LVPAMBVLVS, iussit inscribi. Is primũ inter canonicos siue clericos laudabilẽ & castã duxerat vitam, dein arctioribus regulis implicari desiderãs, in SVEVIA apud Cœnobitas, qui SOLITARII vocãtur, monachũ professus est. Quem cum non solũ fortiter vitiis resistere, sed etiã virtutib⁹ assuefaceret libere insistere, acri⁹ intendens aciẽ mentis in speculũ geminę dilectionis, videbatur sibi cũ simplo & abscondito talento, quasi vacuus apparere in cõspectu Dñi; nisi eo exposito & duplicato aliorũ quoq; consuleret saluti. Cuius rei gra monasteriũ & monachũ deserẽs, imo secundũ Apostolũ maiora æmulari charismata cupiẽs, p ALAMANNIAM deuenit exul in NORICVM. Ad cuius orientalẽ partẽ cum humili comitatu pertendens 1. Cor. 12.

prædi-

prędicādi gratia, PANNONIÆ petijt confinia. E qua, per PILIGRINVM PATAVIENSEM Episcopum euocatus piæ, vt decuit, humanitatis ab eo suscipitur & fouetur officio. Apud quem & iam rogatus & iussus mansit aliquot diebus; hoc inter cætera prudenti secum tractans mente, quare prohibitus sit ab adducēda ad DEVM PANNONIORVM gente: Quo commorationis tempore idem Episcopus optimè vsus, vtpote, qui erat adprime eruditus & genere nobilissimus, iuxta hoc, quod Apostolus dicit: Probate spiritus si ex DEO sunt, clandestina & manifesta diuini seruitij obseruatione, ac assidua sacræ Scripturæ indagatione satis probauit, hunc quem susceperat peregrinum, non esse gyrouagum, sed stabilem veræ fidei domesticum. Vnde & quosdam de suis familiariter pro eo alloquitur, dicens: O quam fœlix Ecclesia, quæ, DEO volente, isto donabitur Sacerdote: Ergò necessarium valde videtur mihi & vtile, vt huic famulo DEI petam regimen RATISBONENSIS Episcopij: quia optimè conuenit, sicubi abundat bona voluntas, vt eam etiam ad bona opera procedere faciat benè collata facultas. Bonum quippe, quod hic vir seminare voluit in paratis cordibus paganorum ad salutis obsequium, quod repulit cæcitas illorum, quandoq; fortassis hoc eodem agrum dominicum excolente dabit fructum suum in populis Christianorum. Adhæc quidam respondentes dixerunt: Qui fieri potest, vt iste pauper & ignotus ad honorem accedat tanti *Episcopatus*, cum iam aliquæ alti sanguinis personæ, hunc apud Imperatorem prædiis & pecunia compensantes sibi tentauerint acquirere? Quibus ille refert verba ponderosa, sed non adeo morosa: Diuina & humana valde inter se probantur distare iudicia. Hinc scrutator cordium & renum, ab initio mundi elegit contemptibilia,

1. Ioan. 4.

2. Cor. 12

bilia, nec non ignobilia, vt confunderet fortia: & è contrario mundꝰ, quod ſuum eſt ſuperbe ad horam extollit, ac in breui cum confuſione diſtollit. Vnde operæprecium cenſeo, quo mittam ad MARCHICOMITEM, cuius conſilio multa ſolet facere Impator, vt ſuggerat ei ne per ambitionem, aut ſimoniacã hæreſim quemquam Epiſcopalẽ ſinat accipere dignitatem. Sed ob æternam remunerationem, quem humilem & modeſtum ac eruditũ inuenerit, nec nõ officijs Eccleſiaſticis aptũ eſſe probauerit, hunc cuiuscunq; ſit conditionis vel parentelæ, promoueri faciat ad culmen Eccleſiæ. Quid plura? per legationem Epiſcopi ac ſuggeſtionẽ conſiliarij, Cæſar ſuæ & Eccleſiaſticæ vtilitatis admonitus, imo, quod verius eſt, nutu Dei cuius in manu cor Regis, Princeps bonus OTTO II. animo mutatus, omnes qui pro eodem Epiſcopatu adipiſcendo laborabant, auertit, & ſe totum ad electionem venerandi viri VVOLFGANGI cõuertit, ſicq; legatos poſt eum celeriter mittit. Qui vt iuſſi fuerant pergentes inuenerũt eum adhuc cum prænominato Epiſcopo cõmorantem, ſed iam ad patriam repedare cogitantem. Ignarus enim erat legationis & cæterarũ rerum pro ſe geſtarum, & idcirco animum intendebat aliorſum. Cumq; legati, quare venerint, ei indicarent, primum recurrit ad ſecretarium cordis, ſe ſuaq; Deo cõmendans in intimis, dein Epiſcopo cuius charitate ibi detẽtus erat, cauſam ſuam exponens, id, quo grauabatur temperamento leuigabat ſimplicitatis columbinæ ac prudentiæ ſerpentinæ, atq; in hunc modum proloquitur dicens: Hoc nouum q; mihi per nuncios Principis venit, charitas tua effecit, cui præmiũ bonæ voluntatis abſq; dubio erit; ſed meæ paruitati timorẽ incutit; quia neſcio ſi voluntas Dei ſit, & quia mundus ſub ſpecie religionis multos ad vitia trahit. Cui reſpondens Epiſcopꝰ dixit: Quod dicis te timere, hoc mentis eſt puidæ.

Prouerb. 21.

Psalm. 110. Sed hanc in bonam spem erigit Psalmista, qui dicit: Initi-
Psalm. 18. um sapientiæ timor Domini, & iterum: Timor Domini
Rom. 11. sanctus permanens in sæculum sæculi; Quem & Apostolus
cõmendans ait: Noli altum sapere, sed time. Idem alibi de
1. Tim. 3. Episcopatus desiderio ait: Qui Episcopatum desiderat, bo-
num op⁹ desiderat. Vnde & tu, si cum tua salute alijs appe-
tis prodesse, bonumq; opus in omni loco desideras adesse,
sub timore & humilitate ad Episcopalem ordinem voca-
tus, ne abnuas accedere; alioquin incidere videris in il-
Psalm. 108. lud quod Dauid dicit: Qui noluit benedictionem, elonga-
bitur ab eo. Quod cauens omnimodis, conare cõnumerari
Dan. 12. cum illis, de quibus scriptum est: Qui autem docti fuerint,
fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã eru-
diunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Huius
atqui executione officij peruenies ad hoc, vt in retributio-
Matth. 25. ne iustorum, tibi dicat dominator omniũ: Euge serue bone
& fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te consti-
tuam: intra in gaudium domini tui. Talia quoq; Pontifice
proloquente, vir venerandus per mentis speculationem,
dispensationis diuinæ intuens moderamen, subsequitur
Luc. 1. dicens: Ecce seruus Domini, fiat mihi secundum verbum
tuum. Tunc arrepto itinere cum his, qui missi erant à Prin-
cipe, retendit in partes OCCIDENTALES BAIOARIÆ.
Cumq; peruentum esset ad REGINAM ciuitatem, clerus &
populus secundum morem Ecclesiasticum, vnanimiter E-
piscopali facta electione, ad Imperatorem eum miserunt
cum vniuersali legatione. Qua clementer suscepta, & bea-
to viro ab Episcopis probato, ac sermone in præsentia eo-
rum ab ipso sapienter prolato, Imperialis eum assumens
* propedum. potentia per * pediam pastoralem, honorem ei dedit pon-
tificalem; statimq;, vt curam sui, & gregem dominicum illi
cõmisit, non cum paruo comitatu ad RATISBONAM eum

remi-

remisit: Vbi cum multorum fideli & fauorabili susciperetur occursu, primum beato Emmerãmo se humiliter præsentauit, deinde per singula Ratisbonæ monasteria Sanctorum petijt suffragia, nouissimè verò solenni facta præparatione, seu processione ad sancti Petri Ecclesiam accessit. In quam cum canticis lætitiæ & exultationis voce introductus, atque more Pontificum secus altare intronizatus, à clero & à populo summo pastori commendatur, nec non à FRIDERICO Archiepiscopo & illius suffraganeis post aliquot dies in sacerdotem Apostolicum ibidem consecratur. Quam ille consecrationem nolens vacuo secum portare vocabulo, die noctuq; Pontificali studiosissime excoluit officio, vt gratiam sancti Spiritus abundantius, sub hoc ordine posset habere in cordis hospitio. Cuius inspiratione suauiter tactus, & ad omnia cautus, ac prouidus factus, ob Episcopale fastigium, nequaquam voluit mutare monasticum habitum, quasi erubesceret monachus esse, qui fuerat; sed quam intus habuit humilitatem mentis, foris ostendit bonis exemplis, & mediocrib⁹ vestimentis. Memor etiam Salomonicæ admonitionis, quæ dicit: Constituerunt te Principem? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex illis. Non dominari quærebat in clero, sed gregi dominico forma esse studuit mane & sero. prudenter aduertens, immo prudentius à se auertens illud eloquium, quod per Ezechielem Prophetam inuehitur contra malos pastores, domino dicente: Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos, & nõ greges meos. Vnde ipse totus in diuina lege deuotus inter cætera pastoralis curæ ministeria, sermone, quem ad populum inter Missarũ solennia fecit ex more, in tantum Ecclesias plebem assuefecit frequentare, vt per dies solennes vix domi remanere viderentur rei familiaris custodes. Ad prædulcem enim tanti Pontificis exhortationem,

Eccli. 32.

Ezech. 34.

certatim sexus vtriusq; turba confluxit, quam illuc fragrantia cœlestium aromatum, ipso, ea qui dedit, ventilante adduxit. Apium videlicet instar, quas post se trahere videtur mellis odor & nectar. Quibus pater pius summopere desiderans esse vtilis & aptus, in disputando de regno Dei, & calcandis vanitatibus huius mundi, perplexis & sophisticis minimè vtebatur sententijs, sed sic melliti oris dulcedinem, per quandam, quam verbis explicare non potero, temperabat austeritatem, vt simplici & optimo genere locutionis, tangere videretur intima cuiusque cogitationis, taliq́ue arte nonnullorum ex oculis lachrymas eliceret indices cordis. Hanc siquidem tam validam à Spiritu sancto acceperat gratiam, quo hi, qui prædicanti assisterent, & eum intentè audirent, raro aut nunquam abscederent ab eius prædicatione, sine lachrymarum effusione. Quo pergrandi bono à largitore omnium bonorum hominibus concesso, per malitiam suam sauciatus humanæ salutis inimicus, & ei obuiam ire conatus, inuidiam, quam semper habebat, quibus poterat, viribus exercebat. Nam die quadam, cum prædictus beatæ memoriæ VVOLFGANGVS Episcopus solito more ad populum ex pulpito vel ambone concionaretur, diabolus aliud non inueniens, Domino prohibente, quo aduersaretur, subito concitauit turbinem, & cum turbine tumultuosam turbationem, ac nihilominus cum turbatione confusum murmur & clamorem, nec non super tectum Ecclesiæ fragorem dedit ingentem, & intra Ecclesiæ receptacula, puluerẽ dispergens ac nebulam, aliquorũ obtutibus caliginẽ obfudit tenebrosam. Quibus ex improuiso visis & auditis, populus perterritus, imo q; peius erat, penè mẽte alienatus, cœpit concurrere & discurrere, incertus, confusis oĩbus & turbatis, in quã partem se tutius ac rectius posset conuertere,

tere. Interim audiebantur voces hinc dicentium. In vrbe grande sæuit incendium. inde clamitantiũ: Ecce seditione facta multorum gladijs discinduntur iugula. Cumq; pro clamoribus huiuscemodi sedandis multum, sed incassum laboratum esset à sensatis, tandem qui erant inimici machinationibus ludificati, tam vehementi excursu per turmas eruperunt de Ecclesia, vt ex tanta multitudine vix pauci remansisse viderentur in illa. Tunc Episcopus, quem tantæ commotio tempestatis iuxta consuetudinem humanæ fragilitatis loco etiam propellere posset, si Christi seruus non esset, quia domum in firma solidatam habuit petra, gradũ non mouit, sed stabilis & immobilis permanens, magna fide clamauit & dixit: Domine Iesu Christe solitam fidelibꝰ tuis accommodans gratiam, concede, vt hodie videãt gloriam nominis tui, & confusionem diaboli. Quæ verba secuta est serenitas aëris, & serenitatem, recursus in Ecclesiam plebis. Cui venerabilis antistes mox aromata & vnguenta sacræ doctrinæ effundens, adeo illa die, sibi de cœlis DEO dulcedinem sermonis instillante, profuit, vt manifestè inimicum vicerit vel fugauerit, qui perturbationis nimietate pene omnibus obfuit. Vnde & postea fidelium deuotio hanc consuetudinem cœpit pro lege habere, quo per stationes, Episcopum turmatim præuenirent & sequerentur, ac prædicationis erogationem, summa affectione, vtpote Apostoli bonũ amplecterentur odorẽ. Per quem idem venerandus pater, ad pietatis exercitia, omes dominicas de die in diem magis magisque adtrahere studebat, more scilicet animalis, quod panther dicitur, qui vt physiologi perhibent, omnibus animalibus amicus, exceptis dracone & serpentibus, cuncta animantia, quæ in vicinitate sui sunt, emisso bono odore ad se solet adducere, atque miro modo amorem suum illis ingerere.

*INCIPIT DIALOGVS.

Itain m.s. Nõesse hũc diuersũ librum, sed hic incipere dialogum, quo liber secundus conscriptus est, patet ex fine cap. 17. lib. 1. fol. 68.

DVM hæc scribo & animum ad alia scribenda sollicitus præparo, adest mihi frater Ammonitius comes rerum mearum fidelissimus, qui me conuenit officiosè sic proloquens: Vbi est dialogus, quẽ deuouisti te scripturum in nomine Domini de miraculis B. Emmerammi, & de regimine illius monasterij? Es quippe debitor sponsionis, aut fortis excusationis. Tũ ego, Minime diffiteor quin debitor sim. Sed propterea distuli, quia non certus erã sub cuius persona potissimũ conficere possem dialogũ; cum perplures de laudib⁹ nostri patroni, & de alijs vtilitatibus, mecũ sæpe disputauerint, & se paruitati meę necessitudinis vinculo iunxerint. Respõdit, qui supra; Sit tibi, secũdũ Salomonem, consiliarius vnus ex mille, & de hac re securum te faciet. Nã si vis, personã Ammonitij conuenienter poteris habere, pro quolibet fratre te ad bonũ commonente vel exhortante. Nec est quisquam amicorũ, qui se dicat contemptum, alterumq́; in hoc sibi indignetur esse pręlatũ. Proinde absq; comperendinatione assume dialogum, & sicut proposuisti, laudibus martyris intexe memoriã confessorum Christi, nec non huic admisce, quicquid animus rectè seu opportune tibi dictauerit, aut ratio ad scribendum persuaserit. Paratus sum, inquam, facere quod hortaris, sed hoc prius à lectore humiliter postulandum censeo, ne in opusculis meis quęratartificiosam verborũ compositionem, sed simplicem attendat, si velit, humilis styli operationem, qua mihi meisq́; sudare malui confratribus, quam absq; manuum opere inueniri otiosus. Hac fiducia & hac intentione procedit opus inchoatũ. Igitur beatę memorię VVOLFGANGVS Ratisbonensis Episcopus perspectis & intellectis rebus Episcopij dispensatione diuina sibi commissi, inter

Eccl. 6.

cætera

cætera, quæ ei pastoralis curæ sollicitudo procuranda, siue corrigenda iniunxerat, grauius tulit, monachos beatissimi Martyris Emmerammi eatenus Abbate caruisse, & quasi oues errantes sine pastore fuisse. Huius rei gratia misit ad TREVERENSE monasterium in quo beatus MAXIMINVS corpore quiescit, & inde reuerendum senē RAMVOLDVM euocauit, qui quondam sub HENRICO Archiepiscopo eius capellanus fuit. Quare, inquit Ammonitius, tanto tēpore sine Abbate fuerant, si monachi erant? siverò monachi, sub cuius regula degebāt? Hæc quoq; enucleari ipsa ratio poscit. Hoc est, inquam, quod breui reuelatione cognoscere potes. Fuit quippe prisca consuetudo in Ratisbonensi Ecclesia, vt qui antistites, iidem essent & Abbates. Quorum nomina quidam ob temporalia commoda tenebant, non officia. Timebant enim ne si monasterio Abbatem præesse facerent, quia à patre monasterij omnia speranda sunt, sibi coactum minueretur obsequium. Ob hoc atqui licentiam dabant monachis aliunde acquirere, pro victu & vestitu, quæcunque possent, quia ipsi bonis, quæ ad annonam eorum pertinebant, ad suum abutebantur seruitium. His dictis, frater cū quo dialogum cœpi conferere, vsus nomine suo, ammonuit me in aurem dicēs: loquere cautè & scribito cautius. Nā si Episcopi hæc audierint dicta vel viderint scripta, fortassis dicent, velle te eos rapinarum & iniustitiæ notare, sicq; libertatem tuam superbiæ deputabunt; quasi tu temere eos carpere tentaueris, pro quorum defensione scriptura clamat, imo Dominus per scripturā præcipit, dicens: Nolite tangere Christos meos. Et iterū: qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, Cui respondi lingua & stylo. Si Episcopi sunt quod dicūtur, nō nobis obsunt, sed valde prosunt. quod & efficere digneturPrinceps pastorū, in quo plenitudo est omnium bonorum. Tibi vero quia sic placet, immo quia iustum est habea-

atqui pro itaq; sæpe vsurpas.

1. Paralip. 16. Zach. 2.

habeamus pacem cum eis, & simus subditi illis. Illud autem scire te volo, quia non me pœnitet vera dixisse, quandoquidem boni non solum bonis, sed etiam malis vtuntur ad bonum. Sed iam tempus exigit & desiderium tuum, vt reuertar ad narrationis meæ reliquias. Est quoq; alia causa, per quam non sunt constituti Abbates in prænominato monasterio. Ex eo quippe tempore quo primum à beato BONIFACIO Apostolicæ Sedis vicario, iuxta decreta canonum, in BAIOARIA ordinabantur Episcopi, vicissim sibi succedebant in huius Episcopatu monachi atq; canonici, ita vt si anteceſſor esset canonicus, fieret successor monachus, & iterum huic anteceſſori succederet canonicus. Hæc consuetudo vsq; ad nostra permansit tempora. Episcopalis verò sedes erat apud S. Emmerammum vsq; ad tempora CAROLI Principis, qui hanc restituit in ciuitatem vbi prius erat. Quod autem percontatus es, sub cuius regula degerent, paucis absoluam. In primis ergò promissionem faciebant, secundum regulam sancti BENEDICTI, coram Episcopo Abbatis vices agente. Dein licentiam dedit eis Episcopus dandi & accipiendi propter inopiam loci. Lineis camisiis vtebantur seniores, qui eas habere potuerunt, cæteri laneis induebantur, ob penuriam scilicet cilicinarum vestium. Præpositus & Decanus monasteriũ regebant post Episcopum. Qui maioris erant ætatis, habebant cellas seu caminatas, iunioribus inter se diuisis propter custodiam. Communiter pauperem annonam habebant, volatilia manducabant. Cætera faciebant secundum consuetudines, quæ in monasteriis regalibus ad id temporis fuerant. Quæ cum displicuissent prænominato viro, reuerendo scilicet Epō VVOLFGANGO, vti prædiximus, RAMVOLDVM annis & moribus maturum assumpsit in opus ministerij diuini, & constituit

eum

eum primum præpositum, dein Abbatẽ monasterij. Quod ægrè ferentes aliqui ex consacerdotibus & consiliarijs antistitis, dicebant, Vt quid tibi & sacerdotibus tuis perdis bona, ad S. Emmerammum pertinentia? Laudant te multi, sed in hoc non laudant; immò vituperant. Vtere ergò Pontificis ac Abbatis officio, sicut antecessores tui facere consueuerant vsq; modo, ne carerent quarundam rerum emolumento. Huiusmodi quoq; insipientia, est sapientiæ sale condienda. Quibus ille prudenter respondit, dicens, Non erubesco insipiens & stultus dici propter DEVM. Hoc autem scire vos volo, quia nunquam mihi imponam onus, quod portare non valeo, Episcopi nomen, & Abbatis, mihi vendicando. Nam vt beatus GREGORIVS testatur, valde incongruum est, si cum vnum ex his pro sui magnitudine, sicut oportet, quis non possit explere, ad vtrum q; iudicetur idoneus. Sufficit enim Episcopo, vt summa vigilantia insistat pastorali officio. Et Abbati satis laboriosum, quamuis multum fructuosum, prouidere fratrũ saluti, & per omnia benè procurare res monasterij sui. Vnde & ipse etiam distribuere debet inter fratres officia, in quibus non leuiter leuiget onera sua: rememorando scilicet viri prudentis, quẽ prænominauimus, dicta & scripta in quibus continetur: Sicut indecorũ est vt in corpore humano, alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium simulq; turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. Cæterũ vt prosequar, quæ proposuistis; B. Emmerammi bona, quæ me pessundare cõquesti estis, perdere nolo, sed illi cui tradita sunt ac seruorũ Dei vsibus & nostræ sedi omnimodis conseruare volo. Sed longe aliter sese res habent huiuscemodi quàm cogitatis. Vix etiam pœnas euadere poterimus, qui sanctorum bona famulatui nostro deputauimus, non solũ quan-

Greg. Regist. lib. 3. epist. 11.

titate maiora, sed etiam qualitate meliora, & illis iustitia co acti seu superati reliquimus minora, qui viciniores eo quo frequentiores die noctuq; familiarius adhærerent Christo, laudantes eũ in sanctis eius electis. Adhæc respondebant, qui quæstionem mouebant, Misericordiam & iudiciũ domino cantasti, humanis diuina, vt iustũ est, prętulisti, vetera vtiliter immutasti: quid restat nostra parte, nisi vt pariter dicamus, Deo gratias: Amen: feliciter?

Finẽ sententię huius, inquit Ammonicius, vt mihi videtur, satis congrue concluisti. Sed fortassis aliquibus hoc displicet, quod tam morose & quasi dormitando scribis ac dictitas. Ergo iube stylum velociter currere. Aio ad eũ, Infirmitate interdum & occupationum varietate, prępedior, ne cito quę scribenda sunt proferã. Sed quia tibi hoc comate satisfactum esse non ignoro, dilectionem tui & cæterorum, quibus impatientia, longum tempore facit, haud ordine, si quid aliquandiu proteletur, quod videre desiderant & audire: primũ dictis beati HIERONYMI commonefacere volo, dein subiungam, qualẽ quibo inuenire sententiolã. Hic enim verè spermologus nominandus, in quadam epistola quam ad B. AVGVSTINVM scribit, solida vsus breuitate dicit: sæpe quod pręceps est, in casum vertitur. Cui' versiculi breuitatem conuertens ad meam vtilitatem, paulatim incedendo vel scribendo, cauere desidero laqueos hæreseon in quos multi cautela neglecta, & sensuum suorũ confidentia præcipites inciderunt. Illud autem quod dixisti me quasi dormitando dictitare, commonefacit me, ne sim Dormitantius, sed vt studio liberali efficiar Vigilantius. Quod vtinam sequi velim & valeam, vt lucrifaciam animam meam. Adhæc dialogi socius infert, ammonitiunculam meam ne putes iniuriam. Edissere potius egregia, quæ cœpisti narrare, confessorum Christi præconia. Quamuis inquã importunus

Hieron. epistola. 29.

tunus exactor mihi insistas, adeo vt etiã grauate me videaris, tibi tamen charitate iubente, pro vt potero, satisfacere tentabo. Venerabilis igitur antistes V Volfgangus, vir inter Episcopos magnæ auctoritatis, inter canonicos regularis, inter monachos pietate singularis, humilitate sublimis, charitate communis, secundũ Apostolum, omnib⁹ omnia fact⁹, præcipue eleemosynarũ largitione pollebat. Quarũ laudabilium ministerio, seu cæterarũ virtutũ offertorio, quia placuit Deo, multis, dũ adhuc esset in præsenti sæculo, patuit indicijs. Horum vnum didici narrante quodam sene fideli, cuius narratio talis fuit. Militem sub me habui, qui quadam die cum aliis affuit * *in Basilica sancti Pauli* vbi beatus Præsul V Volfgangus missas celebrauit. Cumq; cum humili veste primum, vtpote monachũ, aspiceret indutũ; atq; dein sacerdotalibus vestimentis videret infulatum, plebeia stoliditate despexit: & cordis ore murmurans dixit: Valde insipiens fuit Imperator illo tempore, quo pannosum istũ ac despicalẽ, in pontificali promotione prætulit potentibus personis, quæ abundant in regionibus suæ ditionis. Quam murmurationẽ, qui nouit cogitationes hominum, eodem momento, & clementer increpauit, & euidenter ad emendationem huius vitij manifestauit. Nam vt in Euangelio ad cogitata respõdit, ita huius hominis cogitatã murmurationem ad tempus abscondit, quo & ille in præsentiarum corrigeretur, ac murmurationis malum ab alijs in futurum deuitaretur. Nimio quippe terrore subito correptus, astantiũ sustentatione vix residere potuit. Quẽ cum viderẽ tremebundũ & pallidũ, illico accurrens sciscitatus sum, quid haberet vel quid pateretur. Tũ ille sacerdotib⁹ adhibitis confessus est; quia contra virũ Dei male cogitauerit, & ob hoc periculoso timore perculsus sit. Quanta verò formido illum seu passio arripuerit, satis probaui, eundem penes me

1. Cor. 9.

Hæc verba in m. s. alia littera ascripta sunt.

domi retinens aliquot diebus. Cuius curam cum egissem, & multipliciter salutem eius quæritassem, consilio Presbyterorum, qui pro eo laborabant, nec orationibus ei sanitatem restituere poterant, reduxi eum in ciuitatem HIATOSPOLITANAM, vbi contigit illi hoc malum bonum. Ibi quoque ad pedes Episcopi me humilians, cum vellem hominis ęrumnam & meã exponere, Vir Dei nec dum sibi causam, pro qua veni aliquo hominum annunciante, anticipauit q; dicere volui, dicens: Surge, tace, scio quid velis. Et conuersus ad vicedomnum ait, Frater Tagini tolle aquã sacratam iuxta lectulum meum, ac sparge super hominem præ foribus cubiculi stantem. Ipse autẽ contra ostiũ manu crucem pingens, nescio quid murmurabat. & sanatus est homo in illa hora. Vere, ait Ammonici⁹, malũ conuersum est in bonum. Nam non solum increpatione militis, vindicata est iniuria Pontificis; sed insuper etiam eiusdem sanitate mirifica, nec non spiritus reuelatione magnifica, declaratum est multis, meritũ tanti sacerdotis. Quem valde miror prænominatum vicedomnũ adeo dilexisse, cùm fuerit, vt audiui, iracundus, ac supra modum seuerus, & ob id, pene omnib⁹ qui in Episcopio erant, exosus, Episcopus autẽ erat mansuetus & pius. Certe, inquam, nec ipse erat sine seueritate: alioquin minus obseruaret, quod Apostolus dicit: Argue, obsecra, increpa. Virum autem quẽ dicis, ob seueritatem, pluribus exosum, accepi strenuũ fuisse ac ingeniosum. Qui ꝓpterea venerãdo antistiti extitit charus, quia valde necessarius; & quia illum, si in aliquo reprehensibilis erat, per immutationem dexteræ excelsi meliorandum, spiritu reuelante, agnouerat. Is namq; post obitũ beati præsulis VVolfgangi, cui fideliter adhæsit, HENRICO Imperatori inter fidelissimos ministrauit. Quo iubente apud PARTHENOPOLIM Archiepiscopus factus, cúm plurigena polleret probitate,

Regenspurg.

Vide notas.

2. Tim. 4.

Henricus Imp.

te, magis cla.. it pia eleemosynarum dapsilitate, nec non humili . orporis castitate, & nihilominus laudabili vestitus mediocritate. Non enim verrebat terram, sicuti multi facere solent, tunicis & pellicijs, magno pretio acquisitis; sed, quod vsu mundano rarum est, forti tenore mentis, contentus ouium vestimentis, quotidie Missas celebrare curauit, atq; integrum psalmodiæ censum deuotissimè persoluere non cessauit. Cuius corpus anno videlicet septimo post resolutionem ipsius integrum est inuentum: gloria resurrectionis adeò in eo resplendente, vt astantes & intuentes valde mirarentur eius nitorem atq; incorruptionem; cum successoris illius vestimentis etiam consumptis ossa tantummodo nuda remansisse viderentur. Verè memor dominus dictorum suorum, quibus fideles suos consolatur dicens:: Et capillus de capite vestro non peribit. Ecce qui oĩa benefecit, ad corroborandam fidem in se credentium, in quibusdã seruis suis, nunc ex parte ostendit, quod in generali Resurrectione in omnibus pleniter perficiendum erit; tunc proculdubio, quando electus quilibet surrexerit, Occurrens in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Fateor, ait socius Dialogi, qui mihi displicuit, placet; & quia vbi veritas talia ostendit, nemo qui sanum sapit, per incredulitatem offendit. Sed iam tempus est, vt reuertaris, vnde digressus es: &, ni fallor, narrationis ordo postulat, vt plenius enarres in sequentibus vitã Abbatis venerandi, quam in præcedentibus parum tetigisti. Me ad obediendum, inquam, habes paratum, sed summopere implorandum est eius auxilium, qui in Euangelio dicit: Sine me nihil potestis facere. Illius ergo gratia nos præueniente atq; comitante, benè procedit nostra oratio pariter & operatio; quæ meapte quantulacunq; est in nomine Domini cupit prosperari. Igitur venerabilis pater

Luc. 12.

Ephes. 4.

Ioan. 15.

S. Ramuoldus

RAMVOLDVS cõmisso sibi regimine mo[illegible]nasterij, quis ante hoc fuerit, satis in huius administratione [illegible]larauit. Nam palæstra primum spiritali semetipsum exercet[illegible]nde subditos virtutibus insudare assuefaciens omnimodis conabatur facere & docere, quæ nouerat esse iusta, sancta, pia, & honesta. Vnde & multi etiam nobiles, pijs eius actibus prouocati seculum reliquerunt, atque illius magisterio humiliter se subdiderunt. Inter quos, & cum quibus quæ grauitas illi, quæ continentia, quæ puritas, quæ largitas in eleemosynis, quę custodia humilitatis, qui sumptº ingenij fuerint, non est meę possibilitatis per totũ enarrare & vti dignum est prædicare. Censerem quippe eruditissimis & disertissimis viris relinquendam totam molem ac dignitatem materiæ, nisi scirem pauperis deuotionem Deo non esse despicabilem, sed secundũ magnam suam misericordiam acceptabilem: qua spe animus erigitur; & quamuis tenuis ac rusticus, confidenter tamen currit stylus meus & calamus, gesta Sanctorũ scriptitans: quia regnum Dei non est in sermone, nec in eloquentię nitore, sed in opere & veritate. Præclaras & magnificas virtutes idem vir Dei, vt cœpi dicere, laudabiliter possedit, & viriliter excoluit. Tenorem atqui matris virtutum, id est discretionis, tam ingenue suis omnibus præfixit, vt hæc illi de supernis quasi singulariter concessa videretur. Hac etenim virtute suffultus, principalibus quatuor sic vsus est, vt per prudentiam, ignauia hebetudinis abiecta, nequaquam ei è regione subreperet versutia. Iustitiam quoque, iuxta quod possibile est mortalibus, per omnia sic retinuit, vt nec in plus iusto modum excederet, neque in minus iusto diu succumberet. Per temperantiam verò sic ligauit passibilitatem, vt nullatenus desiperet per insensibilitatem. Fortitudinis autem armis ita fruebatur, quo per eam hoste supe-

1 Cor. 4.

Discretio mater virtutum.

ſuperato & timiditate fugata, nuſquam prorumperet proteruitatis audacia. His & talibus pater venerandus in viam iuſtitiæ directus, & in ſemitam mandatorum Dei, quam ipſe voluit, deductus, dona S. Spiritus vaſis virtutum ſeptempliciter infuſa & diſtributa totis viribus venerabatur: nec non etiã ſollicitus, tàm pro ſe quàm ꝓ alijs prudenter obſeruabat in omnibus ſecundum GREGORIANAM ſententiam, ne ſapientia eleuaret. Ne intellectus, dum ſubtiliter curreret, aberraret. Ne conſilium, dum ſe multiplicaret, confunderet. Ne fortitudo, dum fiduciam præberet, præcipitaret. Ne ſcientia, dum noſſet ac non diligeret, inflaret. Ne pietas, dum extra rectitudinem ſe inclinaret, intorqueret. Ne timor, dum plus iuſto trepidaret, in deſperationis foueam mergeret. Hæc ſtrictim, ô Ammonici, veluti maiora chariſmata propoſui, quibus erat præditus vir Dei. Nunc aſſumã alia, & paulo latius ediſſeram quædam minora, minoribus ad imitandum ſatis magna, quorum ille prouectu exercitatus, cum eſſet ſtatura puſillus, ſed ſcientia & pietate magnus, per aſcenſum arboris virtutum quotidie meruit videre IESVM. De quo cum Pſalmiſta dicere potuit: Oculi mei ſemper ad Dñm, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Adhæc infert Ammonicius. Valde me delectant orſa, quæ de homine Dei lepide ſunt prolata. Ecce audio Zachæum & non Publicanum, quamuis & IESVS cum publicanis & peccatoribus manducauerit; audio ſpiritalem patrem, audio virum magnorum operum, quæ licet pauci ſint, qui perfecte imitentur, tamen ſunt perplures, qui Dominum eius in Sanctis venerentur. Ergo velox eſto in dictando & ſcribendo, & imitare Pſalmographum dicentẽ: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Deſidero enim geſta illius audire, quẽ in corpore poſitum non merui videre. Eſto patiens, inquam, & diſcretus: deſide-

Pſalm. 24.

Matth. 9.

Pſalm. 44.

desiderio quidem tuo satisfacere conabor. Verè vt ex parte præmisi, membrum Christi fuit venerabillimus Abbas RAMVOLDVS, cuius membra inhabitator cordis illius, Spiritus scilicet Imus, in ipsa decrepita ætate, adeo reddidit iocunda & decora, nec non quadam veneratione digna, vt penè contra naturam in agilitate & puritate septennis pueri gratiam præstare viderentur. Quod inusitatum si aliquando aliqua occasione contigerit in vllo mortalium, non est
2. Cor. 12. fidelibus nisi in Sanctis & electis notandum. Transfigurat enim se Satanas in Angelum lucis, quem perfecti vix deuitare poterunt vel superare. Contra quem Dei vir militiam strenue agens Christianam inter cætera bonæ consuetudinis officia, post frequens & vtile silentium, blandum habebat eloquium. Quo in diuinis rebus erat ei sermo copiosus; in humanis quidem breuis non otiosus. Habitus quoq; illius mediocris fuit, & absq; simulatione monasticus. Victus vero tantillus, vt non superabundaret, sed refectioni sufficere posset. In hoc sæpè extitit sibimet ipsi parcus, cæteris autem dapsilis & largus. Post cibum sustentaculo corporis necessarium, quando verba solent abundare, pro mille passuum deambulatione, exercebatur in psalmodia seu lectione. Maximam autem curam habuit circa pauperes Christi. Vnde & in refectione quotidiana, pauperum quinquaginta, exceptis duodecim & tribus, quib⁹ fratres ministrabant, quinquagenariam excolens misericordiam, remissionem eodem numero consecratam promereri satagebat, apud ipsum misericordiæ fontem, qui dicit in Euan-
Matt. 5. gelio: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam con-
Luc. 11. sequentur. Iste homo cupiens nimis opere implere, quod scriptum est: Date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. Quæ sibi, vtpote seni & infirmo ad refocillandum corpusculum parum delicatius præparari iusserat, frequenter in vsus

in vsus pauperum conuerterat. Interdum & ipse aliquantulum ex eis ob humilitatem simul & necessitatē degustans, cætera diuisit inter pauperes & infirmos, qui debilitate & nimia ægrotatione præpediti, ad Ecclesiam occurrere non poterant, vbi eleemosynam accipere debuerant. Hoc opus sibi percharum iniunxerat cuidam familiari & fideli, cui speciale ob id præstitit beneficium, vt per totam ciuitatem circumcursans diligenter inuestigaret eos, in quibus Christus vestiretur & pasceretur. Mensa illius secundum regulam Benedicti, semper erat cum hospitibus & peregrinis. O virum laudabilem, qui totus in misericordiæ viscera effusus, Christum in minimis suis colligere, pascere, & vestire curauit. Nec ab his operibus vnquam pertæsus cessauit. Vestimenta quoq; & alimenta, manibus aliorum, quibus hanc operam commisit, aliquoties pauperibus dari permisit; ipse verò marsupium secum portans, vnde proprijs manibus nummos & obulos egenis & peregrinis tempore oportuno erogaret, sacellarius eorum appellari & esse non erubuit; certus quod & Christus secundum promissionem suam, eum non erubescat coram Angelis Dei. Res ergò, quis ad portam monasterij aduentantibus, debuerat ministrari, ante se minoratas atq; subtractas, suis temporibus ita meliorauit, & ampliauit, vt ad exhibenda humanitatis officia, vsq; in hodiernum diem, ibi satis sit compendiosum ex vna parte xenodochium, ex altera parte miserorum venerabile nosocomium. Vnde & ob frequentiam pauperum, consolationem ab eo quotidie accipientium, vocitatus est, Pater Peregrinorvm Vidvarvm et Orphanorvm. Pro quorum benigna susceptione, nec non multiplici releuatione, quis est, qui dubitet, hunc senem venerandum cum ouibus à dextris collocandum. Quibus Rex sedens in sede maiestatis suæ dicet: Venite benedicti patris *Matth. 25.*

mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes fui, & collegistis me. Nudꝰ, & operuistis me. Infirmus fui, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Horum particeps vt fieret secundum Apostolum, qui sine intermissione orare iubet cum psalmographo iste vir Dei incessanter orauit dicens: Participem me fac Deus omnium timentium te, & custodientium mandata tua. His à medictis ac scriptis, Ammonicius mouit quæstionē dicens: Testimoniū de Apostolo sumptum, quo cōtinetur sine intermissione orandū, etsi credibile, velut quod subnixum est apostolica auctoritate, multis tamen videtur impossibile, atq; modum humanum excedere. Dicunt enim, Quis est mortaliū, qui cæteris omissis quæ sunt agenda, sine intermissione possit orare? Quid mirum, inquam, si cæcitas ignorantiæ se illis offuderit, qui nolunt intendere lumen diuini sermonis, nos adhortantis: scrutamini scripturas; & inuenietis in eis. De quibus alibi dicitur: Non oēs capiunt verbum, sed quibus datum est. Porrò in sacra Scriptura simpliciores quiq; si quęrerent, inuenirent, quæ sufficienter eos pascant: prudentiores verò habent in ea, quæ mirentur, & in quibus se exerceant. Quos Psalmographus designat, dicens: Ipsi viderunt opera Domini & mirabilia eius in profundo. Vnde & per quendam sapientem, eadem scriptura satis cōgrue, comparatur fluuio, in quo agnus ambulat & elephas natat. De cuius fluuij quippe fluentis, hoc est sanæ doctrinæ imbutamentis, qui acceperit trinam cum vnitate mensuram, id est fidei sacræ mysteria & alia salutis donaria, primis, medijs & vltimis multipliciter ab vno didicerit fonte distributa, sentiet, hoc quod infirmitati humanæ videtur impossibile, ex diuino adiutorio esse possibile; alioquin si neq; est possibile, nec erit credibile; & cogimus Apostolū arguere, vtpote, qui hoc fidelibus agendum

1. Thes. 5.

Psalm. 118.

Quomodo serui Dei sine intermissione essent.

Ioan. 5.

Matth. 19.

Psalm. 106.

S. Greg. epist. in Iob cap. 4.

dum præceperit, quod ipse non faceret, nec vllo modo fieri posset. Huius itaque erroris inuolutio siue deceptio longè sit à nobis & omnibus Christianis. Dicamus ergò quod fides recipit Christiana. Quia omni homini Deo famulanti quicquid rectè fecerit, ꝓ oratione deputabitur. Verbi gratia, cum tu corporis curam necessario egeris, pro te orabit eleemosyna, seu cæterarum rerum administratio iusta: si verò non est, vnde tribuas, sufficit bona voluntas. Quem ergò pro Paulo orasse credis, ô Ammonici, quando regnum Dei prædicans tota die, sermonem protraxit penè vsq; in mediam noctem? Ammonicius. Iustitiam ac misericordiam. Et ego. Rectè iudicasti. Sic enim opera iustitiæ & misericordiæ probantur sine intermissione pro fidelibus orare; iuxta hoc, quod idē Apostolus alibi testatur dicens: Ipse spiritus pro nobis interpellat gemītibus inenarrabilibus. Quod non dicam sic accipiendum, quo spiritus gemat; sed quia quos orantes, pariter & gementes faciat. Fateor, inquit Ammonicius, mihi satisfactum esse in absolutione quæstionis ꝓpositæ. Sed desiderium audiendi præclara & vtilia, morarum impatiens postulat, vt quæ adhuc dilectio tua, de viro Dei dicere habet, celeriter proferas, & sic ad alia strenuus cum salute, me comite, tendas. Fiat, inquā, si possibile est, vt à me cursim scribatur, quod à te tantopere desideratur. Immo fiat voluntas Dei omnipotētis, vt fragilitas humana, abiectis his, quæ vanescunt, velit & valeat, quæ verè bona dicuntur & sunt. Horum siquidem affectionibus valde necessarijs ardenter inhians, suis temporibus venerabilimus Abbas RAMVOLDVS, cum ex dono S. Spiritus non solum in rebus interioribus pattē se spiritalem exhiberet Christi cultoribus, verum etiam in exterioribus dispēsator existeret prudentissimus; vtpote qui per ornatū Ecclesiæ nec nō monasterij necessariā supellectilē

Actor. 20.

Rom. 8.

ac multiplicem variarum rerum administrationem, seniles annos quodammodo iuuenescere fecerit; & de thesauro
Matth. 13. sapientiæ noua cum veteribus protulerit; iuxta hoc, quod tota præsens vita tentationibus est plena, sæpè tentatus, & per plura probatus; demum tam grauem sub vitio pituitæ
* in m. s. aliena litera. vel * *scotomiæ* incidit tentationem, quo cæteris membris officia sua sat viuidè gerentibus, oculorum suorum penitus amiserit lumen. Cuius ad tempus tristem defectum, ac afflictionis asperitate confectũ, quam patienter vir Dei sustinuerit, quibusdã personis in sui præsentia super hac re quærentibus, etiã & lachrymantibus verbis huiusmodi patefecit: Cesset homo deflere pro defectiui luminis amissione, q
Matth. 13. semper manẽt is certitudinẽ habet in spe, ex veridica Saluatoris ꝓmissione. cæci non sumus, qui oculos per fidem iam
Ioan. 8. & 12. illuminatos habemus. Cæcus autẽ est, & in tenebris manet, qui fidem quæ illuminat, minimè habet. Vnde & ambulantibus in fide valde indignum videtur, vsum præsentis luminis magni pendere; quod eis cum muscis ac vilissimis animantibus etiam serpentibus existit commune; Ergò li-
Ioan. 8. bet toris viribus intendere in eum, qui dicit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. Cui si placuerit lumen corporis, quod
Dan. 3. dedit & abstulit, facile reddet ac præsentabit: quod si facere noluerit, absq; murmure benedicendus erit, & vt rex iu-
1. Cor. 1. stitiæ semper timendus, atq; vt pater misericordiarum ac totius consolationis tota mente; & tota virtute diligendus. His dictis & auditis, non illo, quo paulo ante, sed alio genere cœperunt manare lachrymæ, tanto vberiores, quanto vtiliores. Recordabantur enim tàm ex Pauli sentẽtia, quàm
2. Cor. 12. ex probabili viri Dei patientia, in infirmitate virtutem certissimè perfici. Quod & postea in venerabili sene virtus diuina clementer simul & potenter dignata est declarare.

Nam

Nam cum ferme biennium in percussione cæcitatis cæcus videns expleuisset, quadam nocte discurrens inter altaria, vt ante solebat, frequēs venipeta, labori sacro vigilanter insistebat, nec ætati decrepitæ prius parcere volebat, quam per spiritum gratiam Dei adesse cognoscebat. Tum ante sanctam CRVCEM prostratus, nec non lachrymis & oratione satis humiliatus, corporis fatigatione quasi requiem poscente; imo Domino, qui non dormit neq; dormitat, opus suum clarificare volente, soporatus est subitò, corpore non mente. Et ecce imago CRVCIFIXI Domini nostri IESV Christi visa est illi descendere de CRVCE, & venire vsq; ad se: quæ stans coram eo vtraq; manu, sicut visum est ei, candelas ardentes, de candelabro super gradus comin⁹ posito, tulit, & in oculos senis violenter inflixit. Qui primum ob Dominicæ descensum Iconiæ, non paruum sustinens pondus agoniæ, dein per ignem aduertens præclarum quiddam designari, atq; per lumen sentiens tenebras fugari, surrexit lachrymis ac sudore perfusus, & è vestigio conuertens oculos in pristinos vsus, cœpit secum mirari, simul & altius cum interiori homine scrutari, quid sibi vellet, quod post tanti temporis luminum à multis desperatum receperat visum. Cumq; in breui super huiuscemodi re ratio satisfaceret homini, & homo rationi, tunc oris officio coniubilante cum cordis hospitio, magnificè gratias egit Deo, cui seruum suum ita dignatus est visitare, vt & in castigatione corporali sibi esset correctio, & oculorum eius reuelatione ad sancta vel honesta multorū prouocaretur affectio. Cuius rei gratia quo tenacius bonorum haberetur in memoria, homo Dei iussit inter cætera miraculorum signa, siue indicia, oculares circulos suspendi in Ecclesia, quæ beati EMMERAMMI Martyris corpore sacro dotata & meritis, nec non aliorum patrocinijs prædita Sanctorum cœlesti

*al. venipeta.

Esaiæ 3.

ſpecula mortalibus demiſſa beneficia ſolet miniſtrare quã plurima. Ob quorum ſalutarem collationem, ac frequentem, de hac venientis famæ volitationem, hic locus gaudet aduentantium ſe receptare multitudinẽ. E quibus alij, qui languorum varietate grauantur, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri releuati, alij pro alijs neceſſitatibus dum exaudiuntur eadem miſericordia conſolati, voce & corde, pro communi omniũ commoditate gratias clamant ſalutis auctori. Vnde & nos, qui hæc ſcribimus & legimus, atq; inter nos de talibus ratiocinando ſermonem ſæpe conferimus, non ſolum ſuper his quæ hîc præ oculis & manibus habentur, verum etiam ſuper vniuerſis donis ac beneficijs illius, pari voto laudẽ demus Deo. Ammonicius. Æquum eſſe
1. Theſ. 5. nouimus, vt creatura creatori deſeruiat, atq; iuxta Apoſtolum, in oĩb⁹ gratias agat. Quod & libẽter, p modulo noſtro amplectimur, primũ præceptis Dominicis ac Apoſtolicis parendo, dein charitatis tuæ & aliorum ſanis exhortationibus aſſentiendo. Sed hoc animos quorundã perturbat fidelium; quia multi exiſtunt mortalium, qui vix in proſperis Deũ laudant, in contrarijs verò atq; aduerſis non tantũ non laudant; imo q deterius eſt, vituperant ſiue plaſphemant, dicentes; quicqd acciderit contra votũ, opus eſſe diabolicũ. Collectivs. Quia multi multa incaute ac mẽdaciter loquũtur, idcirco varijs errorũ decipulis piculoſiſſimè implicantur. Quorũ inuolutiones, qui cupiunt deuitare, cũ
2. Cor. 11. Paulo inſipientes ſapienter debẽt ſufferre, donec multitudo reproborũ nihil minuens gloriæ filiorum Dei, ad nihilũ redigatur, id eſt, in infernũ trudatur, & paucitas electorũ in cœlis nominatim ſcripta collocetur, cum multitudine Angelorũ æternaliter gauiſura, Chriſtumq; in regno ſuo ſemper viſura; per eum, in eis cõpleto numero angelici ordinis qui cecidit, quando Archangelus per ſuperbiam cum ſuis

ſequa-

sequacibus apostatauit. AMMONICIVS. Me quorundã perturbationẽ quærente super insipientium vesana temeritate non solũ qualiter sint tolerandi, breui versiculo exposuisti: sed etiã insuper terribilẽ extremę examinationis inuehẽdo sententiã, atq; Sanctorum gloriam cõmemorando magnificam, hunc eundem versiculum effeciſti magis auctoritate diuini sermonis ponderosum, quàm prolixitate morosum. Nunc ergo cõpetens est, quatenꝰ his remotis, qui nobis ob induratã sui stoliditatẽ esse solent labori potius quàm vsui, stylũ ad eos conuertas, qui tota virtute conabantur vias bonas ambulare, & creatorem in omnibus operibus suis optime nouerint laudare Quorũ gesta, quibus iter sæculi præsentis triuerint, quia te dictante iam sunt ex parte cõmendata memoriæ, postulat charitas, nec nõ laboris tui vtilitas, quo deinceps haud pigriteris, cudendo percurrere; vbi, quando, vel quomodo de hac vita migrauerint, & in quibꝰ locis corpora illorũ collocata sint, quęque indicia sanctitatis eorum post mortem claruerint. COLLE. Quod de sanctis viris, nec non eorũ virtutibus miris hactenus scripsi, & adhuc scripturus sum, non paruũ paruitati meæ incutit timorem. quia ego cognosco me peccatorem, & quia valde indignũ videtur, vt peccator aut iniustꝰ, rem scribendo sanctã & iusti, materiã sibi vendicet operis ardui. Sub hac re cõsolationem porrigit timiditati meæ clemẽtia illius, qui ꝓ peccatis nostris mortuus est, iustus ꝓ iniustis. Cui quodãmodo ministrat, qui ministrorũ eius memoriã ad laudẽ & gloriã noĩs ipsius diffundit ac ꝑdicat. Vnde & ego animatꝰ nec nõ contra ociositatis torporẽ armatus iubeo fiducialiter stylũ arare ꝓpositiones charitatis tuæ. AMM. Dilectionis opationẽ qui dat, ipse remunerat. Proinde tu spẽ ponẽs mactę in adiutorio miserationis diuinæ, perge viam alacris postulatę narrationis. COL. Pergã libẽs ipsum mihi adesse omnimodis cupiẽs. Igitur post multa pietatis & æquitatis opera,

quibus

quibus Deo seruire studebat, quibusq; Ecclesiam sibi commissam regebat, sæpè nominatus sæpiusq; nominandus venerabilis præsul VVOLFGANGVS cum RATISBONÆ cõstitutus, rerum necessaria mutatione poscente, in orientalem huius prouinciæ regionem iter suum pararet, febricitare cœpit. Quam corporis molestiam vir Dei non solum vigilijs & orationibus animæ suæ fecit esse proficuam, sed etiam eleemosynis, opus & decus adaugens bonæ voluntatis, totum, quod habere potuit per manus pauperum in gazophylacium Christi transmisit; sicq; partes orientis perrecturus, illi qui nescit occasum, vitæ suæ sedulis precibus commendauit excursum. Cumque per DANVBII decursum ventum esset in puppi ad locum, qui dicitur PVPPINGA, vltra iter tendere non valebat; quia tempus resolutionis instabat: ibi enim superna se visitante gratia cognouit, cito fore complenda, quæ sibi per visionem, longe antea fuerant reuelata. AMMONICIVS. Cuius rei reuelationem acceperit, & vbi, aut quando, siue per quem eam didicerit, admone; ne silentio supprimas, sed caritati fraternæ luculenter edisseras. COLLECT. Dicam scribamuè hoc breuiter, etsi non leuiter: quia cauma æstiuale facit ex valetudine me dolere. Quodam atqui tempore cum in ALAMANNIA, positus vir Dei, peregrè proficiscendi voluntatem haberet, beatissimum Christi confessorem, OTMARVM, cui se suaq; frequentissimè commendabat, sibi in somnis astare videbat. Quem iussus intendere, ab eo huiusmodi accepit verba, Quia rogatus à te rogaui Dominum pro te; in quo sum exauditus, manifesto nunc tibi futurorum prænuncius. Pauper & inops de hac prouincia egredieris; sed in alia, in qua pro amore Domini exularis, Episcopatum caducis rebus satis locupletem prædestinatione diuina susceptur us eris. Cuius in administratione, si fi-

S. Otmarus S. VVolgango in somno apparuit.

si fidelem te exhibueris bonaq; impertæsus seminaueris, iuxta id, quod scriptum est: Quæcunq; seminat homo hæc & metet: expletis viginti duobus annis, vitam transitoriam eris exiturus, & æternam ingressurus. Et hoc procul dubio scire te volo, quod animam cõditori reddituru es in loco, vbi sub nomine Christi à Christianis memoria mea veneratur & colitur. Quo me in hora exitus tui de Ægypto huius mundi spero aduenturum cum cæteris, quos de exercitu dñi bonis meritis ad adiutandum obitum tuum, contra potestates aërias & spiritales nequitias in cœlestibus, adsciueris & paraueris. His & talibus prolatis, in visione noctis, spiritus, qui apparuit, euanescens, virum venerabilem VVolfgangvm dimisit ex parte lætificatum, & ex parte mœstificatum; Lætificatum autem dixerim, non ob gloriolam sæculi, quæ colorata est in Episcopalis dignitate fastigij, sed ob iucundam regni promissionem æterni; mœstificatum verò virum Dei scripserim, non ob breuitatem annorum huic vitæ concessorum, sed ob prolongationem terreni incolatus lachrymabilem; iuxta illum versum Psalmographi: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Ammonicivs. Quæ sint potestates aëriæ, & quomodo spiritales nequitiæ possint esse in cœlestibus; cùm cœlestia nulla vnquam inhabitet nequitia, solet à nonnullis inquiri, vnde & oportet expon. Colectitivs. Hæc de quibus quæstio, non sunt mea, sed beati Pauli Apostoli verba. Vnde & eos, qui nesciunt aëris spatia nuncupari cœlestia, & in eis ignorãt apostatas angelos versari; & propterea de Apostolicis dubitare solent dictis, mitto ad epistolam beati Petri secundam, in qua de spatijs aëris, quæ cœli vocantur, diluuio primo perditis & secundo perdendis, fideles docet sic dicens: Latet inlusores, quod cœli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam, consistentes Dei verbo: per quæ ille

Galat. 6.

Ephes. 6.

Psalm. 119.

Nequitiæ spirituales in cœlestibus, quæ & quid sint.

2. Petri 3.

tunc mundus inundatus perijt. Cœli autem qui nunc sunt, de terra eodem verbo repositi sunt, igni seruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Et post pauca: Cœli ardentes soluentur & elemẽta ignis ardore tabescent. Nouos verò cœlos & nouam terram & promissa Domini expectamus. In quibus iustitia habitat. De angelis quoq; proiectis, qui vagantur in cœlis igne pereundis, quos Apostolus aerias potestates ac spiritales appellat nequitias; quorum tanta multitudo est in aëre, id est in cœlis inferioribus, vt cuidam sancto homini reuelatum est, vt si haberent corpora corporalibus nostris æqualia, splendorem so-

Epistola Iudæ. lis interciperent mortalibus. Iudas Apostolus in epistola, quæ inter canonicas computatur, talẽ sententiam promit huiusmodi: Angelos verò, qui non conseruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium DEI magni, vinculis æternis sub caligine iudicio dominus reseruabit. Ergo de quæstione proposita & Apostolicis testimoniis congruè absoluta, nescio si quis dubitet. Ego non dubito: sed in inferno & in aëre diabolum ac satellites eius damnatos esse noui & scio; inde magis certus, quia ante aliquos annos in PANNONIA cõstitutus, die quadam à tertia hora vsq; ad sextam diabolum vel draconem in

Draco in aëre. aëre suspensum vidi. Erat autem magnitudo eius incredibilis, longitudo tanta, vt quasi vnius miliarij spacio videretur esse protensus. Cuius caput cristatum, & instar montis eleuatum, nec non corpus, iuxta hoc, quod Dominus

Iob. 41. ad beatum Iob de Leuiathan loquitur, squammis horribilibus compactum, & ceu parmis, vel scutis ferro munitis, tectum; in lateribus & in tergo, quædam fuliginosa fœdabat nigredo: ventris quoq; inuersione, & pariter corporis in qua solotenus iacere solebat, pallor subuenetus decolorabat, ad similitudinem sulphurei laris. Tractus verò ac incurua-

curuationes, atq; extensiones eius immanes, postremo, totius corporis motus, & particularis & totus, atq; vt breuiter in id temporis aduersantia concludã, omnia draconis molimina, erant mortalibus, in quantũ Deus permisit, noxia, tantoq; noxiora quanto proximiora. Nam cum tempus esset æstiuale, vtpote sexta feria hebdomadæ post Pentecosten secundæ, ex gelu, quod draconi præ cæteris animantibus magis est naturale, adeo immutatus est aër, vt & febris multos inuaderet ac iumentorum non minimam partem frigus consumeret. Alas & crura vel pedes, quos pictores fingere solẽt, penitus nec habuit nec habere visus est, quippe cui squammæ & costæ sufficiunt, pro deambulatione. Grossitudo pectoris erat parilis grossitudini capitis. Post hoc paulatim diminuebatur vsq; ad extrema caudæ, cuius extremitas penè adæquabat abietes magnas. Hunc tam ingentem hostem, aut diabolum aut diaboli amicum, nolens Dominus diutius terrere populum fidelium, subito fecit ab Aquilone moueri & densitati nubium cum grandi impetu intermisceri. Quem cursu velocissimo super nos, vt transeuntem vidimus, sibiloq; eius pariter cum fistularum stridore non sine metu audiuimus, mox nubes quæ à mane vsq; in illam horam quasi stabant immobiles, in tantum commotæ & concitatæ sunt, vt tota illa die pariter & nocte non cessarent tonitrua seu coruscationes, immo perseuerarent vsq; ad vesperam sequentis diei. AMMONICIVS. Nunquid in illo tempore recordatus es aliquid horũ, quæ beatus Ioannes in Apocalypsi sua de dracone & bestia scribit. COLLECTITIVS. Verè in memoriam venerunt hæc, maximè autem vrgebat me recordatio scripturæ eiusdem Apokalypsis, in qua continetur: Væ vobis. quia Draco venit ad vos cum ira magna, sciens, quod modicum tempus habeat. Quamuis enim scirem, *Apocal. 12.*

per bestiam & draconem antichristum & diabolum designari; & diem vniuersalis iudicij minimè tunc instare; tamen ob insolitam rerum ostentationem turbatus cogitaui multa, & suspiraui timidus pro morte mea siue aliorum, qui mecum videbant ista terribilia. Tunc per diuinæ respectum clementiæ restitutus in spem viuendi, primo gratias egi Deo omnipotenti, qui nos liberauit de potestate diaboli; deinde cœpi mecũ voluere, seu mente tractare, si vnquam in legendo & scripturas scrutando talia inuenerim, qualia me illo die contigit vidisse. Et inter cætera, quæ animus percurrebat, redierunt in memoriam dicta & scripta beati ISIDORI Episcopi, qui in libro etymologiarum de natura draconis scribit in hunc modum: Draco maior cunctorum serpentium, siue omnium animantium super terram: hunc Græci Draconta vocant. vnde & deriuatum est in Latinum, vt draco diceretur, qui sæpè à spelunc is abstractus fertur in aërem, concitaturq; propter eum aër. Est autem cristatus, ore paruo & arctis fistulis, per quas trahit spiritum, & linguam exerit. vim autem non in dentibus, sed in cauda habet, & verbere potius quam * ictu nocet. Innoxius est autem à venenis. Sed ideo huic ad mortem faciendam venena dicuntur non esse necessaria, quia si quem ligauerit, occîdit. A quo nec elephas tutus est sui corporis magnitudine: nam circa semitas delitescens, per quas elephantes solito gradiuntur, crura eorum nodis illigat ac suffocatos perimit. Gignitur autem magis in Æthiopia & India in ipso incendio iugis æstus. AMMONICIVS. Credo sufficere ista vel à te visa, vel ab alijs dicta de draconis natura, seu de bestia hosti antiquo amica. Nunc ergo oportet, vt reuertaris, vnde digressus es. COLL. Quia tempus hoc simul & ratio poscit, ammonitionẽ tuam secutũ iri meapte etiit in voluntate, *& si Dñs magnus voluerit, non sine humilitate.*

Igitur

Isid. l. 12. Orig. cap. 4.

*legend. rictus

Hæc in m. s. erant alia minore litera adscripta.

Igitur vt paulo ante dictando narrare cœpi, præsul venerandus, & multum à bonis vel fidelibus amandus, memor admonitionis, quam olim acceperat, per reuelationem Christi Confessoris, nec non pro certo sciens principem huius mundi ad se venturum, & cum aëris potestatibus contra se pugnaturum, sed in misericordia Domini, in quo non habuit quicquam, per suffragia Sanctorum sperans animam suam humani generis inimicum superaturam, iussit in agone nouissimo, vt à fidelibus in oratorium portaretur, & ante altare beati OTMARI deponeretur. Quod cum factum esset, aliquantulum ex infirmitate conualescens, resedit; & ORARIVM accipiens per CONFESSIONEM primũ se expiauit. Dein qui aderant, pro fide, spe & charitate satis vtiliter & luculenter commonefaciens, eos ac omnes sibi commissos, & nihilominus obitum suum cum intimis suspirijs Deo & sanctis eius commendauit, sicq; viatico sumpto humo tenus se humiliauit. Tunc æditui siue cubicularij ejcere tentabant vniuersos de Ecclesia, exceptis familiaribus, ibi ex more commanentibus. Quos vir Dei prohibuit dicens: Reserate ostia, sinite omnes, qui hîc manere velint adesse resolutioni nostræ. Non enim nos qui sumus mortales, erubescere debemus, nisi ex malis operibus, cum mortis debitum necessario exsoluerimus; quandoquidem Christus, qui nihil morti debebat, fermè nudus mori non erubuit in cruce pro generis humani salute. Aspiciat quisq; in morte nostra, quod paueat & non caueat in sua. Deus misereri dignetur & mihi misero peccatori mortem nunc patienti, & cuiq; eam timidè ac humiliter aspicienti. Hæc cum dixisset, reuerenter expirauit. Mox aduenit Archiepiscopus bonæ memoriæ, HARTVVICVS & ARBO Comes quidam ex numero fidelium fidelissimus, viroq; Dei inter laicos charissimus. Hos quoq; illô vẽturos nocte præterita spiritu

Obitus S. VVolfgangi. Hartwicus Archiepiscopus Salnburg. Arbo Comes.

prædoctus venerabilis Præsul VVolfgangus innotuit quibusdam, post longa silentia, & corporis relaxata molestia, astantes terrens, ac sic subito inquiens: Mundate domum, purgate atria, hodie venient nobis boni hospites. Et vt credatis mihi, quia verum dico; hoc vobis erit signum ex ore meo: Nauis, in qua ferebantur bona Domini HARTVVICI Archipontificis & ARBONI optimi Comitis, naufragium atq; iacturam in DANVBIO perpessa est: sed per misericordiam Dei, homines salui facti sunt, & ipsi domini mox post obitum meum vobis erunt aduenturi. Quid multa? completis his, quæ dicta sunt, à beato VVOLFGANGO, corpus eius comitatū ab Archiepiscopo, & à populo fidelium copioso est religiosè translatum, nec nō die à transitu illius septimo in ciuitatem RATISBONAM allatum. Vbi cum Prę̄sul beat⁹ apud sanctum PETRVM esset susceptus, ac Vigiliarum Missarumq; celebrationibus Deo, cui famulabatur, foret commendatus, in Basilica beati STEPHANI protomartyris, vt viuens præceperat, pontificalibus infulis, in quibus consecratus erat, induebatur, iuxta hoc, quod scriptum est: Induam te mutatorijs. Ibi vt audiui à quodam presbytero sene ac religioso, qui eum paramentis amiciebat, ad manifestandum tanti Pontificis meritum, non tantum odor malus aberat, sed etiam bonus aderat; secundum quod Apostolus ait: Bonus odor Deo sumus in omni loco, alijs ad vitam, alijs ad mortem. Tunc cum magna reuerentia sustollentes corpus beati viri, transportabant illud ad Ecclesiam Christi Martyris Emmerammi, cuius honorem, dum vixerat, intimo affectu summoq; studio colebat. Qua Missarū solemnijs *& exequiarum officijs* ritè peractis, octaua luce à pridie Kalendarum Nouembrium, in quibus ille excessit de medio, magnificè & honorificè, sepultus est parte australi Basilicæ sancti Emmerammi in ordine Pontificum

Zachar. 3.

2. Cor. 2.

alia litera ad marginem.

tificum duodecimo, satis congrue numero sacro in tali viro definito, in quo Dominus miraculis & signis potenter post manifestauit, quia hunc cum principibus populi sui collocauit. AMMONICIVS. Nunc ergò, quia virum Dei in numero Episcoporum posuisti duodenario, vt mihi videtur, conueniens est, vt qui ante eum hanc Ecclesiam rexerint, nominatim edisseras, & quos habuerit successores, huic operi ex compendio innectas. Delectantur quidem nonnulli lectione huiusmodi. COLLECTITIVS. Non habetur certum quis primus in illo loco plantator fuerit diuinarum plantationum. Sed tamen, vt potero, dilectioni tuæ obtemperabo. Igitur sicut Ecclesiasticarum testantur scripta donationum & traditionum, hæc Sedes habuit Episcopos, Primum, * *temporibus Romanorum venerabilem virum, cum cæteris non parui numeri Episcopis, quorum certa præsulatus regimina legimus, nomina verò inuenire non potuimus, dein sub tempore Regum Francorum, nec non Ducum Noricorum quendam religiosum Ecclesiæ ministrum nomine* Lupum & *successorem eius nuncupatum* Ratharium, ante ordinationem *illam videlicet* beati Bonifacij Moguntię Archiepi, quam ille in Norico ex auctoritate Apostolicæ Sedis iuxta instituta canonum exercuit siue disposuit. Postea verò præfuerunt hi, quorum noīa subsequuntur. In primis præfuit Dñs Gaubaldus, vir sanctus & religiosus, sub quo corpus B. Emmerāmi verè Martyris & Epi, translatum est de loco, in quo positum fuerat, quando ab Ascheim huc transportatū erat. Posthunc Sintpertus cathedram Pontificalē cum regimine Ecclesiastico suscepit, qui B. Emmerāmo Basilicam nouā ampliоribus spatijs, & propensiore sumptu cōstruxit, atq; ornauit. Quē per ordinē sequebant, Adaluinus, Baturicus, Erchanfridus; his succedebat Embricho homo venerabilis ætate ac merito vti cōperim⁹ chronicorū scripto veridico. Tum Episco-

Psalm. 112.

Quū primus Episcopus fuerit Ratisbonæ, ignoratur.

** Hæc omnia ad marginem minori litera notata sunt.*

Gaubaldus Episcopus Ratisbonensis.

Sintpertus.

Adaluinus. Baturicus. Erchanfridus. Embricho.

Aſpertus. Tuto.

Iſingrinus. Guntharius. Michael. S. VVolfgang. Gebhardus. Gebhardus ſecundus. Orno: Gebhardus tertius. Lupus. Dieto D.

Episcopatus Ratisbonensis Asperto prouenit, cui succeſſit vir magnæ manſuetudinis & pietatis nomine Tuto, clarus ingenio: is habuit ſucceſſores, Iſangrimum, Guntharim, & Michaëlem. Poſt hos rexit hanc Eccleſiam B. VVolfgangus, quem ſubſecuti ſunt ordine vicis ſuæ, Gebhardus, & item Gebhardus, quibus Orno ſucceſſit, tertius Gebhardus frater Imperatoris, valde præeminens & nobilitate generis & faſtigio pontificalis honoris. ab illo autem, qui Lupus vocabulo, paſtor officio paſcebat oues Chriſticolas ſub Duce, qui dictus eſt Dieto, vſq; ad iſtum, qui nunc Eccleſiam regit, fuerunt omnes Episcopi huius ſedis, decem & ſeptem. Hos pius princeps paſtorum collocare dignetur in regno cœlorum, & nos peccatores in multitudine ſuarum miſerationum, non dedignetur efficere participes æternarum ſaluationum. AMM. Amen. Nunc tempus eſt, vt ſtylum conuertas ad miracula, quæ ad ſepulchrum beati VVolfgangi Episcopi & Confeſſoris dignata eſt gratia omnipotentis operari, qui in Sanctis ei⁹ ſemper eſt glorioſus & mirabilis. Hæc quoq; ſcribere te oportet, vel ob hoc maximè, quia ſunt nonnulli, qui quoſdam electos minimè credunt eſſe in numero Sanctorum, niſi ad eorum ſepulchra prodigia viderint & ſigna. Coll. Noui & ſcio, quia tibi obſequendo multorum moribus deſeruio, ideo dilectionem tuam præcedentem per admonitionem paratus ſum ſubſequi per præſentem deſcriptionem.

Miracula ad ſepulchrum S. VVolfgangi.

Quidam homo cęcitate mulctatus, ob id valde contriſtatus, vt ad ſepulchrum B. VVolfgangi acceſſit, & ibi cum lachrymis preces fudit, recepto viſu, exauditum ſe gratulatus, & inde oppido lætificatus Deo ac ſancto Pontifici gratias egit, ſicq; comite ſalute proprios lares reuiſit.

Alio quoq; tempore muliercula quædam ſub ſpe recuperandæ ſalutis deportata eſt à ſuis in Eccleſiam B. Emme-

rammi

rammi Martyris ac Pontificis, in qua dum ante altaria rependo petitione sedula Sanctorum efflagitasset suffragia, tandem ex labore seu ægritudine fatigata, secus tumbam Christi Confessoris VVolfgangi resedit humi. Cumq; missella corpore ac mente inclina, venerandi Pontificis adiuuari se optaret precib⁹ & meritis, subito lateris contractio, & cæterorum nodosa membrorum alligatio est soluta; & nihilominus tàm vehementer disrupta, vt sanguinis effusio diffluere t in pauimento. tunc mulier primum exterrita, præ timore cœpit clamare, dein exiliens grates reddidit saluatrici sanctæ Trinitatis omnipotentiæ, atq; Sanctorum sanitatis impetratrici clementiæ. Itaq; sibi restituta de salutiferis Ecclesiæ domicilijs repedauit ad sua. Post hæc ad quos huius rei cura pertinebat, scamnellum, quo illa pauperc la totis viribus innixa repere potius quàm deambulare solebat, ad gloriam nominis diuini, & ob memoriam tanti signi, super fores Ecclesiæ suspendebant.

Quadã die * homuncio pauperculus, & vt veridica relatione didici, Rauennatis Episcopi Eleemosynarius, gratia orandi venit in Ecclesiam B. Emmerãmi. Is dum frequenti oratione se liberari Sanctorum meritis postularet ab inhærente sibi diu membrorum debilitate, demum decubuit in loco, qui beati VVolfgangi dotatus simul atq; ditatus est corpore sacro. Ibi feliciter soporatus, quendam virum statura procerum, & canitie venerandum astare vidit, qui ad eum dixit: Vt quid tu hîc aut cuius rei gratia huc aduenisti? Cui ille respondit: Domine, propterea miser huc veni, vt saner à languoribus, quibus iam per plures annos laboraui detentus. At venerabilis heros, virga pastorali quam manu gestare videbatur tangens ægrotum, ac officijs membrorum destitutum miserabiliter: infit, Ecce sanaberis in nomine sanctæ Trinitatis. Tunc, qui iacebat quasi mor-

al. dominico.

tuus, per merita præsulis Reuerendi, à somno ægritudinis excitatus, repentè exiliuit & præ stupore siue tripudio clamans in quantum potuit, Deum Sanctosq; illius & ipse laudauit, & alios ad laudandum prouocauit.

Hæc itaq; tria capitula ob memoriam venerandi Episcopi in nomine sanctæ Trinitatis descripta pro testimonio duorum vel trium testium sufficere credo his, qui non superbo oculo, & insatiabili corde contradicere tentant nomini trino pariter & diuino. Insuper spero eiusdem sancti meritum viri, superna reuelante, & nihilominus cooperante gratia, manifestius adhuc & abundantius declaratum iri, nec non in Dño plenius à nobis siue ab alijs laudatum iri. AMMONICIVS. Omnium fidelium spes non solum æquo, sed etiam necessario ponitur & figitur in omnipotente Domino; qui intantum misericordiæ suæ vnguenta diffundit, vt nec ab ingratis beneficia sua subtrahere velit. Cuius laus in Sanctorum memoria, vsq; in finem sæculi confertissima debet recipere incrementa, secundum hoc, quod Psalmista, in centesimo quadragesimo quarto psalmo dicit: Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Proinde & tu viriliter assume dialogum inter duos conferendum, & scribito venerabilem virum RAMVOLDVM, quandoque scripseris beatum VVOLFGANGVM; summa deuotione cõmendans fideli memoriæ, qualiter laudabilis dualitas tanti antistitis & Abbatis, dilectione Dei & proximi comitante, cum fide & charitate, illuc peruenerit, vbi sancta Trinitas perpetualiter imperat, nec non indiuisa diuinitatis vnitas, cum Sanctis & electis æternaliter regnat. COL. Amen, fiat voluntas Domini in salute generis humani, & in paupercula descriptione huius opusculi, sicq; suum stylus agat offici-

officium, vt per id obedientiæ, Deo paretur acceptabile sacrificium.

Post obitum atqui beati VVOLFGANGI Pontificis scilicet serui Dei cunctipotentis, RAMVOLDVS egregiæ memoriæ Abbas, in regimine monasterij seu procuratione Cœnobij, per tentationes varias, aduersitates perpessus est multas. Quæ in tantum excreuerunt, vt sub * Primo Gebehardo Sedis huius Episcopo famulus Dei apud tertium OTTONEM Imperatorem, quorundam detractionibus simul & accusationibus, infamaretur. Vnde ad id ventum est, quo ijsdem princeps credendo, quod non credere debuit, de religione viri Dei dubius factus & anceps, dum ad sanctum Emmerammum, more Imperatorum, veniret, & exacerbatis animis, nec alloqui eum, nec oculos in illum conuertere vellet. Cumq; ab eo oratum esset in secretario altaris, coram eo, qui fecit machinam cœli, terræ ac maris, accessit ad eum despoton quidam Symmysta eius nomine HERIBERTVS, tunc forte Capellanus, postea verò Colonienſis Episcopus. Is ex consulto ad eum dixit, Domine non oportet vos indignari contra virum Dei. Adhæc Imperator infit, Cum scriptum sit: Principem populi tui ne maledixeris, scio, quia non conuenit hominem Dei mihi detrahere siue maledicere; præsertim, cum & ego illi nihil vnquam fecerim, quod sit dignum maledictione. Tunc dominus HERIBERTVS bonus & fidelis consiliarius, respondit: Si principatus imperij gestit, sicut & debet, prosperari; decet in præsentia vestri, venerandum Abbatem, coram sancta congregatione, super hac re interrogare, & ita, vtrum vera an falsa sint, quæ illi obijciuntur, probari. Credo in Deum & spero, quod tam venerabilem senem, & senectutis maturitas, ac diuinitus concessa sapientia & humilitas, nunquam permiserint dixisse, qualia ab inimicis dicta sunt, de eo vel ficta.

* *Primo alia litera ad marginem.*

Heribertus Colon. Episc.

Exod. 22. Actor. 23.

Tum Imperator remittens animum, ad diuinæ dispensationis nutum, secum assumptis dilectoribus * paucis intrauit claustrum humilis & mitis. Ibi videns venerabilem patrem cum fratribus humotenus prostratũ, expauit & dixit, Grande malum fecit mihi, qui ex legatione GEBEHARDI Episcopi ea referendo indidit auribus meis, quibus me improuidum commoueret aduersus Abbatem istum, & sibi cõmissum Sanctorum collegium. Scio quidem, quod vitæ meæ parua nõ est agenda pœnitentia, pro ista falsitatis credulitate incauta. Nunc ergo, quia peccata mea nudauerunt vestigia vestra, obsecro, recalciate vos, & sic redite ad nos. Quo celeriter facto, cum fratribus venerabilis heros RAMVOLDVS, egressus, fiducialiter locutus est ad Principẽ dicens, Nouimus quippe, quia q, habetis imperium desuper est datum atq; constitutũ, & quia, cui Deus benedixerit, benedictus sit. Huius quoq; rei, quia per totum nõ fuimus insipidi, imo adhuc sumus ex parte scioli, vnde paruitati meæ tanta temeritas, vt ego vilis homulus, mensuram meam penitus oblitus, auderem celsitudini vestrę maledicere quam Rex Regum, & Dominus dominorum iam dignam fecit sua benedictione? Quocunq; ergò iudicio maiestati vestræ placuerit, paratus sum me ex obiecto purgare, nec non cunctis adstipulatione veritatis pro hac re satisfacere. Imperator autem responsum deliberans; huiusmodi verba proponit: Sicut veritate delectamur, ita è contrario falsiloquijs exacerbamur, vnde iudicium Dei censemus superaltandum iudicio mortalium, qui facile fallunt & falluntur. Malo quidem credere bona de bonis, quàm mala de peruersis. Nec enim quenquam decet temere quicquam credere à quoquam. Vnde & verbotenus tuapte prolata obiecti excusatio, est mihi à tanto viro permagna satisfactio; qua modo æquè vt alterius generis euidenti placatus iudicio,

* pauc.

cio, senior ô dilecte Deo, spiritali allocutione pariter & admonitione tui in aliquo *secreto loco, cupio *conueniri seu consolari; & onus regni, quod indignus accepi, desidero per eum releuari, qui dicit in Isaia Propheta: Computrescit iugum à facie olei. AMMONICIVS. Hoc est, quod per Prophetam dicitur: Erubesce Sidon, dixit mare. Ecce nos qui iure præpositis per omnia debemus humiliari, sæpè ob verba fraternæ admonitionis, superbiæ stimulis, ad iracundiam prouocati, contra patres & fratres, indecenter & supra modum, solemus commoueri; & è contrario sæcularis persona, non solum officiosè in fascibus constituta, sed etiam principaliter imperiali fastigio sublimata, assumpto schemate humilitatis, confundit superbiam deiectricem archangeli, & matrem diaboli. Quid hac humilitate bona voluntas operatur? nisi vt superbia nostra arguatur, & iustitia quodammodo nos conueniat, & ad cor nostrum verba huiusmodi intromittat, Erubesce Sidon, dixit mare, id est, confundere negligens monache, siue sanctimonialis, dicit fidelis etsi sæcularis, quia monachorum summã virtutem, hoc est, humilitatem abiecisti, & maximum vitium, id est, superbiam tibi pertinaciter vsurpasti. Quod pessimum & omnium peccatorum mordacissimum tenaculum, prouide cauebit siue superabit, quicunq; implere studuerit, quod Apostolus dicit: Humiliamini sub potente manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. COLL. Huic testimonio sacræ lectionis optimè competit; quod veritas in Euangelio dicit: Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Quæ dicta veridica, vtpote quidem sancta & Euangelica insinuant, alijs pro exaltatione tremendum, alijs pro humilitate gaudendum. Sed cum in multis offendamus omnes, superbi sunt tolerandi, & per fraternas admonitiones assiduè visitandi, vt quod superbè delinquunt,

*alia litera in m.s.

Esai. 10:

Esai. 23.

1. Petr. 5.

Matth. 23.

Iacob. 3.

per humilitatis immutationem possit correctum iri. Est enim periculosum valde, superbiam cordi hominis quasi proprio nido insidere. Proinde humiliter petendum est à fidelibus, vt tam pestiferam dominam, à nobis & ab omnibus Christianis auertere dignetur misericordia Dei omnipotentis. AMMONI. Fiat, fiat, secundum verbum tuum, vt per totum mundum cadat hoc pestiferum vitium. COLLECTITIVS. Nunc ergo eos, quos mordaciter admoniti-uncula tua notauit negligentiarum & vitij vitiorum, liceat his, quæ subsequuntur placare. Imperator igitur glorioſus prænominatus & sæpè nominandus, OTTO III. in multis religioſus, cum Abbate venerando intrauit Ecclesiam sancti BENEDICTI ad famulitia diuina multipliciter addicti. Qua oppido humiliatus, & per CONFESSIONIS medicinam consternatus, inter duo altaria sub specie geminæ dilectionis constituta, ac in honore eiusdem venerabillimi patris, & præclari Martyris Christi KILIANI consecrata, iussus à spiritali patre, velut seruulus viliſſimus in humili tripedica coram eo sedit, humilitate comitatus optima matre. Ibi audiuit multa quæ solent opera destruere stulta, nec non alia plura, quæ corda stolidorum accipere abnuunt ceruice prædura. Demum per conuersationem alter factus, & per admonitionem hominis Dei intime tactus, gratiam Dei sibi adesse sensit, quæ compunctionem largiſſimam illi contulit, qua exterior homo interiori homini* *non solum* subtiliſſime concordauit **sed etiam vtiliſſime*. Cumque hac fragilitati humanæ in id temporis satisfaceret, foras egreſſus, ad suos dixit: Verè Spiritus sanctus locutus est per os viri istius. Hodie in sermone illius probaui, verum esse illud Salomonis: Verba sapientum quasi claui in altum defixi.

Superbia fugienda.

* *in m. f. alia litera.*

Eccle. 12.

Mandatum quippe diuinum certiſſimè * *suis obseruatoribus*

* *alia litera.*

ribus reddit liberum animum. Cumq; Cæsarem diligenter intuerentur eius familiares, admirati sunt super immutatione vultus eius dicentes: Domine, quid tibi cõtigit, quod adeo perfusus & lachrymis & sudore? Quibus ille respondit, Nolite mirari, quod sim vdus ex sudore, sed quia viuo præ timore. Nunquam me contingat talem quæstionem incidere, nisi pro animæ meæ salute. In isto sancto seniore comperi manifestè, quantus honor debeat exhiberi seruis electis Dei. Post hæc iussit Episcopum RATISBONENSEM ad se accersiri. Et stans ante altare sancti EMMERAMMI, sub interminatione ad eum dixit: Caue ne vltra, me viuente, quicquam mali facias Abbati huius Cœnobij & fratribus, Deo sanctoq; Emmerammo hîc famulantibus. Sint tibi tua ad Episcopatum iure pertinentia; monachorum bona maneant illis vallata sub omnium bonorum tutela. Quacunq; ergò die præuaricatus fueris in his, quæ præsens hausisti auribus tuis, procul dubio scito, siue diuinitus siue humanitus, pro malo tanti piaculi tecũ duriter ac acerbiter actitatum iri. Dein conuersus Imperator, ad Abbatem & fratres pietate solita valedicens illis, ait, Interius & exterius vos ita conseruare dignetur miserator & misericors Dominus, vt in orationibus vestris non solum possitis memores esse nostri, sed & totius populi Christiani. Quo dicto, psalmis & canticis Domino cõmendatus pijssimus Augustus, ex more præcedente sancta & CRVCIFERA IMPERIALI LANCEA, exiuit de ciuitate ista, petiturus ITALIAM, nec non aditurus potentissimam vrbem ROMANAM, quam quidam vocitare solent mundi dominam vel rerum maximam.

AMM. Vnde hoc, vt hæc terrena ciuitas, rerũ nominetur maxima? cùm amplissima ciuitas Dei, q̃ ipse per viuos & electos

1. Petr. 2. electos lapides cœpit construere ab initio mundi, iure dicatur orbis domina vel rerum maxima. Pro rei etenim huius veritate, quo non dubitet homo in sua fragilitate ex secretario suo per Salomonem sapientia clamitans, & omnipotentiam suam propalans, dicit: In omni populo primatum tenui, superborum & sublimium colla propria virtute calcaui. Oportet ergò, vt mihi videtur, quo præsens dialogus euidenti ratione, simplicitati fraternæ satisfaciat super hac quæstione. COLLECTIVVS. Putabam satisfactum esse omnibus, per illud famosissimum B. AVGVSTINI opus, quo abundantissimè disputat de ciuitate Dei, cui contraria est ciuitas diaboli, quam per superbiam erectam ipse Rex regum quotidie deijcit & minuit; & è contrario per humilitatis spiritum exaltat suam, à bonis inchoatam, & in bonis finiendam, secundum quod scriptum est: Ponet Dominus terminos eius pacem, Filijs quoq; hominum dans potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Sed quia charitatem tuam id auide video expetere, vt in hoc opusculo per paruitatem meam aliquid inde differatur, faciam & ego pro modulo meo, & si non vt volo, tamen sicut potero. Igitur à constitutione mundi, ciuitas Dei controuersiam habuit, cum ciuitate diaboli, cuius pars non minima fuit Babylon, illa quæ dicebatur gentium inclyta, in quam olim confusum est labium vniuersæ terræ, ob superbiã scilicet, plusquam altitudine centum viginti cubitorum erectam. Hanc Christus in ciuitate sua, id est, in Hierusalem, cuius participatio eius inidipsum, die pentecostes euidentissimè strauit atq; suorum humilitatem potentissimè exaltans declarauit. Illa enim die Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos veniens, & in linguis igneis visibiliter illis apparẽs, collegio centũ viginti fratrum in vno cœnaculo sub amore benigni

Psalm. 147.

Ioan. 1.

Esai. 13. Ierem. 51. Genes. 11.

Psalm. 121.

Actor. 2.

IESV

IESV congregatorũ, cum copia cœlestis benedictionis contulit adunationem linguarũ, quibus per vniuersum orbem prædicarent & testificarentur dominicum triumphum, quo diabolus victus, & catenis malitiæ suæ constrictus, per totum mundum gemit & vlulat apostatã ciuitatem, quondam per superbiam suam eleuatã, modo per humilitatem Christi discipulorum deiectam, imo totam gentem Christianam clypeo diuinæ munitionis disqueritur protectam. Hinc certissimè probabitur, quod ciuitas Dei semper crescit, & ciuitas Diaboli in æternum decrescit. Huius itaq; ciuitatis, quæ ad diabolum pertinet antiquis temporibus haud parua portio erat ROMA, per idololatriam à diabolo possessa. Quæ prius quàm Christum est confessa, & sub nomine eius martyria multa perpessa (dictu mirabile, sed reuera probabile) per eum transmutata, qui de lapidibus pō- *Matth. 3.*
tens est suscitare filios Abrahæ, sociata est cœlesti hierarchiæ: & quæ antea nimium dedita fuit idolorum culturæ, nunc tripudiat se dotatam esse Christi fide, ac multiplici veneratione Sanctorum. Verè fideles in hac ciuitate considerant, impletum esse, quod Apostolus dicit: Quia vbi a- *Roman. 5.*
bundauit iniquitas, superabundabit gratia. Ecce illa Babylon antiqua, quæ suadente superbia, quondam arbitrabatur se totius mundi principatum posse obtinere, iacet deserta, draconibus & malis bestijs referta. Hæc autem, id est ROMA, eo, quod & ipsa olim sequeretur diabolicum errorem, & omnium malorum confusionem, vt beatus Petrus testa- *1. Petr. 5.*
tur, sortita Babylonis nomen, & ob potentiam imperij tunc vocata domina mundi: Sed postea per eundem Apostolum & per successores illius humiliata, sub potētia Christi, ex ciuitate diaboli, facta est ciuitas Dei; quæ in tantum excreuit in diuino cultu, vt pro ruinis murorum & veterum fanorum, surgant quotidie innumera ædificia Ecclesiarum

Quot Romæ monasteria.

siue monasteriorũ. E quorum incredibili numero, vt audiui à quodam sene, qui se dixit nutritum fuisse in eadem ciuitate, viginti possidentur à sanctimonialibus, quadraginta à monachis, sexaginta à canonicis; exceptis his, quæ extra ciuitatem sunt, & alijs Ecclesijs siue capellis, quæ in vrbe abundant. Age iam frater, qui stomacharis contra eos, qui dicunt ROMAM rerum maximam. Attende, si potes, quæ dignitas illi acciderit, ex die, qua PETRVS extra portam ciuitatis Romanæ, vidit sibi Christum occurrere, vbi & adorauit eum, dicens: Domine, quo vadis? Et dixit Dominus, venio Romam iterum crucifigi. Locus ille quidem, vbi crucifixus est Christus in Petro, siue Petrus pro Christo, necnon vbi PAVLVS decollatus est pro capite summo, dignus est omnigena veneratione, sub illius videlicet dilectione, qui ad salutem fidelium tanta sanxit ineffabili sua miseratione. Quid mirum igitur, si illa ciuitas rerum maxima dicatur, quam ipse rerum conditor ita dignatus est visitare, vt membra sua præcipua ibi clarificare vellet glorioſissima passione.

Roma domina mundi & rerum maxima.

Ecce nos, qui vnum Martyrem beatissimum scilicet EMMERAMMVM, Deo donante, patronum habemus, pro memoria Sanctorum iocundamus & gaudemus; quanto magis illi, quos Deus, qui dies est in omnes, ditauit corporibus tot Martyrum, &, vt ita dicam, precioſissimis & clarissimis pignoribus cœlorum? Quid multa? Deo gratias, quia cecidit Babylon in ROMA. In qua sub confessione nominis Christi gente surgente nouella, super immutatione sui oppido mirata, dicit cum Psalmista: Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Hanc siquidem vrbem quasi intuentes vndiq; collectæ plurimæ gentes, assumunt verba sacræ Scripturæ & dicunt: Omnipotens Roma, glorioſa dicta

Ephes. 2.

Esai. 21.

Psalm. 76.

Psalm. 86.

dicta sunt de te, quia ciuitas Dei es facta. Per caput omnium bonorum, quod est Christus, qui regnat in æuum, sub Apostolorum prædicatione, ac Martyrum testificatione in te contracta sunt capita draconis, & est datus esca populis multis; iuxta quod Psalmographus Dominum laudans in consilio Sanctorum ait: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopum. *Psalm. 73.*

AMMONICIVS. Quia mihi sub persona concionatoris, quæstionem mouenti, luculenta ratione satisfeci sti, nunc restat, vt secũdum nomen tuum, ô COLLECTICI; quæ post hinc colligenda sint, diligenter subscribantur. Vtilitas enim legentium poscit exponi versiculum Psalmistæ quem proposuisti. Nam incredibile penè omnibus videtur, quod homines possint & debeant draconẽ comedere.

COLLECTITIVS. Mos est sacræ Scripturæ, vt per schemata, & per species varias ordinet sententias. Harum vna dicitur metaphora, id est, transformatio, per quam sermo diuinus dicit draconem edendum ab hominibus: sed hæc comestio nihil aliud intelligitur quàm consumatio & annullatio. Sicut enim cibus & esca dentibus molitur & teritur, & ita in nihilum redigitur; sic quoq; draco, id est diabolus, virtute Christi contritus, ab Ecclesijs eius potenter calcatur, siue annulatut, vt ipse Saluator ad discipulos suos in Euangelio suo ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpẽtes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. AMMONICIVS. Grates Deo, quia morigeratus es infirmitati meæ, siue necessitati fraternæ, etiam in huiusce quæstionis absolutione. Enimuerò iam tempus & ratio exigit, vt his in congruo loco dimissis, redeas ad historiam RAMVOLDI, venerandi Abbatis acamantissimi patris. *Comestio draconis qualis.* *Lucæ 10.*

COL. Post quinquenniũ quoq; impialis exit⁹ de ciuitate

HIATOSPOLITANA, cuius nos incolæ sumus, languore diuturno B. Abbas Ramuoldus, viribus corporis cœpit destitui, spiritaliter gaudens interiorem hominem per hanc infirmitatem institui, secundum Apostolum videlicet dicentem: Quando infirmor, tunc fortior sum & potens. Hac quidem carnis infirmitate perductus est ad nouissimã præsentis vitæ lucem. Qua die venerabilis heros erigens se de lectulo, quem iam per continuos quatuordecim dies præ valetudine non poterat deserere, tunica sancti propositi amictus, & per spiritalem medicinam, aliquantisper de febre releuatus, orario accepto, & agmine fratrum collecto, resedit in medio, ac potẽti sermone vsus est, in hunc modũ: Deus pater magna dilectione atq; magno consilio, misit vnigenitum suum, ad saluificandum genus humanum. Vnde & per Prophetam, magni consilij angelus est prænominatus. Qui cum per diuinam potentiam, nos posset eripere de potestate diaboli, noluit ea per nudũ vti ad redemptionem generis humani, ob iustitiam scilicet, sanctæ trinitati maximè propriam, sed ineffabili sua misericordia hominem, quem cum anima suscepit incarnatus de Virgine, obtulit patri, suspensus in cruce, Deo reconcilians mundum, per sacrosanctum sanguinẽ suum, hunc etiam in forma humilitatis opponens hosti antiquo, quẽ ille se iactabat superasse, nequissimo superbiæ homicidio. Christ⁹ etenim in ligno crucis, vsq; ad mortem factus est obediens voluntati Patris: cuius pretiosissima obedientia, medicata est primi hominis vulnifica inobedientia. Hanc virtutem, fratres, obedientiam, qua Christus patrauit humanæ redemptionis elegantem continentiam, summa deuotione diligite, sectamini, amate. Sanctam Trinitatem, quæ nos condidit ad imaginem & similitudinem suam, intellectu, memoria, & voluntate, diligentissima timoris & amoris veneratione

2. Cor. 12.

Esai. 9.

ratione laudate. Æmulamini igitur mente deuota, secundum Apostolum maiora charismata, & illud Salomonicum corde tenus ruminate: Deum time, & mandata eius obser- Eccl. 12.
ua: hoc est omnis homo. En ego ætate decrepitus, in fide quoque catholicus, & vt verum fatear, in virtute, quæ huic fidei suppeditare debet, permodicus, die vocationis instante, viam ingredior vniuersæ carnis, sperans me venturum ad gaudia patriæ cœlestis, per eum, qui est liberator mirabilis, in miserationibus suis multis. Vos autẽ in Christo viscera mea hunc patrem diligite, cuius paternitas in numero filiorum Dei cum corporibus collocare potest animas vestras. Et hoc vobis futurorum signum, quam prolatum per me indignũ, quia in loco isto multa passuri estis aduersa post discessum meum, quibus in tantum exacerbabimini, vt etiã loco cedere compellami ni Verum tantæ tempestatis commotio, cito sedabitur diuino solatio. Vnde consilium do, vt vnusq; sq; vestrũ festinet huc reuerti in professionis locum, vbi *desiduo audiat vel exerceat harmoniam *alia literâ
spiritualium vocum. De cætero verò in hoc nunc conclusionem fraternæ admonitionis finem facio, quo ita calliditatem serpentis, quæ minor est inter virtutes habere studeatis. Ne auream humilitatem columbinæ simplicitatis, quæ maior est, per incautelam amittatis. Sed omnimodis hoc assumatis, quod Christus in Euangelio suo discipulis præcepit dicens: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Tum summa humilitate inter Abbatem & fratres, alterna facta CONFESSIONE nec non è cœlis petita seu imprecata perneccessaria peccatorum indulgentia, intimis quasi cœlum tangens suspirijs, venerabilis heros, primum summo Pastori commendat gregem sibi cõmissum, dein fratribus, iam præ lachrymis ac singultibus vix fari valentibus, valedicens ait, Abite fratres charissimi, & præparate vos ad celebrandum diuinum Matth. 10.

officium, atq; ſumma feſtinantia concurrite ad complendum ex more ordinem ſacrum; & hoc vltimum ſenis memoriale pro benedictione habetote: In nomine Domini, ſalus omnium noſtri. Cumq; omnes communiter dicerent, Amen, atq; exirent mœſti, à ſancto * *Spiritu verè* paraclyto quæſituri ſolamen, vir Dei perſpiritum præſentiens animam de corpore celeriter diſſolui; iuſſit ſe ab his, qui aderant in oratorium cellæ ſuæ proximum portari, & inter duo altaria deponi; conuerſus quidem caput ad aram ſancti patris BENEDICTI, pedes verò ad altare ſancti KILIANI Martyris Chriſti. In cuius nomine vtpote in omnium ſalutis omine, ſpem ſuam ponēs firmiſſimè, præcepit ibi Miſſas celebrari, & dominicæ Paſſionis memoriam intentiſſimè agi. Qua peracta cùm ventum eſſet ad cōmunionem, ipſe vir Dei vt accepit corporis & ſanguinis dominici *Eu*chariſtiam, mox ad æternam patriam, ex ergaſtulo carnis emiſit animam, ita in agone nouiſſimo manus extentas iuxta caput tenēs, vt ante in oratione facere ſolebat. *T*une religioſi ſeniores, GOTAHARDVS ſcilicet Abbas monaſterij ALTAHENSIS atq; ADALPERTVS pater Cœnobij SEVVENSIS, cum fratribus cæteris accurrentes, Deoq; hymnos ac laudes deuota mēte ſoluentes, ſpiritū pij patris cum orationibus commendare ſatagebant omnipotentis gratiæ miſerationibus. Quibus ritè officioſèq; finitis, hi, quorum corda præ cæteris viſitare dignata eſt inſpiratio diuina, vocem cum fide attollentes dixerunt: Domine vti ſperamus, iſte tuus homo haud nequiquam in præſenti ſæculo conſummauit tot annos vitæ ſuæ conceſſos, quem hodie centenarium per vocationem tuam magis miramur quam dolemus de medio exemptum.

alia litera.

S. Ramuoldus obiit centenarius.

Certè lex numerorum calculatoriæ artis monet peritum, quo per tricenarium numerum in ſiniſtra manu proponat

ponat legitimæ licitum iugalitatis oſculum. Dein ſuggerit, vt eadem in læua per ſexagenarium aſſumat claram viduitatis preſſuram. Tertio exigit quatenus centenarij concluſionem ſiue perfectionem quærens, tranſeat in dexteram,& ibi pingat coronam, quæ ſignificat inæſtimabilem virginitatis gloriam, ac lauream regni cœleſtis æternam. Huius quoq; numeri nequaquam dignus eſt ſublimitate, qui confoditur Salomonicæ inuectionis diligentet examinanda ſubtilitate, quæ ſtultum ſic denotat, dicens: Maledictus puer centum annorum. Quod omnimodis cauens hic tuus dilectus. *Eſai. 65.* Cuius corpuſculum iam defunctum circumſtantes funerijs obſequijs procuramus, omnibus diebus vitæ ſuæ in illorum numero geſtiebat inueniri, quos conſignat ille * *inſignis* tui verſus Pſalmographi: Cum ſancto ſanctus eris,& cum electo electus eris. Vnde ſicuti credunt tui fideles,à te, qui diues es in omnes,pro centenaria perfectione,iam donatus eſt apud te cœleſti benedictione. Libet ergo noſmet ſeruulos tuos oppetitione recenti huius noſtri ſenioris dilecti luctuosè conſternatos,in tui ſancti nominis confeſſione pariter & conſolatione, ob infirmitatem videlicet humanæ fragilitatis releuandam aliquantulum requieſcere, & nihilominus in feruore laudis almæ Trinitatis hominem exteriorem cum interiore huiuſmodi verbis exercitamento placet concaleſcere, Gloria tibi Trinitas,æqualis vna Deitas,& ante omnia ſæcula,& nunc & in perpetuum. *alia litera Pſalm. 17.*

Amm. Amen. Ecce conſtat manifeſtè virum Dei exemplo maiorum vitam virtutibus refertam in hoc ſæculo duxiſſe,quẽ tàm veneranter contigit inter mortales * coicũ exuiſſe. Hinc etiã conijciendũ æſtimo,quia is, q̃ gloriolam ſæculi hic viuendo in quantũ potuit declinare curauit, moriendo ſeu hominem exuendo, illud ſemper manentis gloriæ χοϊκὸν. *1. Cor. 15.*

1. Cor. 2. gloriæ introiuit gaudium ineffabile, quod secundum Apostolum: Nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit Dominus his, qui diligunt illum. Cui maximæ consolationis euidenti testimonio, concordat Dauid fidelis dicens Domino: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Et post pauca: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Vnde & tu, ô Collectiti, protectus à contradictione linguarum in tabernaculo Domini, perge viam regiam, vt cœpisti, perscripturus clarissimam vitam hominis Dei. COLLECTITIVS. Placet fateor, ô Ammonici, quia me post mortem hominis Dei vitam illius præscribere adhortaris. Hoc enim firmiter tenet lex, pariter & spes fidei Christianæ, quod sancti scilicet electi, cum carnaliter mortui fuerint mundo, verè ac spiritualiter incipiant viuere Deo. Vnde & ad eorum mortua ossa crebrescunt miracula, nec non innumera mortalibus per ipsorum pias intercessiones præstantur beneficia. Horum quoq; commoda, quàm luculenter ad tumbam istius Confessoris, de quo nobis est sermo, è cœlis ministrata sint, post pauca breuiter edicam, quo minus protelem charitatem fraternam, ad hæc & ad alia percipienda non modicè auidam. Enimuero fama euolitante virum Dei oppetijsse, ex industria credentum apud Deum illum vixisse, in id rata ministratio rerum processit, vt sub festinatione, ad exequias tanti patris, concurreretur à multis, cum summa deuotione cordis. Inter quos erat HENRICVS hypatos tunc forte principatum tenens super populos Noricos * & *Karinthios*, post paucos vero annos rex futurus non solum Germaniæ siue Galliæ, sed etiam Imperator totius Italiæ, atq; Augustus Cæsar ciuitatis Romanæ. Is assumpto secum Gebehardo Episcopo, qui antea sancto viro ex parte contrarius fuit, sed tum

Psalm. 30.

Henricus Dux Boiorum.

* alia litera.

tum teſte lachrymarum fonte, immutatus mente aduenit, ſeruo Dei in ſepultura humiliter obſequendo ſe ſeruũ præbuit ſummo humili Dominorum Domino. Nam in vnum congregatis, & ad funus pij Abbatis officiosè concinentibus penè omnibus, Ratiſbonæ Deo ſeruientibus, ipſe princeps proprijs humeris non erubuit feretrum portare, nec non accuratius ſepulturam parare. Demum introiuit foſſam ſepulchri, & ipſe clauſit arcam, quæ iam ſuſcepit corpus viri Dei, ac ſibi clauiculam eiuſdem arcæ pro pignore chariſſimo elegit, & nihilominus poſtea in faſcibus conſtitutus regni, eandem ſemper ſecum velut inſigne triumphi reſeruauit ſiue retinuit. AMM. Haud abſq; admiratione ſciſcitari potero, vtrũ hæc ex præcepto & volũtate viri Dei facta ſint, an caſu ita contigerunt. Nam raro factum audiui, vt quis ſepulturæ traditus in arca clauderetur ſeris munita. COLLECTITIVS. Non eſt mirum, ſi homo ſimplex, ſuper huiuſcemodi reculis miretur; cum Dauid Rex & Propheta cui ſapientiæ occulta ſunt diuinitus manifeſtata, ſuper virtute ſacramentorum cœleſtium miraretur dicens: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſrael, ipſe dabit virtutem, *Pſalm. 67.* Cuius perualidæ ſummo donante particeps factus beatus pater Ramuoldus in firmitudine fidei catholicæ, ſciens petram Chriſtum, mundum ſaluaſſe per lignum, ſarcofago lapideo iuſſit * *arcellare vel ſepulchrale* ſcrinium immitti ligneum ob memoriam quippe paſſionis dominicæ corio rubicundo veſtitum; quod poſt defuncti condendum ſuſciperet corpuſculum, ea videlicet ſpe, vt quem ipſe, dum **in præſenti* vixerat, de eodem ſcrinio in pauperũ grege quotidie ſolebat paſcere atq; veſtire, non dedignatetur ſe in numero electorum omnipotenti ſua miſericordia reſuſcitare, & in ſinu æternæ beatitudinis collocare. His ergo pauculis verbis, ô Ammonici, ſi minimè ſatisfactum eſſe

* *alia litera in m. ſ.*

* *alia litera in m. ſ.*

Iob 5.

arbitraris, tuæ admirationi simul & scisitationi, recurre quæso ad id, quod scriptura dicit: Nihil in terris fit sine causa. Quod in Sanctorum gestis, potissimum debet notari, & verissimè potest probari. Nam quod beatissimus Abbas RAMVOLDVS ad tempus compulsus est RATISBONENSE Cœnobium deserere, ac TREVERENSE repetere, causa extitit ciuile bellum, quod erat inter HENRICVM Ducem & PERCHTOLFVM marchicomitem, atq; inter cæteros optimates Principis OTTONIS * *tum ciuitatem Ratisbonensem obsidentis.* Quo sedato & quasi innuente beato Emmerammo, *per loci sui prouisorem repedatum iri*, seniorvenerandus à TREVERICA ciuitate HIATOSPOLIM est reuersus; inde secum transferens multas Sanctorum RELIQVIAS. Harum quoq; salutaris allatio extitit causa cryptæ apud sanctum Emmerammum ædificatæ. Cuius ædificatio per virum Dei satis artificiosè ordinata, trifariam nec non quadrifariam speciem intuentibus exhibet. Et quia huius operis auctor sanctam dilexerit Trinitatem, atque quatuor Euangeliorum firmiter tenuerit fidē, quasi quodam testimonio credibile perhibet. Columnæ verò, quæ eandem crypticam Ecclesiam sustentant, dualitate sua geminam dilectionem, Dei scilicet & proximi, pulcherrimè compingunt. Quinq; autem altaria, in quibus totidem pyxides collocatæ cum reliquijs, quas prænominatus heros, de LOTHARINGIA transtulit, quinq; librorum Moysi, principalem obseruantiam, in memoria monent teneri, & in quinq; sensibus corporis hortantur quinariam prudentiam semper haberi. Sextum quidem altare, quod dicitur ad pedes, senarij perfectione denunciat omnia concludi. In hac ergò tam typifera Basilica, à beato VVOLFGANGO in honore sanctæ & indiuiduæ Trinitatis & omnium sanctorum dedicata, Venerabilimus pater RA-

Henricus Dux Perchtholfus Marhicomes.
* *alia littera in m.s.*
alia litera.

MVOL-

MVOLDVS, in sepulchro, quod sibi ante quindecim annos, iam parauerat, in australi latere eiusdem cryptæ, secus altare B. GREGORII Papæ est depositus, atq; magnificè sepultus, astante pariter & psallente clericorum ordine, & nihilominus concinente monachorum grege, nec non virginum siue sanctimonialium trina concione, animam tanti patris summo patri commendante. Post hæc, ô Ammonici, ad temperandum miraculum clausuri vel clauiculæ tanto à principe ob humilitatem arreptæ, seu ob religionem abreptæ, satisfactionalem vnum sacræ Scripturæ versiculum, charitati tuæ, meapte placet subnectere. Sic enim dicit Dominus, ad quendam electum suum: In illo die susci- *Aggæi 2.*
piam te seruum meum: & ponam te sicut signaculum in conspectu meo, quoniam elegi te. AMMONICIVS. Pigmenta cum teruntur in meliorem vsum conuertuntur, ita & tu cum per quęstionem prouocatus fueris, in dictando & in scribendo, tibi & proximo vtilior eris. Ecce dum paruam conatus es absoluere quæstiunculam, non solum grandem promouisti sententiam, sed etiam agilitate diuinitus concessa, adeo eam fecisti festiuam, vt lapides quodammodo cogeres esse loquaces. Proinde quod nunc restat, erit strenuè agendum, pedibusq; charitatis *hoc iter* tuapte incedendum, id est, vt miraculum, quod perduxisti ad propheticum signaculum, sequantur miracula & signa, quibus *post mortem* probetur hominis Dei vita. COLL. Paratus sum, Domino concedente, secundum petitionẽ tuam facere, quandoquidem & ipsum me scio tibi antea spopondisse. *alia litera. alia litera.*

Quidam homo venit ad sanctum Emmerãmum petiturus suffragia Sanctorum. Is quia erat dæmone possessus, coram oĩbus nimium est fatigatus. Tunc fratres qualẽ patrem nouiter sepelissent recordãtes, fecerunt hominẽ duci imo trahi in cryptã viri Dei corpore dotatã, vbi diu volutat⁹

alia litera. & à possessore *plusquam male discerptus* cœpit *stridere & cum fremitu* clamare, nec non cum conuicijs, *maledicendo* perstrepere dicens: Væ tibi RANTOLT, quia domino meo multa mala fecisti, & per te sui iuris multum perdidit. Ob hoc etiam die noctuq; laborasti, vt illi iniuriam faceres, & Deo tuo quoscunque posses colligeres. Ach super hæc omnia modo me incendis, & magnã vim ingeris. Cumq; sub huiuscemodi angoribus dæmon caput miseri hominis pauimento tam valide imprimeret, vt eum penè mortem obire compelleret, accurrentes qui aderant, leuauerunt eum, & traxerunt ad tumbam confessoris Christi. Ibi quoq;, vt illum viribus diaboli periculosè renitentem vix compulerunt caput inclinare, ac super sepulchrum ponere, gratia Dei liberatus est. Quo signo lætificati, qui per compassionem prius erant mœstificati, gratias redemptori retulerunt magnificas, non tantũ per hoc, quia homo à potestate diaboli est ereptus, quantum pro eo, quod per præsens magnale reuelatum est, cuius meriti sit pater, qui inibi nuper sepultus fuerit.

More solito peregrinis & ciuibus ad festiuitatem sancti Emmerammi vndiq; confluentibus inter cæteros, qui accurrerant, muliercula quædam, oculorum priuata lumine, aduenit, quę tempore nocturno felicem cryptam intrauit, & ad sepulchrum Confessoris Christi RAMVOLDI adorauit, ac preces cum lachrymis fudit. Tunc omnipotens Dominus volens famulum suum clarificare inter mortales per ineffabile numen, illi, quæ cæca fuerat, reddidit lumen. Mulier autem surgens vocauit maritum suum in aurem illi dicens, Domine, Deo gratias; quia visum recepi. Quo non credente; & illa è contrario certa signa monstrante, infit, Silentio factum opprimere debes; quia clanculum tibi & mihi agendum, vt ante lucem egrediamur de ciuitate,

Cleri-

Clericus enim sum, & ideo erubesco in tanta multitudine tecum consistere. Cumq; tenebrarũ consilio consentiens fœmina recenter illuminata, cum clerico sine cautela repedaret ad propria, extemplo per incommodum, sibi valde aliena est cæcitate percussa. AMM. Hæc res in memoriam perducit, quod decem leprosis à Domino mundatis, nec non decimo ad gratificandum reuerso, ipse in Euangelio dicit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena? Cui mox Euangelista subiungit: Et is erat Samaritanus. Inde liquido patet, quoniam qui animam suam custodit, ac iniquitatem odit Samaritanici vocabuli, non erit expers & officij. Ergò tu, ô Collectici, quia post tristitiam induxisti lætitiam, & huic denuo subiunxisti mœstitiam, competens est, quo si Dominus tam graui infortunio aliquod remediũ in id temporis contulerit, charitas tua iure dialogi, otius explanet. COLL. Redemptoris nostri gratia, remediorum nescit carere copia. In cuius plenitudine confisa, mulier prædicta, sub spe luminis percipiendi iterum Ratisbonam deuenit: & accedens ad locũ sepulchri, vbi antea magna sensit beneficia, per CONFESSIONEM primum se coram sacerdotibus expiauit, & quid illi acciderit, manifestè retulit, dein solotenus prostrata, & nihilominus mente humiliata, nec non precibus Deo dilecti Confessoris celeriter adiuta, per fontem omnium bonorum recipere meruit, malè perditum lumen oculorum. Tunc gratias ingentes Deo retulerunt, tàm ipsa quàm & cæteri, qui hæc audierant, & viderant, sicq; proprios lares vnusquisq; cum gaudio reuisit, portans secum triplex miraculum, quo sancta Trinitas dignata est declarare pium Abbatem Ramuoldum, suum fuisse fidelissimum famulum, vtpote, qui se verum dilexerit Dominum. *Luce 17.*

Alio quoq; tempore fama miraculorum citatæ venerunt duæ fœminæ ad sanctum Emmerammum ambæ diabolica vexatione permiseræ, quarum emundationem seu liberationem diuina pietate à Sanctorũ charitate, veneranda patri Ramuoldo cõcessam fuisse, in hoc claruit euidentissimè, quod eædem mulierculæ, *prius ad memorias aliorum Sanctorum adductæ nec redemptæ, postea verò non vno eodemq; sed* alia litera. diuerso tempore famosam cryptam ingressæ, & ad sepulchrũ beati viri exorcizatæ per vnum eundemq; dominum à pessimo inuasore sunt misericorditer liberatæ. Huius rei testimonium perhibere solent fratres congregationis nostræ fideles, qui tunc forte aderant, & quod est mirabile dictu, viderant spiritum immundum de vna fœmina exisse per nebulosam fœditatem, de alia verò per scarabæi tetram deformitatem. Quid plura? nostrapte quippe * *ore* v. alia litera in m. f. dicendum, *imo corde firmissimè tenendum*, Deo gratias. Quia his & talibus indicijs, per clara electorum merita, à suis benedicitur Dominus, & vti dignum est à non suis confunditur ac repellitur diabolus, attestante Scriptura, *& dicente:* 2. Tim. 2. Nouit Dominus, qui sunt illius.

Tempore quodam cum à christicolis hominibus, non solum de ipsa Ratisbonensium ciuitate, sed ex eiusdem suburbanis locis concurreretur ad Ecclesiam sancti Emmerammi Martyris; in cæteris, qui conuenerant, mulier quædam accessit, cum pignore miraculi recentis. Adhæsit enim illius manui fusus, filorum tortione confertus. Quem cũ nullatenus è vola diuellere, nec vllo modo tam grande malum à se quiret repellere, anxia demum uenit ad sepulchrum venerabillimi patris Ramuoldi. Vbi cum adoraret atque cum lachrymis preces funderet, sub spe salutis manum tremulam, vt primum posuit super beati viri tumbam, mox per potentiam dominicæ manus, homo suam

inde

inde leuauit sanus. Tunc qui fortuitu huic facto intererant, nec nō æditui, qui accurrerant, gratias agentes Deo & beato viro, suspenderunt eundem fusum posteris ad magnale ostendendum in coronula, quæ super idem sepulchrū pendebat, argentea. Hoc signum ipsi nos vidimus, & manibus nostris palpauimus, & scimus, quia verum est nostrum hac in parte testimonium; ac non ignoramus, quia per hoc recens miraculum, sicut & per cætera sanationum beneficia, cunctipotens Dominus mirificare voluit Sanctum suum.

AMMO. Placet, fateor charitatis tuæ tela quam cum sententiarum stamine & nihilominus signorum subtemine, de Sanctorum vita non solum vere, sed etiam lepide cōtexuisti. Huic iam cōuenit quo per licia grāmaticæ innectas res varias. Vndiq; rationabiliter collectas, ad vtilitatem scilicet legentium aptas. Sic enim agilitas ingenij & exercitium studij, immo summa varietatis huiusce texturæ, vt mihi videtur releuare siue minuere valet multiplices causas tuæ curæ. Adhæc quoq; fraternitatem tuam admoneo, vt in augendo præsens opusculum, edisseras ordinē Abbatum illud videlicet enucleans, qui & quot patres prę fuerint huic *alia littera.* *sanctissimi patroni nostri* Cœnobio, in quo summo famulamen debetur Domino.

COLLECTITIVS. Primū te scire volo, ô Ammonici, quia sanitatis beneficia, quę paulo ante prænotaui, ad sepulchrū beati Ramuoldi Christi Confessoris expertus sum in absumptione propriæ infirmitatis. Nam cum puer essem & in loco requietionis beati viri perplures sanitati redditos audissem, febre nimium affectus, & ob huius releuationem in pauimento proiectus. Persuasus consilio cuiusdam sacerdotis, qui eiusdem pij patris, dum vixerat, extitit familiaris, tentaui me ibidem somno dare.

Cumq; aliquantisper soporatus fuissem, per somnum vidi

vidi patrem Reuerendũ, habitu monastico indutum, quasi sedere à dextris altaris beati Emmerammi Martyris. Cuius venerandam canitiem intuitus, mirabar super pulchritudine vultus eius, nec non super candore cæterorum membrorum illius. Qua visione *valde* lætificatus, qui antea fui fatigatus, surrexi sanus, Deo gratias referens, quia sensi leuamen salutiferæ manus. AMMONICIVS. Merito pueritia tua, ô Collectici diuinitus consolata, in memoria beneficiũ tenacius reseruauit repositum, ob id quoq; , vt iuuenis haberes, vnde tanto patri grates rependeres, eius atqui gesta nunc deuote scriptitando, qui te nunc *adiuuit*, & adhuc sedulo adiuuat orando. De cætero rerum exigit ordo, qua patrum postulatam successionem, post hinc describere velis per ratam, vt oportet verborum successionem.

COLLECTITIVS. Per charitatem paratus sum proximi voluntatem seu dilectionẽ sequi, quæ omni homini Christiano, si recto tramite incedit, æternam felicitatem paritura erit. Quod Apostolus confirmat dicens: Dilectio proximi malum nõ operatur, plenitudo ergò legis est dilectio. Igitur post Reuerendum patrem RAMVOLDVM, magnæ scilicet memorię virum, regimen huius monasterij suscepit Abbas VVOLFRAMMVS, & ipse in mansuetudine cæterisq; virtutibus Dei seruus. Hic habuit successorem ex collegio fratrum Abbatem electum nomine RIHBOLDVM. Huic successit dominus HARTVVICVS magnæ virtutis amicus, qui sponte deferens præsulatum Cœnobij, reliquit Abbatiam domino BVRCHARDO regendam. Quo defuncto diuina, vti speramus, prouidentia necessitatibus nostris destinauit, virum venerabilem pariter & amabilem dominum videlicet VDALRICVM, prius in canonica vita plurigena probitate decoratum, nunc autẽ regulariter & monasticæ huic congregationi prælatum. Beatus ergò RAMVOLDVS, qui

1. Cor. 13. Roman. 13.

Abbates S. Emmerammi. VVolframus.

Rihboldus. Hartvvicus.

Burchardus.

Vdalricus.

Ramuoldi notatio nominũ.

qui desiderium suum, quod habuit in Dominum optimè prodidit vocabulo *arietis volentis, id est, Christũ desiderantis; primus prouisor huius loci secundum regulam exstens. Hunc qui modo nobiscum regimen cœnobij ministrat à se numero sextum, merito demonstrat secundum. Sub quo nobis optamus, vt liceat senarium Sacramentum diu celebrare, nec non diuina confessione, cætera studia pietatis opere & verbo exercere. AMMONICIVS. Dictatum tuum, quem feciſti paulatim scribendo vsq; huc repere, post hinc necesse est, vt facias currere: ea videlicet ratione, quo aliquid tempestiuè colligas vel conscribas, quod in festiuitate S. Emmerammi, quæ iam faciem præparans quodammodo suis arridet, nouum offeras, vtpote tuo speciali patrono, immo communi omnium quærentium Dominum fautori.

*al. arietem.

COLL. Noui me ad id valde indignum, vt mihi peccatori vendicem tanti patroni specialitatem. Proinde humiliatus opto, vt paruitati meæ saltem concedatur per preces illius, quatenus cum cæteris fidelibus, amplecti valeam communionem beatam. Sub huius ergò rei affectione aggrediar, quæ sequuntur cudere. Per annualẽ atqui cursum, redeunte eiusdem patroni nostri sæpè nominati sæpiusq; nominandi natalitio die, ob solita beneficia, conuenerat illuc turba non modica. Cumq; ibi per diuina officia Deo & Sanctis oblata essent laudum sacrificia, ac non absq; signis & miraculis ritè peracta forent solennia, vnusquisq; cum gaudio remeauit ad propria. Tum contigit quendam pauperem, qui cum alijs ad tanta gaudia ire decreuit, nec peruenire potuit, vix tandem in die septima ad cupitum locum à suis perduci posse; Erat enim paralyticus, *&, vt ita dicam, plus quam claudus*, ob hoc itaq; in carruca cum, *quamuis* laboriose aduectabant, *vtpote* de loco longinquo. Is in prima

alia litera

hora octaua diei, nutibus & signis quibus potuit, se ab amicis suis in Ecclesiam S. Emmerammi deduci rogauit. Qui cum suorum manibus & brachijs sustentatus in occidentali parte consisteret felicis Basilicæ, secus columnam scilicet quæ consecratam in petra solet habere aquam, conuersus ad orientem, paululum inclinato capite sine verbis orauit, quia loqui non potuit. Ecce vidit è regione beatissimi martyris aram quasi igneam & magno lumine circumdatam, & de ea ueluti solis radios mitti conspexit in faciem suam. Tunc ob insolitam visionem perterritus atque tremefactus, nimioque sudore humefactus, demum conualescens, cœpit fari sic dicens: Deo gratias: quàm magnam rem video? Vere dominus est in loco isto, qui per preces sui dilecti testis, optima hic confert medicamina siue solamina ægrotis & mœstis. His visis & auditis, de tota Ecclesia concurritur, & à populo *miraculum idem* spectante, ac *simul* admirante, Kyrieeleison cantatur. Cuius clamor cum vix auribus posset sufferri, Primamque nos interim cantantes oppido deterreret. Idem homo cateruatim ab his qui tunc forte ob nouitatem rei confluxerant stipatus, chorum est introductus. Cumque ab eo ante altare S. Emmerammi aliquandiu oratum esset, indeque completa oratione, cœtui fratrum *accedentium* assurrexisset, iussus est à Priore, in gradibus sedere causamque suam coràm recitare. Qui mox obediens, & quid passus sit in infantia, breuiter expediens, indicauit se ab octo annis vsque in illum diem paralysi esse solutum, officioque manuum destitutum, nec non pedum se questus est, penitus caruisse incessu. Tunc petito pariter & præstito baculo, quia propter nutantem gressum opus erat alieno sustentaculo, crucifixi ob amorem & spem redemptoris, pro quo effusus est martyrum sanguis, accepit

alia litera.

alia litera.

CRV-

CRVCEM, per quam credimus & scimus, humano generi datam fidei lucem, sicque præuius multitudinis dux perrexit ad sanctum PETRVM, se cum nouella sanitate præsentans Episcopali sedi, vt & plures contingeret interesse gaudio communi, & ipse implere videretur, quod dominus in Euangelio dicit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Ibi à MATRICVLARIBVS consilio accepto, ne cum nouem *Luc. 17.* ingratus existeret, sed regressus illuc, vbi salutis dona suscepit, cũ decimo id est samaritano magnas gratias ageret, tota pene ciuitate comitatus ad S. Emmerammum est reuersus. Illa nimirum die per plateas, imo per omnia Ratisponensium vrbis loca, Kyrieeleison sonabat. Christeeleison resultabat. Deo gratias, grata vicissitudine, interdum ab his, interdum ab illis dicebatur, atque in hunc modum iter fidei ab omnibus terrebatur. In Ecclesia vero tanta exultatio fuit Deum laudantium & octo annos cum totidem beatitudinibus octauæ diei comparantium, vt per CONFESSIONIS & compunctionis valde necessarium * *fidelibus* bonum, ea die diabolus *multipliciter confusus* ingemiscere sibi *male* factum, *nec non ob martyris interuentum* queri grande cogeretur detrimentum. Quid plura? Pro beneficijs solennis visitationis, à clero, monachorum-ue choro, & nihilominus ab sexus vtriusq; populo, trifarijs votis, almæ Trinitati persolutis, tandem cum benedictione licentia data est cunctis abeundi, nec non cũ tripudio triplicis miraculi domũ redeundi. AMMO. Hoc trifidum quod *alia litera.* in vno homine declaratum scripsisti miraculum, in nomine sanctæ Trinitatis, tuapte quasi quædam saluratio est imminentis festiuitatis: nam ipsa solennitas beatissimi patroni nostri Emmerammi martyris videlicet Christi trifaria est. Præcedit enim eam beati MATTHÆI Apostoli & Euangelistę passionarius dies natalis & *eum clarissimæ virginis memoria* *alia litera.* *Teclæ* subsecutura est percelebris dedicatio huius ecclesiæ

purpureis ossibus eiusdem testis feliciter dotatæ, illa mediastina festiuitate nostratibus quoq; præcipua, medietatem suam *inter præcedentem & subsequentem*, quasi quandam regalitatem potenter tenente. Vnde non est mirum quod tuopusculum tuum, quocunq; per varietatem sententiarum vagatum fuerit, ad laudem sanctæ Trinitatis reflectere conaris. Nunc ergò, quia vno eodemq; trino signo miraculum proposuisti de S. Emmerammo, consequens est, vt aliquid assumas, quod numeralitate fœcundatũ exigat quiddam tertiandum, quo more tuo perducas conclusionem ad sanctæ Trinitatis honorem.

alia litera.

Collectivs. Quandoquidem homo habet Trinitatem in semetipso, necesse est, vt creatura subdita sit creatori, cuius nihil præponendum est amori. Cuius taxationem cum omnes homines simul in vnum vota conferentes amatori præcipuo haud sufficiant rependere, quanto minus ego misellus, qui huc vsq; nil dignum egerim ordine meo. Quamobrem intime cordetenusue mecum perpendens, quantum periculi gignat & ferat negligentia eius, quæ in me est Trinitatis, id est intellectus, memoriæ, ac voluntatis, vix tandem gratia *malorum* remedij pigritiæ meæ imperaui, vt quod olim puerulis curiositas de vtilibus rebus collegerat, nunc iuuenilis verbositas simpliciter promat. Sicq; qui operibus nequeo, saltem & dictis videar deseruire honori omnipotentis ac Vnicæ Trinitatis. Hac quoq; intentione quod scripturus sum assumam, secundum admonitionem tuam.

alia litera.

Cum inter cætera flagella, quibus gratia Dei omnipotentis dignata est visitare homines huius nostræ natiuæ prouinciæ, quodam tempore multum laborarent oculorum dolore, ab omnibus demum plaga tandem cessante, adeo me subito inuasit, vt sinistrum oculum mediocriter dolens

dolens, per nimium tumorem dextri officio penitus carerem. Pestis enim grauissima eum ita occupauit, quo quasi pugnus illi videretur esse oppositus. Cuius rei gratia cum nocte ad Ecclesiam venirem, & iuxta confessionem beati Emmerammi secretius orarem, breuiata oratione surrexi; & quia captus dolore oppido fui grauatus, sedebam inibi in angulo mœstus. Tunc cœpi intra me super hoc, quod mihi accidit cogitationes varias voluere, vnde & *humiliato corde* compellebar dicere, Domine si vis potes me saluare & per preces patroni mei, tui scilicet dilecti Martyris: & hoc malũ grande, facile quis propellere. Sed noui me minus idoneum, in quo ostendas miserabile opus miserationum tuarum. Tu summi patris sapientia nostri, quia iam per plures annos insidet animo meo, quandoq; mirabilia tua scribere, ac omnipotentiam tuam in his laudare, & nihilominus electorum tuorum dicta & facta, per literas memoriæ posteris tradere. Si benignitati tuæ in hac re placet, quod volui, & adhuc volo, gratias ago: sin me mauis cæcitate castigare, sum paratus, vtpote tibi debitor per omnia, quod iudicium tuum ingerit patienter sustinere. His in occulto sic cogitatis atque dictis, facturus quod humilitati meæ fides Christi per intimam inspirationem agendum insinuauit, summitatem pollicis, parum per humectaui saliua, nec non vbi ampliorem sensi dolorem, ter signum salutis impressi; interim corde ruminans ac nihilominus ore pronuncians illud Euangelicum: Lutum fecit ex sputo Dominus, & liniuit oculos meos: & abij & laui, & vidi, & credidi Deo. Eodem momento in me tam subitanea facta est mutatio dextræ excelsi. Quo sub incredibili celeritate fugatis doloribus de capite, imo de toto corpore ablata pernoxia peste, ipse mecum super hoc facto diligentissime tractans, satis mirari minimè possem, quis fuerim, quis essem.

alia litera. Matth. 8.

Ioann. 9.

Tum quasi quadam curiositate mihimetipsi super repentino miraculo cupiens satisfacere, vtraq; manu palpaui locum periculi; in quo nec saltem vestigium doloris siue tumoris reperisse me gauisus sum. Proinde surgens, properabam illuc vbi antea orabam, ibique gratias egi Deo & sancto Emmerammo. Cum accedens ad candelam legere tentarẽ in libro pro vetustate penè obsoleto, probaui me puriorem visum recepisse, quam prius habuerim.

Nunc quidem ne huic tantæ solennitati, quæ lætitiæ nectar examussim propinat fraternæ vtilitati, nostrapte quid videatur deesse, subsequentis relatione miraculi plenum sic instruendum conuiuium est, vt expletiua conclusio tertiatione fideliter ministret sua, quod sancta Trinitas operata est in illa. Fuit quidam clericus nobili prosapia ortus, qui tempore quodam necessitate poscente, imo charitate iubente, hospitalitatis gratia receptus est in mansionem *quandam*, cœnobio S. Emmerammi contiguam. Vbi cum cœpisset infirmari post paucos dies nimietate valetudinis ad id est perductus, quo penitus desperaretur vita illius. Tum noctis medio quasi de graui euigilans somno dixit: O vtinam aliquis mihi deferat aquam ad refocillandam animam meam de fonte S. Emmerammi, qui est in claustro fratrum Deo, sibique seruientum. Quod vnus astantium, sibique *in id temporis* famulantium celeriter perficere volens, cucurrit ad Ecclesiam, & vt in talibus rebus fieri solet improbiter pulsauit ianuam. Qui mox à custodibus intromissus, & quia familiaris erat, ad fontem emissus, absque dilatione hausit aquam; ad eum à quo missus est certissimè reportans illam. Cumque de ea parum gustasset ægrotus, mox per melioratione sibi redditus totus, inquit, In nomine Domini, optimum vinum bibi pro aqua, quam attulisti. Beatus Emmerammus bonus

alia litera

bonus medicus, ab optimo medico accepit quod mihi modo præstitit. Ad hæc respondit qui aquam attulit. Nescio si aqua conuersum sit in vinum. Hoc solum certissime noui, quod per antliam laticem de puteo exantlaui. Cuius verba viri & mulieres qui aderãt prosecuti sunt, dicẽtes, Late notum est vim huiuscemodi febris qua tu laboras, nõ solum absumere vires corporis, sed etiã ne bene sapias immutare gustum palati & gutturis. Quibus ille porigens poculum de quo bibebat, dixit, Bibite & vos atq; probate, vtrũ fefellerim, an verum sit quod dixerim. Illi ergo vt biberunt, ac vini saporem veraciter senserunt, vocem cum fide leuãtes dixerunt, Deo gratias: quia tam bonum vinum tamque nobile omni vita nostra transacta minime contigit nos bibisse. Hoc atqui grande miraculum nõ ab homine fictum, sed ob martyris meritũ à summa veritate factum, testis est ENGILMARVS antistes, adhuc in hac vita manens. Hic quoque dum Ratisbonæ constitutus, apud S. Emmerammum scripta meæ paruitatis videret, & legeret, atque probaret, die quadam stans iuxta puteum seu fontem, per quem recordabatur sibi sanam *olim* redditam fuisse frontem, vocauit me, & occasionem sumens ex eodem fonte, dixit quod scripsi: affirmans sub testificatione Christi, verum hoc esse; ac non in alio sed in semetipso idem magnale tam veraci quam efficaci experimento didicisse. AMMO. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia vitis vera quæ Christus est ad declaranda merita palmitum suorum, id est Apostolorum & martyrum seu cæterorum electorum, quotidie his & talibus miraculis quasi nouas nuptias facit. *Ecce* memoria beatissimi martyris Emmerammi iuste vinum pro aqua cum sanitate propinauit. ab hoc proculdubio, vitali cõprobaretur facto, eũ quondam in Dominica optime sudasse vinea, multumquè

1. *Tim.* 1. *Ioann.* 15.

fruct-

fructum tulisse in ea. O quanta lætitia, volante fama, ex huiusmodi rebus transfunditur in filios Ecclesiæ, cum hæc longè latèq; audierunt *solenniter* celebrata de matre. Cuius rei gratia tu adaucturus opusculum tuum, quæcunq; animo rationabiliter occurrerint, summa diligentia in horreum dominicum comporta. Sic enim ea, quæ in quadrifido climate mundi, à sancta Trinitate sunt facta, vtcunq; locum habebunt *etiam* in descriptione tua.

COLLECTITIVS. Quia strictim notasti quatuor plagas mundi, quibus per quater terna, siue ter quaterna distinguitur insignia, ob dulcissimam patroni nostri memoriam, placet anterioribus tribus miraculis, hic subnectere vnum, quod idem sit & quartum, ea scilicet ratione, vt vnitas ita cohæreat Trinitati, quatenus probabilis quaternitas laterum æqualitate solidata, fidem quatuor Euangeliorum cõseruet per omnia. Erat quidem homo pauperculus, qui cum alio æque indigente loca sancta quæsiturus, non baculo suffultus, sed scamnellis innisus, magis viam repsit, quàm ambulauit. Cumq; circa horam prandij ventum esset ad quendam fontem laticis perspicui, dixit scamnellarius ad itineris socium, O sodes istic ientaculum in nomine Domini nobis erit sumendum, & cum refectum fuerit, cum gratiarum actione abeundum. Quo assentiente, ac ad panis esum solotenus in ora fontis consedente, scamnellarius homuncio, aquam hauriens ex abundantiæ puritissimo speculo, antequam apponeret ori potũ, sic inuocat Dominum vbiq; fidelibus notum, Domine Iesu Christe, qui desiderium pauperum soles exaudire, merita Martyris tui Emmerammi clarifica in me hodie, qui charitate ipsius te benedicente, nunc gestio sitim restinguere. Et ecce inter bibendum, nec dum ab ore manum, qui biberat retrahente, per eum, cuius gratia nescit tarda molimina, soluta sunt omniũ membro-

membrorum eius retinacula. Qui mox exiliens, atq; huc illucq; discurrens, gratias egit Deo, sanctoq; martyri Emmerammo. Tunc incolæ acciti eiusdem nouitate rei, ob memoriam tam excellentis miraculi, in honore martyris construxerunt Ecclesiam ibi. Hoc in partibus ITALIÆ factum, relatione cuiusdam fratris ex laico conuersi, adhuc puerilibus in annis talium rerum curiosissimus auditor, cõperi; qui per confidentiam & consolationem huius beneficij in id se prouocatum esse confessus est, vt latrocinium, quod iam per plures annos crudeliter exercuit, desereret; nec non apud sanctum Emmerammum, lupinam rapacitatem deponeret, sicq; ouis ex lupo cum ouibus Christi pasceretur in ouili dominico. AMMO. Quia beneficia Christi, ob memoriam Sanctorum illius per omnia propagandã, & à bonis vniuersis vnice amplectendam, hactenus dictando vtcunq; digessisti, nouiter facta bonorum sancti Emmerammi minoratio, simul & quorundam super hoc habita querelosa musitatio, vt mihi videtur, non sine ratione postulat, quatenus dictatu viuaci aliquid huic opusculo inseratur, quo & inuasores Ecclesiasticarum rerum admoneantur, si velint sanum sequi consilium, vt resipiscant: Et si qui huius rei tortitudine turbati sunt vel mœstificati, aliquam ex eterni regis rectitudine simul & miseratione consolationem se accepturos fore minimè diffidant.

COLLECTITIVS. Cum omnes, qui sapientia Sanctorũ abutuntur, procul dubio aut hîc aut in futuro puniantur, compescendæ sunt immoderatæ musitationes, partim clanculum querelas concinentium, partim ue manifesto ac simplici sermone dicentium. Sanctus Emmerammus nunc dormit, qui bona sua quasi non sua sibi suisq; subtrahi perfert. Quibus per sensatos & prudentes viros erit suggerendum atq; dicendum: Ecce non dormit, neq; dormitat, qui custo- *Psalm. 120.*

custodit Israel. Insuper & hoc nostra pte adijciendum, quia bona sancti Emmerammi, quæ verè bona sunt, nec sibi subtrahi nec suis consortibus vllo modo minui possunt. Ista verò, quæ secundum sæculum dicuntur bona, quantulacunq; sunt, quia non fuerint hucusq; extra curam & custodiam summi pastoris & custodis, nec non eius prouisionem dilecti Martyris, ex antiquis temporibus non solum mirabiliter, sed etiam fortiter innumeris virtutibus declaratum audiuimus, legimus, vidimus. E quibus ad nunc temporis necessarium vnum grande miraculum, pro magnitudine sui valde inter optimates atq; plebeios homines diuulgatum, vtilitati legentium consulens, pariter & exactioni tuarum petitionum satisfaciens istic inhectere curabo.

S. Henricus Imperator.

Temporibus itaq; HENRICI PII Augusti & Imperatoris eximij, multis rebus ex episcopio RATISBONENSI per incautelam perditis, & de Abbatia S. Emmerãmi ob controuersiam Epi & Abbatis, plurib. bonis pessundatis atq; dissipatis, contigit, vt dñs BRVNO, germanus frater eiusdē Imperatoris, sub occasione iuris hæreditarij tẽtaret sibi vendicare possessionẽ & curtem, q̃ vulgo dicitur ENTERHOF, id

in m. f. alia litera.

est, *neneni atriũ & curtis, sed secundum eos, qui altioris ingenij sunt, & quæ ingeniosius quærunt spes ætheris, id est, cæli nõ inconuenienter dici potest, iuxta hoc quod Saxonicum idioma teutonizare solet. Saxones enim spẽ, vt sperationem huius vocabuli nomine finitimo vocitare sue sunt.* Qui dum publice cõtra edictũ Cæsaris vim inferre non auderet rebus ecclesiasticis, tandē ex consulto in id ventũ est, vt in loco qui dicitur ÆTINGA super huiuscemodi re haberetur placitũ, siue iudiciale colloquiũ. In quo omnibus iudicibus vel scabinionib⁹, qui in *eodem comitatu erant pecunia corruptis ac aliis*, alicunde in id ipsum mercede conductis, ita omniũ causidicorũ astutia & calliditas cœlitus infatuata est, quo communi consilio ex aduersaria parte inductus, aut subornatus quidam Iudex nomine OTPOLT,

alia litera.

cuius

cuius loquacitati ad tunc temporis, multa committebantur à multis, nec sciret nec posset iudicare quidquam quod sancti Emmerammi vel nostram lædere quiret causam. *Otpolt Iudex*

Vnde & à defensore nostro publicè mendacij & falsitatis notatus, præbuit multis admirationem cum additamento timoris. Verum ne prædictus PRVNO *Episcopus*, tam probrosæ confusioni succumbere videretur, cum suis adstipulatoribus, rogatu illius PALATINVS conuentus est RATISBONÆ habitus, quasi illic annullaretur miraculũ, quod contigit. Sed longe aliter res eadem exitum habuit, quando totum concilium, quod ibi collectum fuit, nolens volens diuinæ voluntati paruit. Nam in aula Iudiciali præsidente HENRICO Duce cum CHVNIGVNDA Imperatrice sua scilicet sorore, nec nõ subselliis à viris consularibus siue Comitibus, vti mos aulicus poposcit assessis, per totam curiam audiebatur vox contra sanctum EMMERAMMVM partes Episcopi fouentium, simul & dicentium, quod BRVNONI vtpote tam amplæ & potenti personæ, nemo posset resistere, quin illa die omnium iudicio in ditionem eius veniret præfatum prædium, quod auia eius nomine IVDITA NORICI Regni videlicet Ducissa sancto Emmerammo pro se suisq; filijs HVLDVVICO atq; HENRICO velut regalem fiscum tradidit: eo scilicet tenore, vt, si Episcopus vel aliqua potens persona eandem curtem vsurparet, vel vsibus monachorum subtraheret, statim in ius hęredum suorum reuerteretur. Hanc quoq; sententiã præposuerunt iudices atq; optimates, affirmantes traditionis cõplacitationem huiusce, à GEBEHARDO IMBRIPOLITANO Antistite violatam esse. Tunc à Domino PRVNONE consensu Principis, extra curiã euocatis primatibus summa eloquentia prędit is, & alijs iudicibus causidicis, iuris peritis, in sui causã exeitis, omnigena calliditate vel astutia foris sunt instructi siue prępar ati, q partis illi⁹ defensiones int⁹ forent

Prouerb. 21. vt sibi videbatur argumentosè recitaturi, nihili pendentes quod scriptum est: Non est consilium contra Dominum, qui nouit corda hominum. Cumq; introgressis omnibus peruentum esset ad locum & tempus, in quo excusanda erat falsitas & malitia forensis iudicij, & quasi obtinenda triumphalis palatij dignitas, non solum qui falsitatis antea fuit notatus, conuictus est reus esse eiusdem abdictatus, sed etiam omnium contrariæ parti fauentium ora ita virtute cœlesti sunt clausa & mutata, vt nullus tot ingenio callentium, aut posset dicere, quod secum ipse cogitando deliberauit, aut fari quiret, quod ab alijs in aurem susurrantibus dicendum accepit. Tum omni senatu, qui frequens conuenerat ob miraculum euidentissimum in laudem Christi prouocato, per totam curiam Deo gratias clamor humilis & verè laudabilis personabat, nec non beatissimi Martyris Emmerammi laudes altrinsecus exaltantium, murmur amabile aures multitudinis reuerberabat. Inter quos quidam Comes vir famosus in Christiana religione; EBERHARDVS nomine fertur dixisse: *Ecce* Rex Regum manifestè destruit iura mundanarum legum. Bene omnia nunc & semper fecit & facit, qui superbis resistit, ac humilibus gratiam dabit. *Tunc* Dominus BRVNO ingenti timore correptus, immo per vim supernæ virtutis, adeo est interne sibimet surreptus, quo non solum illa die coram principibus & populo humiliatus frigesceret, sudaret, pallesceret, sed etiam intra domestica mœnia sub grandi vitæ suæ periculo, proximam noctem insomnem duceret. Altera autem die, cum iam sol illustrasset orbem, pœnitentia & lachrymis expellẽs tenebras, quo deceptus erat erroris, cum oblatione se beato EMMERAMMO præsentauit, humiliter fratribus delictum suum confessus, atq; inter memorias Sanctorũ nudipes incedendo; tam laboriosam interim exer-

exercitationem perpessus, vt nullum ex omnibus altaribus, quæ apud nos abundant, prætermitteret, cui propria manu donum non imponeret. Demum ante aram clarissimi patroni nostri se vltra nec illi, neq; suis aliquid mali facturum, seu rebus Ecclesiæ, vllã vim illaturum, cũ iuramento deuouit nec non sub testibus confirmauit. Vinũ quoq; quod partium suarũ fautoribus in cõuiuio se daturum spopõdit, nobis pro charitate dedit, atq; vitam suam intẽtissimè orationi fraternæ commendauit. AMMONICIVS. Mirari satis nequeo, quæ tanta sit duritia cordis in auersione mortalium, ista & huiusmodi magnalia videntium & audientium, vt audeant tollere bona Sanctorum. Par meæ paruitati videtur, hæc modernorum pertinacia, illi Iudæorum inueteratæ soliditati, quæ in passione Christi non siuit eos in filium Dei credere, cum viderunt saxa findi, velum scindi, cœlum obtenebrari, imo totum mundum lapidi quem reprobauerunt, & regi quem pertinaciter nõ solum abdicauerunt, sed etiam per iniquæ linguę iudicium, turpissima morte cõdemnauerũt, multis modis conspicerent subdi & famulari. COLLECTITIVS. Non est, ô Ammonici, quod multum debeas mirari super hac sustinentia diminutionis aut ablationis terreni seu transitorij boni; quandoquidem ipse auctor omnium bonorum, propter salutem nostram à diabolo tentatus, & ab eo in montem excelsum valde sublatus, nec non ab eodem super pinnaculum templi translatus, nouissime quidem ab eius membris sputa, colaphos, & flagella, & cætera, quæ ad ignominiam crucis pertinent, patienter sustinuit. Memor etiam esse debes illius versus, quem Psalmista pro consolatione, sub eorũ persona, qui in pressura sunt, scriptis interserit suis, dicens: Sustinuit anima mea in verbo Domini, sperauit anima mea in ipso. *Psalm. 129.* Quam consolationem ipse Saluator in Euangelio cõfirmat,

Luc. 21. prouidè ad discipulos dicens: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Putasne quod non curaret Dominus mortalium actus, quando pene per totum mundum proscripta sunt bona Christianorum? Absit. Crede mihi neuter illorũ, qui bona Sanctis dat aut dedit, & abstulit & ablaturus erit, præmio carebit. Iudas quoq; præmium dominicæ proditionis vel traditionis iam infeliciter possedit, & in æternum infelicius possessurus erit. Latro verò suæ confessionis vicissitudine gratissima remediabile præmium iam accepit, ac in perpetuum felicissimè habiturus erit.

AMMONICIVS. Ingentis miraculi descriptione pariter & querelosæ mussitationis absolutione, mihi & illis satisfactum esse minimè diffiteor; quin etiam plane ob id fateor, quia certissime scio nullaten⁹ posse mutari, corrumpi, vel falli Regem Regum. Mihi vindictam & ego retribuam.

Roman. 12.

COLL. Adhuc aliquanto longius in huiusmodi sententia progrediendum est. nam nostrapte, qui Christiani dicimur esse & debemus, non solum ore dicendum, sed etiam proximis tale beneficium cordetenus est impendendum, vt qui nobis maledicat, siue quid mali faciat, quantum ad nos maledictioni minimè subiaceat, veram benedictione ac oratione fraternæ charitatis adiutus, à morte peccatorum reuiuiscat virtute diuina in callem salutis restitutus. Huius rei gratia his, qui non dedignantur paruitatis meæ legere scripta, placet istic vnum exemplum innectere, de patrũ vita, quo & patientię perneceſſarium bonum probetur, & è contrario execrabile malum impatientiæ reprobetur.

AMMONICIVS. Valde vtile esse, vt studeat pijs exemplis ad bonum quis prouocari aut conuerti, siue de malo auerti, experimento didicimus etiam pueri. Propterea tale aliquid libenter modo audire seu curiositate haud infructuosa parati sumus legere.

COL-

COLLECTITIVS. Quidam fratrum tempore vetusto, venit ad quendam patrum ABRAHAM forte nuncupatum, qui iam inter seruos Dei habebatur clarus ex perfectione virtutum. Huic inter cæteras tentationum anxietates, isdem frater, questus est dicens: Spiritus impatientiæ ac superbiæ adeò me impugnat, vt tam peruersæ pesti non possim vllo modo resistere, quin si quis mihi iniuriam fecerit aliquam, ore aut manu reddam ei talionem, ob maleuolam siquidem & insulsam communionem. Cui respondit senex: Apostolus præcipit fidelibus, immo per Apostolum Christus: *Si* quis vos in faciem cædit, si quis vos deuorat, si quis mundi substantiam tollit, patienter sufferte, propter eum, qui dilexit nos. *Et* iterum: Patientes estote ad omnes, nam patientia parit probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Tum fratre per induratum cor diffitente Apostoli verba se nullatenus per patientiam sequi posse, dixit senex, Orandum est intentissimè, vt Dominus dignetur hanc duririam cordis aufferre. Cumque orasset senex, eodem fratre audiente, ad Dominum dixit humillime, Domine non es nobis necessarius. *Ecce* nos homines impatientiæ vitio resistere nolentes, in potestate nostra sine te statuimus omnia facere. Ad quem sermonem ille frater Deo donante ita subito mutatus, & compunctus est, vt nõ modo coram sene per pœnitentiam satisfaceret, super insolita mentis obstinatione humiliatus, sed vniuersa tentationum suarum perturbatione sedata, abscederet melioratus.

Commixtionis.

2. Cor. 12.

Roman. 5.

AMMONICIVS. Deo gratias, quia patientia viri Dei per medicinam cœlestem medicata est impatientia fratris infirmi. Nunc ergò quia tentationũ antiqui temporis mentionem fecisti, ex secretario charitatis dulcissimo agilitatem

tatem tuam educere conuenit. Si quis temporibus istis ex numero fidelium regi regum alicubi militantium, tam validam & grauem tentationem incurrerit. COLLECT. Non est dubium quin adhuc diabolus eadem artes habeat, quas antiquis temporibus habuerat, imo certo certius credendum est, quod benignus IESVS in electorum suorum defensione antiqui hostis deceptionibus resistendo, solita vsque in finem sæculi circa suos vtatur clementia. Propter hoc etiam nulli fidelium erit ambigendum, nunc seruos Dei, sicuti primitus, multis modis à diabolo tẽtari, ac æquè vt tunc ab generis humani reparatore inter varias tentationum tempestates eosdem semper & vbiq; defensari. Quod vt euidentius dignoscatur, O Ammonici, & alijs huiusmodi rem non despicientibus, narratione subsequenti veritas tradatur. Est quidam, vt æstimo, adhuc in hac vita senex religiosus, ex laico conuersus, nomine GVNTHARIVS qui apud seculum aliquando ex rerum copia tumens, & nobilitate generis vanescens extitit superbiæ filius, sed per misericordiam Dei post factus est tam humilis monachus, vt merito non possim aut debeam illi comparare vllum nostri temporis cucullarium, de vanitate seculi conuersum. Is primum sub GOTHEHARDO ALTAHENSIVM abbate, omni patientia & subiectione probatus, cœpit desiderare altioris vitæ callem incedere: Vnde & licentia à patre monasterij accepta, solitariam vitam aggressus est, ad quam diuino adiutorio peragendam, vt se spiritali cautela probaret, animumq; virtutum exercitijs præpararet, montem quendam petijt, quem à præfato cœnobio vna ferme rasta distãtem idioma THEVTISCVM, RANCINGA iam nominauit: In quo pene per tres annos consistens, modico victu ac humillimo habitu paruaq; cella contentus erat. Cuius arduam vitam cum mirarentur non nulli, aduentantes cum xenijs,

Gvntharius.

Chri-

Christum, qui propter nos factus est humilis, in suo visitabant ac venerabantur seruo. Tunc ille timens, ne frequentia populi & gloriola sæculi sibi sub specie religionis quid de veris surriperet, aut minueret bonis, fugiens inde secessit in eremum, quę vocatur aquilonalis sylua, certamen singulare in ea contra diabolum viriliter pugnaturus. Qua vt primum constitutus Dei famulus eremiticã vitam ruchatica vel spiritali consecrauit militia, tentationes varias & multas atq; graues perpessus est. E quibus vnã, quæ relatu veraci paruitati meæ in notitiã venit, ad vtilitatem legentium nunc præscribere tentabo; post modicum tempus, vita comite aliam grauiorem subscripturus. Hyemali atqui tempore quo vltra solitũ NORICENSE solũ est immensitate seu niuium densitate contectũ, accidit prædicto Dei famulo quoddam quasi palæstrale tormẽtum, imo ꝓbabilis patientię verũ ac venerabile condimentũ. Nam cũ ꝑ nimieta-tenuiali continuis nouẽ diebus panes illi de monasterio secundum consuetudinem nequirent afferri, neq; aliunde ab vllo hominum illuc possent transmitti, neq; ipse impediente proxima incolatus nouitate, aliquid ibi laboratum haberet, vnde alimenta sumere valeret, trium dierum inedia affectus, quarta die tentare Dominum nolens, ex glatiali profunditate niuis, quæ iam excreuit vltra staturam mediocris hominis, cœpit sylueſtres herbas eruere ac euellere, & in ollã coquendum mittere. Quibus illa die per ignẽ & aquam parumper mollificatis, distulit prandium vsq; in diem quintum. Quo expectans horam refectionis canonicam, pulmentum, quod hesterna die præparauit, denuo coctum refectionis gratia sibi apposuit, sed gustatum edere non potuit; vnde semetipsum increpans ait, O Gunthari, superbia tua te non sinit refici hoc edulio humili. Vbi nunc vaporifera vel molliſſima similа? Vbi nunc aprinæ spadulæ

seu carnes vrsinæ,& suillæ,ad inuentionem coquorum oppiperatæ? Vbi nunc imputribiles post coctionem pauones, seu fasinæ aues, plurigenis condimentorum saporatæ irritamentis? Vbi nunc vinum probatum & ad libitum de promptuario vsq; ad satietatem quotidie tibi prolatũ? Ergo pro abundantia delicatioris cibi & potus, quibus olim in seculi diuitiis deditus eras totus, contentus esto nunc ientaculo pauperculæ refectionis, in nomine IESV Christi omnium redemptoris, qui cum diues esset, propter te pauper factus est, vt tu particeps fieres diuitiarum illius. Quid plura? Demum sexta die pleniter gratias agens Deo, qui de copia bonorum suorũ etiam nõ dedignatur pascere pullos coruorum ex prædicta syluestri herba iam tertio cocta, itàq; vix mollificata, corpori quamuis necessariam, tamen valde contrariam cum faginis foliis, quæ niue abrasa, laborioſe collegit, refectionem accepit; sicq; non sine magno tumultu & controuersia diuersarum cogitationum, seu manifesta incursione diabolicarum tentationum, consolationem diuinæ pietatis expectauit. Tunc vt in perturbationibus huiusmodi solet fieri, fluctibus cogitationum altrinsecus sibi succedentibus & impellentibus dextrorsum quædam cogitatio leniter irrepens,& quasi ex parte Christi adueniens, Viro DEI fideliter intimauit dicens, Expecta dominum, viriliter age & confortetur cor tuum,& sustine dominum. *Iosue. 1.* Cui è contrario id est sinistrorsum suasio diaboli, cuius inuidia in orbem terrarum mors intrauit, prorumpens importune reclamauit, verba & dolos huiusmodi concinnans, cum scriptum sit: *Eccl. 3.* Altiora ne quæsieris, quia fragilis homo eremum petiisti, non solum stulte egisti, sed etiam valde proteruiter te huc inuexisti, blasphemiam Christo tuo illaturus, vtpote canis famelicus, absque sustentatione illius, hic pessime morituras

moriturus. Verum ex aduerso bona cogitatio & cauta sollicitudo infert: Cum Christus, qui est dominus omnium tentatorem diabolum, Euangelici verbi iaculo per semetipsum strauerit, dicens, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo DEI, non tibi surrepat diffidentia, O pauper seculi, diues Christi; sed firmissime ponito spem in eo de quo Psalmista cecinit dicens: Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est. Iterum humanæ salutis inimico quædam scæua suggerente, & in tali miseria, nec non labore carnis infirmitatem minime posse persistere fraudulenter inficiente, homo DEI respondit, Quod si Christus meus me non manducantem viuere voluerit, facile hoc efficere poterit, iuxta quod scriptum est: Non est impossibile apud DEVM omne verbum. Et iterum: omnia possibilia credenti. Si vero id facere noluerit, aut mihi clementer victum exhibebit, secundum quod ipse dicit in Euangelio: Primum quærite regnum DEI, & hæc omnia adiicientur vobis; scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. aut sine murmuratione illius voluntatis sententia, quæ non potest esse iniusta, cum intemerata fide erit subeunda. Hanc fidem & fidei exercitationem subsequuta est consolatio diuinæ pietatis, quæ sufficienter illi panes transmisit per quosdam homines, qui illô cũ semicirculis super montuosam congeriem niuis incedentes, vix reptando ad virum DEI decimo tandem die peruenire potuerunt. Tunc grates magnificas Deo reddens, qui non dereliquit sperantes in se, quanto sibi per patientiæ probationem factus est notior, tanto aliis imposterum exemplo humilitatis & perseuerantiæ, largiente omnium bonorum fonte, extitit vtilior. Vnde

Matth. 4.

Psalm. 27.

Luc. 1. Marc. 9.

Luc. 12.

factum est, vt nonnulli ex clericis siue monachis, nec non fidelibus laicis, ab eo & per eum prouocati, immo diuino instinctu attracti, sub communione orationum eius atq; laborum in eadem eremo, cuius ipse ob amorem Christi accola esse voluit, Regi regum militare cœpissent. Vbi
Psalm. 83. pluribus intra vallem lachrymarum ascensionẽ cordis disponentibus, nec non de virtute in virtutẽ, quotidie proficiscentibus, cõtigit, vt quidam Presbyter de SAXONVM gente oriundus, à domesticis quoq; TAMMO vocitatus, more aduentantiũ accederet, sub specieq; laudabilis incolatus, viri Dei, commilitonumue illius conuersationi se admiscere tentaret. Quem cum vir Dei partim præcurrente magistra experientia Abbati ALTAHENSIVM præsentasset, & ex more secundum regulam S. BENEDICTI obedientiam promisisset, statim sub tenore, quã Abbati promiserat obedientię, sicut & cęteri ad id temporis solebant facere, & adhuc solent agere, qui manent ea loci eremitæ, redditus siue sub diligentia summa commendatus prædicto seni, cum illo repedauit ad secessum eremi. Qua cum cæteris fratribus Summo humillime famulantibus, & ipse iuxta instituta patrum in cella sibi deputata, aliquantũ temporis humilitate perageret comitante, per surreptionẽ cenodoxiæ, adeo repente grauatus est massa superbiæ, vt non solũ clandestinis mussitationibus venerando seni detrahendo in aures quorundam commonentium susurraret, sed etiam manifestè in calumniam tanti viri prorum pere auderet dicens, Quid & quis est GVNTHARVS? Laicus atq; & idiota, cuius iure contemnitur vita. Cui responderunt serui Dei, qui forte tunc aderant, & hæc audierant, dicentes, Vt nobis videtur, humilitas, quæ custos est virtutum, longe recessit à tua mente, & superbiæ monstrum te manifestè in-
Gen. 11. uasit, quod Babylonicam turrem procaciter filios prauæ confi-

cõfidentiæ olim ædificare persuasit,& de viro Dei tam nefanda tibi modo suggessit. Ipse procul dubio primum huic eremo inuexit vexilla crucis Christi, qui in Euangelio dicit: Qui vult venire post me,abneget semetipsum, & tollat crucem suam,& sequatur me. Est quoq; iste vir magnæ auctoritatis, qui iam in senectam & senium venit, optime parendo diuinis mandatis. Quibus ille arroganter respondit, inquiens: Auctoritas quoq; illius mihi pro minimo est;quia nihil omnino valet. Seorsum quidem mihi manendum & Christo, qui dedit nosse & posse, in speciali cella, haud sub GVNTHARII censura erit meapte libero animo seruiendũ. Quid plura? Sequestratus idem presbyter, aliquot diebus ab illis,quos despexit, à subuersore ministratas quasdam vidit visiones, imo fantasias aspexit, quibus adeo eleuatum est cor eius, vt humili ac simplici voto minimè contentus, maiora se quæreret, id est, miracula expeteret. Vnde accidit vt intempesta noctis, qua sanctæ AGNETIS festiuitas celebratur à Christianis,orationi aliquantulum incumbens, primum delectabilem, post modicum verò lachrymabilem,auditu vocẽ hauriret, oculisq; visionem videret. Audiuit ergò imprimis harmoniam, nec non quasi duos choros virorum & fęminarum procul concinentium, & alternatione vicaria, vt audiebatur, pulcherrimè sibi inuicem respondentium, donec paulatim cum incremento eiusdem cantilenæ,atque coruisci luminis augmentatione, vsq; ad se venirent. Tunc humani generis inimicus, qui testante Apostolo Paulo, transfigurat se etiam in angelum lucis,cum tanto fulgore sę illi præsentauit, vt nihil minus putaretur quàm diabolus. Cumque eum presbyter intueretur diutius, & miraretur super pulchritudine eius, qui apparuit,dixit ad eum: Vides ne,quod sim Christus? quare non adoras me? Noli dubitare,cum ad hoc venerim, quatenus tibi dicam,quæ te oporteat facere. At ille,quem præ-

Luc. 9.

2. Cor. 11.

ſtigia iã deceperant diabolica, dixit, Si filius es Mariæ, Ecce te adoro. Et procidens adorauit eum; penitus oblitus illius reſponſi, quod in vita patrum ſenem cautiſſimum, ſuper huiuſcemodi tentatione legebat dediſſe. Ibi enim eſt ſcriptum, vt nunc rememoro, quia quidam ſenex pari modo à diabolo ſit tentatus; ſed diuina clementia ſeruum ſuum vallante, mox tentator, quis fuerit, paucis verbis ſit deprehenſus. Nam cum ſeni diu tacenti, & ſecum quis eſſet, qui apparuit intime voluenti, peruerſus peruerſe diceret, Ego ſum Chriſtus; quare tardas me adorare? Reſponſum accepit ab eo: Quem adoraui ab infantia mea vſque in præſens, niſi Chriſtum filium Dei viui? Si tu Chriſtus eſſes, nullatenus à me peteres hoc obſequium tibi modo impendi, quod ſemper in quantum valui vero Chriſto Domino meo humiliter exhibui. Tunc humani generis inimicus valida ſenis fide repercuſſus, atque confuſus euanuit, linquens ibi certa præſentiæ ſuæ indicia, id eſt fœtorem. AMMO. O Collectici, horroris plena ſunt quæ ſcripſiſti; & eſt valde durus hic ſermo quem dixiſti: Quis ergo poteſt laqueos inimici euadere, ſi iſta in hunc modum facta ſunt verè? Collec. interrogatiunculæ tuæ huic paruæ ſimul & dubitationi nimium periculoſæ, O Ammonici, ſatisfacere debet vox, quæ ad ANTONIVM pro extenſis per orbem terrarum inimici laqueis quæritantem, & nihilominus lachrimantem, de cœlo aliquando venit, dicens, Humilitas Chriſto adhærens, tranſcendet omnes laqueos hos. De cætero crede mihi, quia ſi in prædicto fratre humilitas Chriſti regnaret, nunquam ſuperbiam diaboli cadens adoraret. Quod in ſequentibus euidentiſſimè liquebit. Nam poſtquam peſſime adorauit, antiquus hoſtis ei aliud vulnus inflixit, pariter & dixit, ANTICHRISTVS iam

in Iu-

in Iudęa regnat, nec non HELIAS & ENOCH ibi prædicant. Cum his quoq; ab Antichristo interficiendis, pro confessione mei nominis, in anno præsenti, martyrio coronandus eris. Sed antequam illuc tendas, oportet te omnia, quæ in huius prouinciæ cœnobiis emendatione sunt digna, corrigere, & multis verbum veritatis prædicare. At Presbyter nouarum rerum cupidus, infit, Quod signum dabis mihi, quo certus efficiar, me, quæ dixisti, facturum? Cui seductor respondit. Non vnum signum tibi dabitur pro certitudine, sed tria facturus es hodie, ante tertiam horam diei, scilicet vnum in GVNTHARII sinistro oculo quem penè ob ægritudinem perdidit, alterum in fratre, qui iam per multos dies infirmat, & est cæcus, cui nomen REMIGIVS. Tertium in eo, qui dicitur RAZO, quem inimici sui cæcauerunt, atque mancum fecerunt. Insuper pro signo certitudinis habeto sandalia, quæ in proximo reperies, posita quadam sub arbore caua; quibus præcipio vt posthac vtaris, in celebrandis Missarum solemniis. Quid multa? His ita homini superbo diabolica fraude persuasis, & inter arbusta pone domicilium, in quo vagabundus mansit, consita, quasi quodam ascensu pariter ac descensu demonstrato, cum aliis inextricabilibus fantasiæ portentis, in ipso crepusculo lucis, præfatus Presbyter propriam & singularem deserens cellam sub inani spe diabolicæ pollicitationis Domini GVNTHARII petit casam. Quem cum videret venerabilis heros, super repentino eius aduentu obstupescens & admirans, vtpote qui superbia imperante ab eo sequestratus erat, sibiq; veluti literas nescienti, peritiæ suæ supplementum, maligna voluntate subtraxerat, nihil dicere volens conticuit. Tunc qui vana gloria tumidus aduenerat, sub specie religionis ad reuerendum senem dicebat: Non igno-

ignoramus, quia iuxta instituta patrũ, nisi vocati de cella egredi, & huc venire minimè debueramus; sed humilitatis nostræ aduentus, ex præcepto Dñi nostri Iesu Christi est vobis & alijs valde necessarius. Cui senex, Spiritus munimine protectus dixit: Vnde vobis hoc, aut quando Dominus Christus fraternitati vestræ noua dedit præcepta? At ille respondit. Hac nocte. Et dicit senex, Quæ? Respondit presbyter, Vt in monasterijs NORICI regulares obseruationes corrigam, & renouem, atq; populis latè verbũ Dei prædicem, nec non infirmitate sanata, duobus fratribus RAZONI scilicet & REMIGIO visum restituam, oculoq; tuo iam per plures annos doloribus turbato claritatem luminis reddam. Quæ verba cum senex audiret per os TAMMONIS prolata, occurrit iactantiæ eius dicens: Crede mihi, GVNTHARIVS mallet ambobus oculis carere, quàm per illius concessionem videre, qui tibi hæc fallaciter promisit. Nihil verius quàm te diabolica arte circũuentum & omnimodis esse delusum. Cui sententiæ qui aduenerat presbyter, subnectit friuola, dicens: Si ante hanc proximam huius diei tertiam horam non fecero quod dixi, nolite credere mihi. Et vir Dei ait: Veritas, in quam credimus, hodie patefactura est tibi & nobis omnibus, quia pater mendacij tuã decepit arrogantiam. Tum presbyter se subducens obtutibus senis & persistens in pertinacia obligatæ mẽtis, in Ecclesiam duxit secum fratrem cęcum, quasi oraturus pro eo, vt visum reciperet à Domino. Sed cum diu esset oratum, & lumen, quod petebatur, non foret datum, protraxit frustra tentatam vanitatis gloriolam, penè vsq; in sextam horam. Tunc vndiq; horrore & terrore circundatus, & non sine grandi confusione conturbatus, festinus dominum GVNTHARIVM adit, & in faciem procidens cum lachrymis ad eum dixit, Nisi me preces tuæ, ô venerande pater, magnificè

gnifice adiuuerint,& orationes aliorú Dei seruorum de puteo interitus me eruerint, certo certius scio, quia peccatis meis facientibus Christi seruus desij esse; quod ille me sibi in seruum proprium post hinc vindicabit & possidebit, quem totius nequitiæ ministrum, heu heu me miserum, adoraui pro Domino dominorum. Ad hæc dominus GVNTHARIVS, spiritalibus armis accinctus respondit, PETRVS Princeps Apostolorum, ad quem ipsa veritas dixit: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ter negauit Christum optimum magistrum. *Matth. 16.* sed postquam Dominus in eum respexit, & amarè fleuit, *Luc. 22.* remissionem accepit per eum, qui solus compati nouit infirmitatibus nostris, in miserationibus suis magnis & multis. Proinde casu tuo non debes gaudium plenum facere diabolo in hoc, vt cadas in diffidentiam, sed magis quære humiliter omnipotentis Dei clementiam, quam nulla mortalium superant delicta. Cumq; Presbyter post admonitionem senis, noui lapsus mœrore adhuc consternatus, proxime ad horã diuini seruitij veniens, collectæ fratrum se in ibi constitutæ admiscere tentaret, atq; psalmodiæ aliquantisper, cum eis inseruiret, antiquus hostis cœpit ei acriter instare, nec non manifeste illi molestus esse, dicens, Quæ legis & cantas, de me scripta * *mea* sunt, tu **alia litera.* velis nolis post hinc permanebis meus, quia totus es in ditionem libitus mei redactus. Noli falli, neq; per Guntharij vanam & falsam suggestionem decipi, nemo te rapiet de manu mea. AMMO. En iterum in memoriam redit, imo nunc se tenacius *animo* ingerit, quod egregius versificator, dominicæ tentationis mentionem faciens. de hoc pessimo tentatore, in hunc modum scribit:

Cum Domino montana petit, cunctasq; per orbem
Regnorum monstrauit opes: Hæc omnia dicens,

Me tribuente feres, si me proſtratus adores.
Quantum peruersus, tantum peruersa locutus.

COLLECT. Oportet vt interim ſileas, O Ammonici, dum ad quem finem tam grauis tentatio peruenerit, veridica narratione audias, mecumq; tunc Deo laudes referas. Nam ab illo die Preſbyter prænominatus, periculorum pondere grauatus, etſi ſe pœnitentiæ daret arctiſſimæ, nullatenus nouum & antiquum hoſtem auertere potuit, quin ei omnibus horis nimiè infeſtus fuerit. Vnde factum eſt vt dominus GVNTHARIVS boni conſilij virum Abbatem ſcilicet ALTAHENSIVM, nomine RATMVNDVM, aduocaret, ipſeq; ſecum aſſumpto PATAVIENSI pontifice, ſuper huiuſcemodi re quæſtionem habiturus adueniret. Cumq; Epiſcopus cum Abbate & domino Gunthario, clanculum ſermonē faciens, lapſum ſacerdotis audiſſet, & eum diabolica illuſione deceptum animaduertiſſet, vnde hoc grande malum acciderit prudenter tractans, dixit: Ecce factum eſt in iſto fratre, quod præmiſſum legimus in Euangelica veritate. Sic enim dicit Dominus in Euangelio ſuo; Qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat exaltabitur. Proinde neceſſe eſt prouiſum iri, vt exaltatio peſtifera, quæ per ſuaſionem diabolicam, hominem miſerabiliter deiecit, Chriſti humilitate medicinali mirabiliter ſananda, in robur fidei erigatur, ac ſic in viam ſalutis æternæ dirigatur. Tum Epiſcopus ex auctoritate ſacrorum canonum, iuſſit lapſum fratrem, ab officio ſacerdotali ceſſare, vſq; ad ſatisfactionem; vtiliſq; conſulti taxationem. Quid plura? Poſtea quoq; diabolica infeſtatione, monachum eundem nimium confundente, atque diuturnis nocturniſue tumultibus, ſeu acclamationibus etiam in ſeruitio DEI deterrente, miſſum eſt circumquaque ad patres & fratres, vt communi oratione, ſingula-

Matth. 23.

gulari & *medelifera* clandestina sacrificij salutaris oblatione, à misericordissimo Domino, veniam peterent casui fratris infirmi. Cumq; à nonnullis benigne fuisset oratum, & maxime à domino Gunthario ante conspectum diuinæ maiestatis pro eo esset laboratum, vtpote qui omnibus horis titubanti atq; nutanti manum consolationis porrexerat, necnon benignum IESVM certissime sibi miserturum promiserat; tandem post mensiũ sex euolutionem, qui à pessimo profligatore impugnabatur, leuamen sentiens, remedium accepit. Cuius valdè necessario fomento, per diuinam clementiam interius & exterius idem frater refocillatus *ac renouatus*, iam octauum agit annum, sub exercitamento summæ humilitatis, obedientiæ atq; abstinentiæ. Illi à quo per superbiam desciuerat & deuiauerat, appropiare studens, qui & per Prophetam dicit: Approquinquate mihi, & ego appropinquabo vobis. Et si peccata vestra fuerint rubra sicuti vermiculus, veluti nix dealbabuntur. AMMO. O quanta & quam magna dispensationis diuinæ censura, quæ propensioris cautelæ gratia, fratrem de quo retulisti præmissa, adeò ab hoste nequissimo permisit affligi, vt penitus in desperationem caderet, nisi hunc senex humilis, vti speramus, omnipotentis DEI seruus, dominus videlicet Gunthárius, exhortatione assidua, in spem recuperandæ salutis erigeret, & Sanctorum exemplis multifariis, diuino è fonte prolatis corroboraret. COLLECT. Quia sermonem humilitatis meæ interrupisti laudem DEI exclamando, gratum habeo. Sed quæ narrare cœpi, ad calcem producere me patere quæso. Hoc enim nimirum super omnia talia mirum, quod ipse auribus meis ab ore senis accepi, atq; ab eo quadam sacræ lectionis familiari collocutione, vix extorsi. Nam cum prædictus Presbyter in angustia maximæ tentationis cõstitutus ad senem *Esai. 1.*

sæpius curreret atq; recurreret, nec non querelosa voce clamitaret, non possum subsistere, nequeo perdurare; ora pro me homo DEI. Dixit senex, confido in benigno Iesu, quia liberabit te. Tantum tu patiens & constans esto, neque dubites de omnipotenti gratia illius, apud quem non est impossibile omne verbum. Quod tu sustines modo, generaliter per omnia terrarum regna humanæ fragilitati horrendum & pauitandum, sed minime ob id de misericordia Domini, qua plena est terra, fidelibus est desperandum, quoniam qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ, potest & te de præsenti liberare tentatione, & nihilominus dignum efficere sua vocatione. & subiunxit tentatus, vtinam mihi fiat secundum verbum tuum. Sed valde timeo, tentationis periculum, quod mihi misero ingruit vltra humanum modum. Nam in ipsa orationis hora, quando ad laudem DEI os aperio, aduersarius mihi videtur, quasi rapacitatem suam intro in ventrem mittere vsq; ad cor, vimq; cordis tollere, ac sensus meos prorsus extrahere, & memetipsum mihimet alienum facere. Super hæc omnia iactat se scire, meum totum nosse, velle, & posse. Respondit senex, Ne hæsites in fide ex adiutorio diuino de supernis tempestiue mittendo, quod quamuis ad tempus differtur, tamen non aufertur. Diabolus omnino potestatem non habet nocendi *& fatigandi* te, nisi permissus à DEO. DEVS autem nunquam ista fieri permitteret, nisi te humiliare vellet. Interdum enim amator hominum, simulat se nescire, quæ patimur, sed tamen frequenter præstabit, vnde miremur. Noli frater deficere, sed secundum Apostolum sta in fide, viriliter age, & confortare in illius nomine, qui nouit solus fragilitatem humanam sanare. Quod autem questus es, diabolum se iactasse de scientia tuæ voluntatis & possibilitatis; ipse, quod benè no-

Luc. 1.

Matth. 3.

2. Tim. 2.

sti-

sti, contra hanc luctam sufficit tibi, hoc est, quod diabolus ab initio mendax fuit; & filios diffidentiæ ad insanabilem internecionem detrudit. His dictis extemplo affuit Satan in præsentia senis perturbans tentatum fratrẽ, & dicens, GVNTHARIVS non solum nunc mendacium loquutus est, sed sæpius mentitur & te fallere nititur, insuper & gracile & subtile pellicium operosè quærit ac diligit. Cumq; conuitiis appeteret atq; lacesseret senem, senex timens ne forte, proteruitas diaboli, animum fratris mitteret in desperationem salutiferi boni, prorupit & dixit, O inimice DEI & hominum; superbia tua & mendacium tuum, tecum in æterna perditione maneant. Nos autem, qui non solum ouinis & caprinis pellibus vtimur, verum etiam simplicitate & humilitate, quæ in eisdem significantur, perfruimur, per eum qui dilexit nos, te pessimum lupum facile superabimus, Christiq; virtute tuam virtutem calcamus. Crede peccatori Gunthario, quia frater, quem permissione DEI crudeliter ad tempus insectaris, te inuito liberabitur & saluabitur gratia Christi filij DEI viui, qui in hunc mundum venit filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat. Post hæc & huiusmodi certamina, aliaq; quam plurima nequitiæ suæ in tentatum fratrem nequiquam vibrata iacula, miseratione diuina diabolus est ita fugatus, vt calamitosis clamoribus, & querelosis lamentationibus discedens manifestè nolens innotescceret, quantum doluit, & adhuc dolebit, se victorem hominis, ab homine victum AMMO. Deo gratias, cuius misericordiæ non est numerus, & qui iam omnia benefecit, pariter & istud mirabiliter effecit, vt qui periculosissimè cecidit, misericordissime in statum fidei, reerigeretur, ad comprobandum scilicet illud Psalmographi testimonium, quod in * centesimo quarto Psalmo ponit dicens: Alle-

Ioan. 8.

Matth. 10.

Corrige: in 144. Psalmo.

uat Dominus omnes, qui corruunt & erigit omnes elisos. Ergo frater O chariſſime, vt mihi videtur, tibi ſatis congrue impoſuiſti Collectitij nomen, & ob velandam TEVTONICÆ loquelæ nuditatem, pariter & ob commendandam horum, quæ dixiſti, & dicturus es collectariam vtilitatem. Ob id quoq; & ego æquum arbitror fore, vt vocabulo ſatisfaciens, quod vſurpaſti, opus inchoatum adaugendo procedas, & quæq; vtilia colligendo ſuccedas; dictaturus quidem & aſſumpturus ea in nomine illius, qui dicit: Qui non colligit mecum, diſpergit; & qui non eſt mecum, contra me eſt. Ita quidem illi ſeruies, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt. COLLECT. Amen. Vtinam inueniar, inter colligentes cum Chriſto, & non cum eis damner, de quibus ſcriptum eſt: Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam euellatur exaruit; de quo non adimplebit manum ſuam, qui metet, & ſinum ſuum, qui manipulos colliget. Hoc quoquo modo fiat, aggrediar iterum narrare, quæ Dominus aſpiratione ſua præueniente, & auxiliatione ſubſequente, dare ſiue largiri dignabitur.

Luc. 11.

Pſalm. 128.

In eodem igitur Epiſcopatu quo ea contigerant, quæ prædiximus, accidit & aliud quoddã mirabile, quod cunctis fore debet notabile, ſimul etiam & euitabile. Erat quidam clericus PATAVIENSIS Eccleſiæ ædituus, cuius nomen dicebatur VVILIBERTVS. Is quadam die, ex more ſolicitudinis & officio commiſſi, percurrens ac perluſtrans quæque loca Eccleſiæ, offendit in abditis quendam clericum ſuum videlicet diſcipulum, in quodam opere prauo perniciter lapſum. Qui mox plus timens homines quàm Deum & electos eius, rogauit magiſtrum ne cui diceret malum quod viderat. At ille horrens ſcelus dixit, Teſtor Dominum, Sanctosq; illius, quia præ timore ſalutis animæ meæ, non audeo quod feciſti celare. Primum ſenio-

rem

rem meum, dein cæteros spiritales viros, qui mortifero vulneri tuo, pœnitentiæ adhibeãt medelam, ac suggerent vitalis consilij suadelam. Et subnectens discipulus vaniloquium infit, quia rogationem meã austeritate tua repellis, nihil certius, quàm vt me pœnis tradere velis. Et præceptor, Absit à me, inquit, vt te impiè tractem, pœnisq; traditum iri optem. Post quæ verba magister & discipulus recesserunt ab inuicem, valde diuersam habentes voluntatem. Nam discipulus quod magister benè dixit, adeo in malum & deceptionem suimet conuertit, vt tenebrosior nocte, noctu non modo strãgularet magistrum, sed etiam propriis ligaminibus & fasciolis ad trabes cubiculi, in quo solus, vt æstimo, ob castitatis custodiam, dormire solebat, suspenderet. Quod pessimè factum, cryptis malitiæ abscondere gestiens, intus ostium clausum reliquit; & ipse domate & tecto per fissuram seiuncto, fur nequissimus exiuit; ita reponens tegulas, vt excepto vno qui suspensus erat, vllum hominem intrasse penitus lateret humanas visiones. Vnde contigit vt per totam Ecclesiam grauissimum scandalum exiret, quod inter laicos maxime efferbuit, publicis detractionibus draconizantes, atq; dicentes, Ecce sanctitas clericorum, ecce apparent merita illorum, qui indignè præsunt Ecclesijs: ecce Sacerdos qui ipsa die in qua bis Missas celebrauit, Iudam imitatus laqueo se suspendit. Qua de re PATAVIENSIS Episcopus valde turbatus, quia fas non erat suum proprium homicidam sepultum iri, nescio qua autoritate iussit corpus igne cremari: nisi forte propterea id præcepit fieri, ne animalia contaminarentur de tactu vel comestione cadaueris, vt dicam secundum æstimationem hominum, inhumani; aut quod verius puto, dispensatione diuina hoc factum sit, vt in sequentibus patebit. Nam cum totum corpus iam consumptum esset ignibus, *Matth. 27.*

bus in conſpectu omnium qui aderant, cor, quaſi ardere nolens, exijt de medio flammarum. Ob quod illi homines ſtupefacti, quoties ad comburendum idem cor in ignem proiecerunt, toties incombuſtum exire viderunt. Nouiſſime vero cùm totis viribus ab his qui aderant idem cor per contos & fuſtes, in igne detineretur, nec ſic conſumi videretur, receſſerunt veſpillones, grande miraculum ſecum portantes. AMMONITIVS. Mira res valde & non ſolum nobis, ſed etiam omnibus legentibus eam. Proinde & ego charitatem tuam admoneo, vt ex ea parte ſtudioſius aliquid eliciatur, quod ædificet audientes, pariter & hæc ce legentes. COLLECT. Quamuis non ſim dignus dicere & ſcribere iſta ſeu huiuſmodi varia rerum opilia, quæ ſpectant magnorum virorum opera mirabilia, tamen me in hac parte minime ſubtrahere cenſeo obedientiæ ſacramento, & in quantum Deus concedere dignabitur, fraternæ dilectionis condimento. Neq; enim hæc aliter deſcribere propoſui, niſi vt fidelium proſint ædificationi. Sunt qui putant propterea cor Preſbyteri, non poſſe igne conſumi, quia dum viueret, conſcientiam non haberet, quæ rea foret gehennæ ignis, excepta communi fragilitate generis humani. Quidam autem dicunt peccatorem
4. Cor. 3. ſaluum factum eſſe ſecundum Apoſtolum, ſic tamen quaſi per ignem. Ego vero affirmem, ſi vera ſunt, quæ de illo accepi, & quæ in verbo beati HIERONYMI olim ſtudioſus legi, omnia peccata martyrio certiſſime deleri. AMMO. Quia martyrium nominaſti, & quia ſunt nonnulli, qui æſtimant eos martyres eſſe, qui cuiuſcunq; generis pœna plectuntur, & ad oppetitionem propelluntur. Aliiq; ſunt, qui è contrario autumant, eos penitus perire, qnos more mortalium per ſtrangulationem, ſiue per aquarum ſuffocationem, ſeu per incendium, & alterius generis profligatio-

gationem, contingit repentinam mortem obire: quod sit martyrij verum genus & certum, vellẽ te referente perdiscere. COLLECTIT. Puto huicinquisitioni, satisfacere testimonia sacræ scripturæ, quorum alterum est: Iustus quacunq; morte præuentus fuerit, in refrigerio erit? *Sap. 4.* Alterum quidem: Non facit martyrem pœna sed causa. Inde enim & tu colligere potes, quia verum & certum est, genus martyrij, hominem non à semetipso, sed ab aliis propter iustitiam occidi. Hoc enim Euangelica veritas affirmat quæ in aures fidelium clamat: Beati qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam. *Matth. 5.* AMMONI. Solutioni quæstionis, quam præceps promoui, ô Collectici, satis vehemens occurristi: veruntamen testimoniis prolatis, bene ministrasti non ingratis. Nunc ergo conuenit, vt edicas, qualiter prædicta res ad hoc peruenerit, quo reus tantæ factionis coràm emerserit. COLLECT. In modum ductilis ceræ habebis me temperatum, si bonum in fructum progredi poterit, quod ab homine peccatore seminatum fuerit. Erat quædam causa culpabilis & criminosa de cuius obiectione, clericus qui prædictum sacrilegium & homicidium perpetrauit, atq; pessime abscondit, se sacramento expurgare debuit. Sed omnino id efficere non potuit. Nam clericis, qui cum eo super obiecto crimine coniurare voluerant, neq; per aquam neq; per ignem fidem facere quiuerat. Tunc miser totus volens in præcipitium ire, tandem in hanc vesaniam obstinatę mẽtis prorupit, vt perceptione corporis Dominici sub periculosissima præsumptione crimen suspectum à se gestiret auertere. Cui pernicciosissimo periculo sapienter obuians Episcopus, quia certior fratrum relatione cognouit, eundem clericum talium non esse morum, vt ad tantum permitti deberet & accedere iudicium; iussit eum sub arcta custodia interim constrin-

gi, dum sano consilio deliberaret, quid de illo fieri oporteret. Tunc vndiq; secũ, anguſtiis ſeptus, è latebra reæ conſcientiæ producens male abſconditum facinus, confeſſus eſt, ſe ob accuſationis timorem, præfatum Preſbyterum ſtrangulaſſe, ſimul & ſuſpendiſſe, ac propterea ex obiecto malo purgari nequiſſe. Quod vt audiuit Epiſcopus, ſequeſtrauit eum de clero, ac priuauit ordine ſacro, auctoritate paſtorali, præcipiens illi, ſummo conamine pœnitentiam agere, laqueisq; diaboli ſe ſic ſubtrahere. AMMO. Primum oportet vt Deo gratias & laudes dicamus in commune omnes, quia ſacri ordinis infamiam, quæ de morte prædicti ſacerdotis importune prorumpens, nonnullorum ſenſibus haud paruas ignorantiæ ſiue horroris tenebras offudit, ſub falſitatis fuco diu latitare minime permiſit. Exin ob facinus tantum, dolore intima pungente, cogimur eiulando dicere: Heu quàm grande malum operatur æquitatis odium, quod adeo ſuadente diabolo, in præfata perſona exarſit, vt diſcipulus peruerſus non ſolum nequiter inſequeretur magiſtrum, ſed etiam peſſimè necaret Preſbyterum. Imo quod peius & grauius eſt omnibus maligni verſutiis, ſuſpendio corporis exanimi ſtrophosè ſimulauerit, ipſum qui ſuſpenſus erat, ad exemplum Iudæ homicidam fuiſſe ſui. Ecce in palam proceſſit, quod de abſconditis peccatorum ſacra ſcriptura prodit: *Iob. 31.* Abſcondi tanquam aurum peccata mea, & celaui in ſinu iniquitatem meam. Quæ ira odioq; onerata non ſolum periculosè aliquando craſſeſcere, quin etiam pernitioſiſſime ſolet indureſcere, ſacro eloquio teſtante ac dicente: Inueterata ira odium parit, odium vero interficit. Cuius venena ſi homines corporaliter inſpicere valerent, à quo infundi ſolerent, proculdubio nimium inde abhorrerent. Quod ſi alicui euenerit, vellem à charitate tua hic inſertum

fertum iri. COLLECT. Sicut charitas cooperit multitudinem peccatorum, ita è contrario ira & inuidia dilectionis obliuiscens, naturaliaq; bona malignè consumens, & per varias occasiones coaceruans dissensiones & offensiones, pertrahit odium vsq; ad homicidium. Quod grauissimum super omnia malum, semper occultè diabolicoq; instinctu inter cætera suarum artium molimina suggeri nemo dubitet. Interdum verò sator nequissimus, quia inter homines manifestè discordiam & cætera maleficia in tantum seminare soleat, vt etiam per ea multi intereant, nisi quis. DEO donante, conuersus resipiscat, ac de satanæ aucupio per pœnitentiam euolans, vix ita illius pertinaci visco se subtrahere queat, & si non omnes, tamen qui non ignorent existunt quam plures. Cæterum quo dilectioni tuæ meapte satisfiat, præsenti capitulo super huiuscemodi re conueniens exemplum proponam, arq; sequentia humiliter colligendo supponam.

1. Petri. 4. Prouerb. 19.

Fuit quidam PAPIÆ miles, cuius nomẽ iam in cœlo scriptum pia sperat fides, qui vt relatu cognoui domini ARDERICI VERECELLENSIS Episcopi, postquam manus adulescentiæ sæcularibus implicamentis, ex more humano detentus est & adstrictus, nec non per plures annos cum armis militaribus, se satis strenue inter commilitones exercuit; filiosq; iam procreauit, tandem in se reuersus, atq; à sæculi vanitate conuersus, cingulum mundanæ militiæ, apud Sanctum PETRVM in eadem ciuitate deposuit, & sub monastico habitu, stigmata crucis baiulare desiderans, Christo regum regi cœpit militare. Cuius filius miles & ipse strenuus, domi à patre familiaris rei hæres derelictus, tantis, per quendam AGINVLFVM, Palatini scilicet Comitis fratrem germanum, appetebatur inimicitijs, atq; insidijs, vt limen domus propriæ minime auderet excedere.

Cuius rei gratia idem qui post militiam factus est monachus, pietate plenus, ex permissione Abbatis, sub cuius regimine degebat, misit legatum, ad virum prænominatum, rogans, vt ob reuerentiam S. PETRI ad se minus pigritaret venire: Qui quamuis aliquantulum veritus esset religionem viri Dei, tamen non humilis, sed tumidus aduenit. Ante quem cum vir Dei in modum CRVCIS esset prostratus, atq; ab eo non sine admiratione fuisset leuatus, humillimè dixit ad eum, Quæ vtilitas tibi senior bone, in illius filij mei sanguine, quem tantopere cupis interfectum iri à tuis? Ego pauper seruus seruorum Dei & tuus, rogo te, vt per misericordiam domini nostri Iesu animum tuum ab incepto retrahere velis; & misero qui dignitati tuæ resistere non potest, parcere digneris. At ille rancore superbiæ elatus, atque inimici stimulis exasperatus, iuramento sacramenti affirmat, vitam propriam non libentius velle tueri, quàm hoc vel per se vel per suos efficere, vt eius vita, pro quo tam obnixè homo Dei supplicabat, possit extorqueri & extingui. Tunc humilis monachus magis pro eo quàm pro filio, lachrymis infusus ait, Eia eia domine AGINVLFE, quàm libenter & quam necessario vellem, si peccatis meis Dominum rogare auderem, vt tu videres hunc, cuius per suggestionem, homicidij amaritudo adeo tibi dulcorata est, quo nec ob misericordiam Dei, neq; ob reuerentiam Beati PETRI, à tanto malo velis inhiberi. Confido in Domino, quia si illum videres, animum sine dilatione mutares. His & huiuscemodi dictis & auditis, abijt qui vocatus venerat, mentis obstinatæ secum onus portans. Verum proxima nocte sensit per Principem tenebrarum, mortisque ministrum, quod faciendum proteruiter decreuit, quàm foret sinistrum. Nam in prima vigilia noctis, ipso AGINVLFO cum coniuge sua in lecto decubante, & pedisse-

quis

quis puellaribus in conclaui iam strata fouentibus, nec non præ foribus cubicularijs excubantibus, subito apparuit Æthiops ad fornaculum stans, qui lignis ad prunas iam partim emortuas appositis, ignem afflando succendit, atque terrorem cum stupore horribiliter his qui aderant incussit, nec non pene omnium hæc intuentium vires eneruans adeo excussit, vt cum necessario loqui, atq; signaculo CRVCIS vel fidei munimine signare se vellent, non solum hoc proficuè facere nequirent, sed nec saltem mutire possent; excepto quod per totam noctem miserabiliter vlulabant, dentibusq; incessanter stridebant. Tunc dominus domus ipse videlicet AGINVLFVS videns diabolum cominus stantem, & quasi ad focum se calefacientem, timuit valde, ne is, qui ex improuiso aduenierat, niger, hispidus, horridus hospes, potestate desuper data, se intra domesticos parietes è medio raperet, & infelicissime cum filiis gehennæ suum ex aduena domesticum faceret. Quid ageret? quid consilij caperet? maximis implicatus angustiis, quod horrendum vidit, effari minimè quiuit. Omnes personæ illius clientelæ trementes dolebant in commune, vnam eandemq; pœnam patiebantur vniuersi, sub mortis comminatione. Tandem interiore homine arcanum sacræ fidei rememorante, cœpit cordetenus psallere: iam enim didicit psalmos, non illa nocte per officium oris verba proferens, sed totam vim corporis & animæ cum silentio vsq; ad lucem in Deum conuertens. Tum psalterio non externa sed interna cantione, à principio vsq; ad calcem perlecto, clementia illius, qui tollit peccata mundi, vix cum suis ab infestatione diabolica meruit liberari, atque Christiani sensus magna potentiq; gratia reuisitari. Qui solis iubare terras relustrante per verba coniugis audiens, commanentibus, grande periculũ incubuisse nocturni timoris,

dixit, Non ignoro propter peccata mea malum hoc accidisse, quod tot homines contigit per totam noctem grauiter laborando insimul vidisse. Idcirco ad virũ Dei, quem hesterna die superbè contempsi, hodie mihi humiliter repedandum noui. Et confestim pergens quo eundum decreuit, aduocato viri Dei nato, solotenus coram eo prostratus, pœnitentiã egit, super eo, quod priori die adeo inexorabilis extitit, nec non pacem vltro ei obtulit, cui eam dare prius etiam rogatus recusauit. Cuius rei gratia homo Dei lætificatus, omnipotenti magnificas grates retulit, & nihilominus omnis plebs vt audiuit, humanæ duritiæ mollificatori laudes dedit. AMMON. Placet mihi fateor sententia, quam ob prodendam simul & cauendam suggestionis diabolicæ malitiam proximo descripsisti capitulo, quæ vt videtur meæ paruitati, non inconuenienter visio viua potest dici; quia per eã inimicus homo, à morte proximi est prohibitus, atq; viuus cum viuo, in gratiam communis humanitatis viuaciter est reductus. De cætero, quod insidet animo, dilectioni tuæ consilium do, vt præsentis dialogi claudas librum, ne forte vnius voluminis probabilem excedat modum. COLLECT. Quamuis mihi non sit pro magno, diiudicari ab homine vel ab humano die, tamen ita tuæ charitati meapte probum videtur, consensum iri, vt narrationis gressibus in GALLIAM pergens, primum in ea factum tangam aliquod q, legentibus, & audientibus vtile sit, dein tendam ad voluminis finem, quatenus ibi feruor dictandi & scribendi, ad tempus quiescat, siue decalescat, vbi sol quotidie ad occasum vergens, mundo absentia sua, noctis tenebras infundendo, quodammodo ardere seu lucere mortalibus cessat.

Erat quidam nobilis homo habitans in GALLIARVM regno, qui se assiduè in venatione inter alia exercens,

cens, die quadam quem necessarium habuit ad domum reditum protraxit vsque ad diei noctisuè crepusculum. Tunc illius canibus, vulpeculam solito insequentibus & ingressis cuiusdam cauernulas montis, dominus & senior valde dolens super interitu eorundem canum, quia non poterant videri neq; audiri, misit de suis militibus atq; comitibus, qui sibi de proximis villis, ignem cum lumine afferrent, pariterq; funes cum longis ordinibus deferrent, quibus cauitatem montis descendentes intrare valerent. Cumq; vnus ex illis, qui post ignē & funiculos missi erant, per foramen intraret, & intus diu nimiumq; erraret, tandem ad buccinam cornicinum, quæ interim foris persultabat vix reflectens iter ad dominum repedauit suum, & dixit ad eum, Domine ista montana sunt omnia caua, ac horum interiora videntur quasi regio deserta, & nisi mihi tu apte adiutores dentur, qui funes cum ordinibus trahant, & per saxorum asperitates sustentare illos minus fastidiant, certisq; spaciorum locis diuisi vigilantissima, me cum lumine præcedentem, præstolentur custodia, nec quem mittis vltra videbis, & tamen canibus in æternum carebis. Non enim spero me ex tot anfractibus posse redire, nisi DEO concedente contingat paruitatem meam cum funiculorum attrectatione continua salutem concambire. Quid multa? Eodem momento cum his, quos in adiutorium petebat ingressus est vir denuo & aliquandiu restium ducatu incedēdo moras perpessus est exosas, quamuis, vt exitus rei probauit, non infructuosas. Nam cum luminis deportatione oppidoq; necessaria in id tempus administratione, angulum quendam horridum offenderet ac tenebrosum, aspexit duos homines cominus stantes & nihilominus lapides cum tribulis ferreis horribiliter flagellantes. Tunc inuestigator canum, ob insolitam visionem exterritus, moreq;

moreq; humanæ fragilitatis pene solotenus collapsus, fugam inire parauit. Sed cum prohibuit vnus ex tribulatoribus dicens, Ne fugias neq; paueas, quoniam per misericordiam Domini nostri IESV CHRISTI ad hoc huc missus es, vt dicam tibi quis sim, & cur hic in tanta tribulatione tot annorum euolutione, steterim. A quo, qui paulo ante per imbecillitatem extitit pauidus, audito Christi nomine, *factus* fortis & validus, sciscitabatur huiusmodi verbis proloquens, Quid tu hic? aut quare talis & tantus homo, quem in sæculo iudicialem & curialem cognoui, nuperq; in propriis laribus, bene valentem vidi, deputatus es in pistrinum & gurgustium huiusce loci? Notus est enim mihi locus habitationis tuæ, quam habuisti in mundo, sæpiusq; bonum conuiuium habui proprietatis tuæ in fundo, nec non hæreditatem natalium tuorum & vxorem tuam cum filiis, per notitiam satis commendaui meis animis, si tu es ille homo, cuius personam bene me dignoscere puto. Cumq; vocabulum quod in Baptismo acceperat, diceret, possessionumue nomina, in quibus habitauerat, adijceret, qui erat interrogatus, respondit, vt de hac vita sublatus: Ille ipse quondam ego fui, quem tu modo me fuisse dixisti; sed propter peccata mea pro purgatorio igne, ante multos annos huc sum deputatus. Quod autem vides non est caro sed spiritus. Miror vero valde si adhuc aliquis meorum viuat, aut in sæculo in quo cuncta veterascunt, & deficiunt superstes esse valeat. Contra subiunctum est à respondente, sermonis complice. Ego quoq; satis mirari nequeo, cur annos dixeris, cum hodie obitus tui sit dies septima, & cras illucescat octaua. Vxor tua viuit & filij tui in sanitate manent, quod non fallax profero, sed veridicus; quia eos vidi nudiustertius. At defunctus respondens infit, Non mihi videntur septem vel octo dies vsq; modo

post

post mortis articulum, sed credo in me sęuisse annorum octoginta pœnale periculum. Proinde rogo te in nomine Iesu Christi Saluatoris omnium, ne meam spernas miseriam; sed quantocius ex legatione mea meis dicas, & annuncies, vt si me velint redemptũ iri, reddant iustis hæredibus prædium, quod olim peruerso scabinionum iudicio ab inualidioribus abstuli. Quod si non fecerint, p certo scio, me vsq; in diem iudicij, de pœnis haud exiturum fore. Sin verò satisfactum fuerit postulationi meæ, spero vincula mea non diu teneri, sed extemplo absolui. Et hoc illis & tibi signum redemptionis meæ certissimum, si recurrens huc aduenieris, & me hic non inueneris: sicq; cum salute ad propria regredieris. Est & aliud signum præ manibus, quod tibi ablq; dilatione monstratur in canibus. nam habebis eos penes te, qui inprimis reuersi essent, nisi ad nutum Domini in hoc loco subsisterent. Eadem hora cum canes aduentassent, regressus est homo & præsentia canum placans dominum suum, cum festinatione ibat ad viduam, & ad filios illius, quem nouiter allocutus est defuncti, ac indicabat illis, quæ audierat & viderat in abditis montis. Qui mox flentes pro malo, quod factum est, pœnitentiam egerunt, nec non eleemosynis animam redimere festinarunt, reddentes prædium eis, de quibus mandauerat, qui erat in pœnis. Tunc rogatu omnium recurrens homo ad montem vbi promissum speratæ absolutionis accepit, per immensæ pietatis fontem, ne sibi solitudo & tenebræ terrori essent & horrori, assumptis comitibus cum lumine intrauit, & alterum prædicto signo absolutum inuenit, & alterum in castigatione derelictum, non solum vidit, sed etiam inuidit. Exiens vero inde inter fideles diuulgare studuit gratiarum actiones. Ammo. Quid sibi vult hoc, quod in purgatoria castigatione tribulæ ferreæ sunt visæ, ac ex-

hibita lapidum flagella, nec non duorum parium, alter est ibi relictus, alter quidem per absolutionem est inde sublatus? Quæstio siquidem & admiratio super huiusmodi rebus digna, certa expectat absolutionis signa. COLLECT. Si velles, o Ammonici, contentus esse tempore prisco scriptis, lectis, & dictis in talia, quæ de talibus rebus inueniuntur edita, credo tibi posse absolutionem sufficere, quã beatus GREGORIVS in dialogorũ libro sciscitationibus Petri satisfaciens, de talibus visionibus, plano sermone olim scribendo exposuit. Nunc verò quia improbitatem tuam aliter auertere non possum, dicam breuiter quid mihi de
Sophon. 1. his videatur. Benè quoq; & conuenienter tribulæ visæ sunt, secundum id, quod Propheta testatur dicens: Tribulabitur ibi fortis. Quod autem peccatores laborare visi sunt in saxorum flagellis, manifestissimè increpat duritiam humanæ prauitatis. Cui Psalmista minatur dicens: Multa fla-
Psalm. 31. gella peccatoris. Quod verò vnus per gratiam est assumptus & alter per Iudicis iustitiam in pœna est derelictus,
Luc. 17. optime conuenit Euangelicæ sententiæ, qua designatur trifarium genus hominum, domino dicente: Erunt duo in lecto vno, vnus assumetur & alter relinquetur. Erunt duæ molentes in vnum, vna assumetur & altera relinquetur. Erunt duo in agro, vnus assumetur & alter relinquetur. AMMO. Solutio triplicis quæstionis tam per breuitatem quàm per vtilitatem sui admodum placet sensibus meis. COLLICT. Et humilitati meæ placet, in nomine Sanctæ Trinitatis claudere librum, quia sol cum fine breuis diculæ iam petit occasum. AMMO. Feliciter. Amen.

FINIS.

VITA

VITA SANCTI LAMBERTI MARTYRIS ET EPISCOPI TRAIECTENSIS.

AVCTORE

ANONYMO QVIDEM, συγχρόνῳ TAMEN SANCTI LAMBERTI.

ITEM

REVELATIO SANCTI LAMBERTI MARTYRIS.

EODEM AVCTORE.

Nunc primum è m. s. membranis edita.



IN CHRISTI NOMINE INCIPIT PRÆLOCVTIO VITÆ VEL OBITVS SANCTI LANDEBERTI Pontificis, qui passus est XV. Kal. Octobr. in villa nuncupata Leodio.

SI Pagani per figmenta, sæua & nefanda plurima mendacia codicibus suis commendare studeant, vt eorum, qui narrant, & de quibus narratur, vana gloria discurrat; cur nos Christiani salutifera taceamus per Sanctos suos gesta miracula Christi? Cum vel tenui sermone eorum possumus pandere virtutes. Et quamuis tantæ rei narrationi, id est, vt S. viri Lantberti Pontificis opera loquamur, indigni videamur, tamen Christi caritas poscit, vt conuersationem vitæ eius, quæ ab adolescentia sua plurimis comperta fuit, & per viros prudentes cognita firmatur, Deo adiuuante narrare conemur. Plenissima igitur deuotione, & multorum precibus coactus, non leporem animosi sermonis inquirens, sed in publicum sine verecundia incultum sermonem promens, cursum vitæ eius, & glorioſam Martyrij palmam, sicut per fideles viros & idoneos testes ad nostrum peruenisset auditum, effaritentabo; vt cui vita est cũ Christo in cœlis, eius memoria celebretur in terris: præsertim cùm traditione Ecclesiastica, & Apostolica admonemur auctoritate, vt Sanctorum vitas iustas, & virtutes plurimas commemoremus; sicut scriptum est: memoria iustorum cum laudibus. Et vt est illud: Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mundi. Ergò dignum est, vt quotiescunq; Sanctorum Solemnia curriculo anniuersario celebramus,

Prouerb. 10. Eccli 44. Hebr. 11.

mus, ex eorum gestis aliqua ad ædificationem fidei Christianorum conuenientia in Domini laudibus recitemus. Quoniam reuera Christiani muneris est, quidquid in Sanctis eius laudabile inuenitur. Igitur sancti ac beatissimi Antistitis Lantberti, annuente superna gratia, quamuis imperito sermone & impolita loquela, vitam & virtutes exordiri procuro.

FINIT PROLOGVS.

INCIPIT VITA.

GLoriosus LANTBERTVS Pontifex, oppido TRAIECTENSI oriundus fuit, & ex parentibus locupletibus secundum sæculi dignitatem inter PRÆSIDES *venerãdos, & religione Christianissima altus est. Ipse autem in pueritia formosus & nobilis erat in gẽte & in progenie sua, electus atq; benignus crescebat inter famulos atq; cognatos suos, vultu fulgente in omni affectu pollebat. Eminente autem ætate cùm vidisset pater eius filiũ à cunctis dilectum, & tantam illius in religione industriam, exultabat & gratias Deo agebat. Igitur à prima ferè ætate tradidit eum viris sapientibus & historicis sacris literis edocendum. Ille verò cum magno studio officio lectionis assiduæ adhæsit, & velociter ipsum consummauit. Cum autem imbutus fuisset à prudentissimis viris, reuersus est ad domum patris sui; & pueritiæ annos excedens, æuum adolescentiæ cum magna solicitudine exercebat, & quotidie in bonis operibus crescebat, & spiritus sapientiæ & gratia humilitatis in eius vultu resplendebat.

* al. venerãdus.

Eo tempore diuinę dispensationis prouidentiâ, Summus Pontifex THEODARDVS oppidi TRAIECTENSIS Cathedræ Pontificali præsidebat. Protinus pater eius cõmendauit

dauit eum præfato Antistiti, diuinis dogmatibus & monasticis disciplinis in aula regia erudiendum. Postquam autem ipse adolescens per doctrinam THEODARDI sapiens effectus esset, virtute adultus, aspectu amabilis, colloquio affabilis, rectam in operibus conuersationem habens tàm cũ Pontifice quàm in domo regia militare cœpit ita vt omnibus hominibus sine personarum acceptione doctrinæ lucifluos riuos effudisset. Et cum iam esset forma præcipuus, fortis, & velox, agilis multum, firmus in bello, animo clarus, specie ornatus, caritate & castitate atq; humilitate fundatus, omnibus curis sæcularibus prætermissis, operi tantum lectionis vacabat. Et tantam gratiam in conspectu Pontificis inuenire promeruit, vt si secundum institutionem Canonicam licitum ei fuisset, eum quasi filium, hæredem & successorem eligeret atq; optaret.

Interfecto autem prædicto Antistite THEODARDO copiosa multitudo virorum in regione illa habitantium, & cognoscentium prudentiam, & fidem, opera atq; conuersationem nobilissimam Sancti Lantberti, clam de eo mutuo eligere eum ad Pontificalem Sedem disponebat. Ergo optimates & illustres viri, qui eo tempore rectores Palatij videbantur, glorioso HILDERICO Regi famam Beati Lantberti innotuerunt, & actus eius non silentes, sed testimonium de eis perhibentes, persuaserunt, vt quia dignus erat sacerdotio fungi, & onus Pontificale accipere, in loco Episcopali ordinaretur. Habuitq; effectum eorum petitio, & libenter obtinuerunt, quod deuotis mentibus postulauerunt. Tunc per totius plebis in spiritu Sancto vnum consilium & simul Regis imperium, fauente Domino, à quo iam dudum electus erat, subrogatus est, vt præesset Ecclesiæ TRAIECTENSI. Ipse quoq; officio suscepto, timore Domini repletus, opera bona quotidie multipli-

tiplicabat. Porrò Rex cum almitatem & prudentiam eius cognosceret, diligebat eum præ omnibus Pontificibus & optimatibus suis; & cum eo summum tenebat locum: Et non sine causa, sed merito regiæ dignitatis & summæ sapientiæ & sanctæ religionis ab eo electus fuit. Nam LAMBERTVS Pontifex consilio validus, & omni sapientia doctus, & religionis celsitudine præditus, statura procerus, facie decorus, cæsarie formosus, oculis fulgidus, manibus pulchris, cum digitis longis honestus, carne candidus: & quid plura loquar? à planta pedis vsq; ad verticem capitis irreprehensibilis erat.

Sed postquam glorioſus HILDERICVS ab impiis & crudelibus carnificibus interfectus fuit, tunc omnium bonorum inuidus, cum aduersariis sæuissimis, iniqua & falsa consilia machinantibus, vt eundem Sede Pontificali eicerent, contra Beatum virum festinus insurrexit. Et ita eius & eorũ prævaluit iniquitas, vt eum absq; causa & sine culpa de Sede sua deponerent, & honore debito priuarent. Postquam autem talia peregerunt, FARAMVNDVM in cathedra illius constituerunt. Tunc electus DEI Lambertus Pontifex consilio diuino admonitus perrexit ad monasterium, quod vocatur STABOLAVS: & nec amplius, quàm duo pueri in eius obsequio permanserunt: Vnus autem ex ipsis nomine THEODOHENVS multa nobis de vita & operibus eius solitus est enarrare, qualiter deuotione intentissima per annos septem ibidem vitam sanctam & angelicam conuersationem in laboribus, in ieiuniis, in vigiliis, in orationibus, in charitate, in longanimitate, in omni puri cordis custodia exegit, & Sanctorum exempla imitatus est. Pater autem Monasterij & omnis congregatio cum magna pietate atq; benignitate diligebat atq; venerabatur illum. Nam constantiæ virtus magis magisq; in

eo

eo fulgebat. Et dum vir venerabilis Lambertus Episcopus in præfato Monasterio moraretur, consueto more in medio noctis expergiscens, contigit, vt solus ad orationem sancto studio pergeret; porrigens manum arripiensq; scandalia, alterum eorum de manu eius in pauimentum cecidit, & vsq; ad auditum sonum effecit. Hoc audiens pater Monasterij, nescien s, quis hoc egisset, ait, Quisquis istum sonum fecit, statim ambulet ad CRVCEM. Tunc Sanctus vir religiosus illico obedientiam sine mora secutus, nudis plantis, pedibusq; discalceatis, & aspero cilicio indutus, clam de lecto exiliens, festinus vsq; ad CRVCEM cucurrit. In illo autem tempore brumalis circulus nimio frigore & glaciali niue algescebat. At ibi DEI famulus immobilis persistens, & erectis manibus, inflexibilia brachia extendens, & psalmorum cantus efficaciter exercens, nimia aëris tempestate constrictus, inuictus miles in magno labore persistens morabatur. Interea nix vsq; ad talos ipsius peruenit. Dominus autem, qui cuncta gubernat, & omnia, antequam fiant, præuidet & scit, serui sui non immemor
Psalm. 42. misertus. Nam dum in quadragesimo primo psalmo hunc versiculum cantaret, id est, Quando veniam & apparebo ante faciem Dei, hoc per Dei clementiã contigit, vt in illa nocte gallorum cantus citius, quàm vt singulis quibusque noctibus solebat, audiretur. Et nec mora, Fratres monasterij, pulsato signo ingredientes ad vigilias; & Officio peracto festinanter de templo exeuntes, ac nimio frigore compulsi frigescentia corpora calefacere cupientes, domum introgressi sunt; interea dum athleta Dei fortius certando, & in orationibus assiduis laborans, iuxta Domini CRVCEM fixus perstabat. Tunc pater monasterij requirens inquit: An habemus omnes fratres nostros? At vnus è fratribus respondens dixit ei; Ego te hac nocte de alio sonum facientem iudican-

dicantem audiui, vt de eo, quod incautè egit, iuxta CRVCEM pœniteret; sed prorsus quis esset ignoro. Adhuc illo loquente alius de fratribus intrauit dicens, Verè dominus Lantpertus hac nocte lõgo temporis spatio iuxta CRVCEM discalceatus perseuerat. At ipse Abbas tremiscens conuersus ad fratres dixit, velociter ite, & pedibus eius corpora vestra prosternite, & vt ad nos veniat, humiliter postulate. At illi mox currentes, iuxta CRVCEM stantem inuenerunt. Ipse verò dominus Apostolicus capite & humeris & toto corpore niue contectus, respondens eis talia verba promebat: Cor contritum & humiliatum Deus non spernit, & reliqua. Illi verò, qui missi fuerant, postulantes dixerunt: Domine quasi legati pacis ad vos missi sumus. Pater enim noster communis obsecrat, & fratres omnes deprecantur, vt ad illos pergatis. At ille obedienter & humiliter precibus eorum consensit: & postquam in comitatu eorum in illam domum, in qua fratres erant, introiuit, statim Pater Monasterij simul cum Monachorũ agmine ad pedes Pontificis prouolutis genibus veniam postulans ait: Ignosce mihi Pater, & secundum clementiam tuam indulge; quia nesciens peccaui, quod sic insipienter egi: da indulgentiam tuis deuotis famulis. At ille respondens dixit: Si vos insipienter & imprudenter fecissetis, ego à Deo indulgentiã postulassem & vobis libenter cum caritate debita vestra ex toto corde dimisissem: Quia verò secundum regulam Ecclesiasticam, & secundum Monachorum instituta rectè iudicastis iuxta possibilitatem virium meatum, veluti seruus inutilis vestris obtemperaui præceptis. Nam sciebam quod secundum exemplum Pauli Apostoli frigori & nuditati & seruituti corpus meum subijcere me oportet. Ipse enim dixit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum. Et rursum: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Psalm. 50.

2. Cor. 11.
1. Cor. 9.
Actor. 14.
Roman. 8.

Nam quantum in hoc ſęculo flagellis atterimur, tantum in futuro gaudebimus. Et ideo nullus labor durus, nullum tempus longum, quo vita æterna acquiratur. Continuo fratres oſculantes manus eius & pedes, balneum & alia indumenta, quaſi ad aliquod corporis eius ſolatium pararunt; & ad inuicem mutuo talia verba dixerunt: Dominus nobis in hac nocte pro eius augenda gloria, & pro lucris præmiorum promerendis, hæc opera oculis hominum abſcondita, ſed obtutui diuino manifeſta nota facere voluit.

Poſt ſeptem verò annos expletos FARAMVNDVS de Sede Pontificali & de prouincia TRAIECTENSI depoſitus & repulſus eſt. Tunc agmina clericorũ, & vulgus promiſcuum populorum & plebium ſubmiſſa voce & deuotis precibus precabãtur, vt paſtorem eorũ, id eſt, dominum LANTBERTVM recepiſſent. In illo tempore PIPINVS princeps in plurimis regionibus & ciuitatibus Europæ regnans, auditis operibus beatiſſimi viri, ſub vnius diei articulo iuſſit eum cum magno honore ad propriam ſedem reuocari. Quanta autẽ exultatio vniuerſo populo fuit? Quales laudes & quantos hymnos ſacerdotes cum leuitis, monachorum agmina & vniuerſi clerici, laudem Chriſti vociferantes, aduenæ & peregrini, inopes & pauperes, viduæ cum pupillis in eius aduentu cantabant? Si per ſingula curram, longum eſt enarrare. Et quid plura loquar? Nam vt ſententiam eius concludã: omnis terræ FRANCORVM habitatores, quaſi vnum ex Apoſtolis ſuſcepiſſent, nimio cordis deſiderio lætabantur. Regreſſus autem dominus Apoſtolicus ad vrbem propriam, inſtitutionis ſuæ norma quotidie in bono creſcebat. Sed qualem ſe Deo exhibuit, qualemq; ſe Deo adiuuante pręſtiterit, quis digne explicare, vel quis tanta copia verborum inſtruere, aut quæ oratio tantæ affluentiæ vbertate exundans cuncta eius bona opera queat exequi? In lege enim

Domini

Dñi sine lassitudine persistens nulla cõuersatione noxia se coinquinabat. Actus suos oĩ hora præuidens & corpus suũ omni custodia conseruans oculum mentis in Dño semper defixũ habebat. Pedes suos ad Euangelizandam pacem di- *Roman. 10.*
rigens, consiliũ & opus suum semper ad Dñm conuertebat. Et sic fidelis seruus & prudens à dño terrestri cõstituitur, vt eius familiæ corporalia alimenta opportuno in tẽpore tribuat, sic ille populum sibi cõmissum omnimodis sacræ doctrinæ cibis & spiritalibus verbi Dei alimentis reficere curabat, ac subiectos suos à consuetudine peccandi omni corporis & animæ virtute retrahere nitebatur. Erat enim spiritu feruens, solicitudine impiger, operibus clarus, inter diuites & pauperes medius; non potentium personas, sed potius mores electos respiciebat. Et quantum vnumquemq; viuere sanctius videbat, tanto illum eminenti⁹ honorabat. Ipse quidem pauperibus cibum fœnerans, & vlnas ad dandum tendens, mercedem præstolabatur ex alto. Quando autem Monasteria visitabat, & populum diuino sermone exhortabatur, statim eleemosyna prędicationem sequebatur. Et quicquid pauperibus conferebat, quasi Deo obtulisset, lætabatur; illam Domini sententiam memorans, qua dictum est: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam *Matth. 5.*
consequentur. Cum autem vestimenta pretiosa ex more Pontificali pręparabantur, aliquoties deformibus & vilibus indutus erat vestibus. Quia vnde alij extolli, ex hoc ille se semper humiliare studebat. Sedile eius propriũ nunquam ornabatur. Sic itaq; animo forti militans, corpus & animam suam Christo subijciens à dextris & à sinistris bonis operibus se armans, & Christianæ doctrinæ propugnaculis omnes suas voluntates bonas muniens, honorem huius sæculi velut volucrem ventum & vanum somnium aut quasi euanescentem in auras fumum, sicutq; velocissimi fluminis

fluxum reputabat, subditos humiliter suscipiens, fratresq; delinquentes occulte corrigens & coram omnibus arguens, in prosperis & aduersis DEVM semper benedicens, omnia aduersa & pericula constanti animo patienter tolerabat, animi & corporis castitatem seruans, Christianorum plebi saluberrima præcepta præbens, vrbes & municipia sibi commissa Euangeliorum doctrina illuminabat; mirabilem quoq; errorem gentilium repellens, incredulitatis eorum frigus fidei calore fouebat. Itaq; in his omnibus coruscans virtutibus, rumor eius in omnes Europę partes per fideliũ ora volabat. Sicq; in fide gloriosus, in misericordia largus, in disciplinis strenuus, in seueritate iustitiæ terribilis, in gratia promptus, ad ignoscendũ paratus, in pastorali cura solicitus, cursum vitæ huius irreprehẽsibiliter peregit.

Quodam itaq; tempore TEXANDRIAM ingressus plurima idolorum templa & simulachra ibidem destruxit, atq; in Christi charitate securus & fidei feruore roboratus, quasi signifer belligerator omni timore ablato, fremitum Gentilium oppressit, & prædicato nomine Christi innumeras infidelium turmas, ad viam veritatis & ad fidẽ DEI conuertit. Illi autem, qui primum velut ferociſſimæ bestiæ eum discerpere cupiebant, postmodum Sancti viri bonitatem attendentes, in tanta mansuetudine & fide Christi, vt ipsum imitari optarent, confirmati. Sicq; demum cælestia dona demonstrans, & euangelicos sermones prædicans, ceu radius solis partes illas illuminabat. Vsu itaq; barbarorum abiecto, fœtoremq; idololatriæ odore suauissimo, quasi ex aromatibus confecto repellens, cum omni auctoritate gentibus prædicabat, & semper suauissimam de his, quæ DEI sunt, allocutionem habens, Apostolicam normam in doctrina diuina seruans & recte arguens, clementer quod credebat docens, & quod docebat

bat implens, in vigiliis, in orationibus, in ieiuniis, in eleemosynis, conuersationem suam confirmabat. Hinc cursum consummans coronamq; iustitiæ expectans ante oculos eius semper dies vltima versabatur. Huiusmodi ergo Lambertus Pontifex studiis exercitatus, in omnibus eum diuina gratia comitabatur, & vberius bona opera perficiens, plura & maiora quam narrantur peregit, quæ nunc per linguam narrantis euolui nequeunt. Et cum iam Dominus sanctum Lambertum ad supernam gloriam vocaret, vt propter tanta opera dignam redderet ei mercedem, aduersus eum duo pessimi homines id est GALLVS & germanus eius RIOLDVS insurrexerunt, & seruos ac subiectos Traiectensis Ecclesiæ per praua opera & per nimiam malitiam, vt nullus sufferre potuisset, persequebantur. Cum autem de manibus eorum euadendi locus non esset, amici Pontificis ira repleti, tristitia constricti, magna calamitate compulsi, multis iniuriis oppressi, sicut meruerunt, eosdem interfecerunt. In illis autem diebus DODO proprius consanguineus eorum, qui interfecti fuerant, supradicti Principis PIPINI domesticus erat, & possessiones multas & in obsequio eius pueros plurimos habebat. Cum autem proximorum necem audiret, virorum fortium magnam copiam collegit ad præliandum; moxq; beatum Lambertū Pontificem interficere cupiens cum magno exercitu irruit, & ad villam, cuius vocabulum est LEODIVM, super fluuium qui vocatur MOSA, positam perrexit. Tunc autem gloria Pontificis & DODONIS pœna appropinquante, sanctus Lambertus in villa, quæ vocatur Leodium, relictis discipulis, sicut solitus erat, solus ibat orare; & totam spem suam in Domino ponens, psalmorum cantus & vigiliarum studia pene vsq; ad lucis ortum orando perduxit. Postea vero ad discipulos reuersus, ostiumq; domus in qua erat,

baculo pulsans dixit, Expergiscimini & exurgite, iam enim appropiat hora, in qua nos psallere Domino in matutina lætitia oportet. Fratribus itaq; ad eius primum sermonem surgentibus, tunc vna cum illis matutina compleuit obsequia; officioq; peracto ad domum regressus, pro tantis laboribus & pro multis bonis operibus, quæ semper ab infantiæ suæ exordio feliciter peregit, multas gratias Domino omnipotenti referebat. Et in ipsa nocte, sicut consuetus erat, vigiliis & nimia lassitudine grauatus in stratu suo paululum requiescere cupiebat; nec tamen diu soporatus, mox se ad orationem conuertens, in oratione commoratus multas Domino querulas effuderat preces. Mane vero aurora resulgente vnus (*quidam puer*) ex famulis eius nomine BALDOVEVS, cui vigilandi cura in ipsa nocte à domino Apostolico fuerat iussa, ad causam foras perrexit; qui mox turbam multam hostilis exercitus per turmas & cuneos venientem, nebulaq; sequente tectam conspexit. Et nonnulli de ipso exercitu dominum Lambertum sequentes, super ipsam domũ, in qua ille nocte habitauit, Dominicæ CRVCIS signum clarius aurora fulgens viderunt. At multitudo virorum ad bellandum præparatorum loricis, & galeis, clypeis, & lanceis, gladiisq; atq; sagittis cum pharetris præcinctorum, filium perditionis, DODONEM videlicet impiissimum armata præcessit? Et quem Christus inter lupos ferocibus dentibus ad deglutiendum rapacissimos misit, vt ouis mitissima ad immolandum ducta inuentus est. Cum vero DODO & sodaliũ eius plurima multitudo apropinquasset, sepibusq; ruptis & ianuis fractis intrare cœpisset, memoratus puer subito currens, Pontifice nec adhuc dormiente, quodq; ad agonem properaturus esset, nesciente, hæc quæ circa eum agebantur, nunciauit. Tunc Lambertus quasi fortissimus præliator, apprehenso gladio contra

hostes.

hostes suos pugnaturus accessit; & Christum cuius semper auxilium postulauerat, orans, & de altissimo eius adiutorio tacita mente confidens; nec mora gladium de manibus suis proiecit dicens: Si fugero, mortem deuitabo; sin autem perstitero, vincam, aut moriar; sed ne aliquando victoriam meam perdam, DEI ero. Melius est mihi in Domino mori, quàm in impios bellantes manus iniicere. Hæc eo dicente, ecce subito ad ostium domus eius impij venerunt, & lanceas suas in parietes domus defixerunt, & plurimi ex eis domum ingressi sunt. Tunc Lamberti duo nepotes id est PETRVS & AVDOLECVS surgentes, arreptisq; fustibus eosq; fortiter percutientes, mox ipsos fugā inire compulerant. Tunc Lambertus ad nepotes & ad iuniores suos ita loqui exorsus est: Si me sicut & ego vos diligo, amatis, Christum sicut & ego diligite, & inuicem peccata vestra confitemini. Me autem dissolui & cum Domino viuere oportet. Vnus autem ex nepotibus eius nomine AVDOLECVS ait ad illum: Domine mi an audis, quid ibi foris inimici DEI proclamāt? Ignem, inquiunt, iniicite, vt domus succendatur, & ardeant viui. Tunc Lambertus respondit, Persecutorum sæuitiam non timeamus; quia & ignis nostras iniurias vindicabit, & carnes eorum vsq; ad medullas consumet. In Deo faciemus virtutem & ipse ad nihilum inimicos nostros deducet. *Psalm. 107.* Tunc nepotibus suis ait: Recordamini, quod rei & noxij vos in crimine isto fuistis; nescitis quod DEVS peccatores bis non iudicat: non peccata inulta dimittit; sed quod iniustè tunc egistis, modo iuste recipite. Cur ad me vos venistis? In conspectu autem eorum manifestè ambulate; & quod per arbitrium vestrum deliquistis, per iudicium Domini recipite. Melius est enim carnes nostras ad lacerandum tradere, & manus nostras seruare innoxias, vt spiritus vestri perpetue salui fiant, quàm malum pro malo reddere.

reddere. Tunc vnus ex nepotibus eius nomine AVDOLE-
CVS respondit: Nunc meditare in lege Domini tui, & opus
eius quod feliciter cœpisti perfice; & sicut Dominus vult,
ita nobis contingat. Tunc sanctus LAMBERTVS arrepto
Psalm. 9. psalterio, ipsam primùm reperit sententiam. Quoniam re-
Matth. 23. *2. Paralip. 24.* quiret Dominus sanguinem sanctorum suorum. Sicut Za-
charias, quem intra templum & altare interfecerunt, ait,
Videat Dominus, & requirat; ita & iste inuictus & firmus
permanens talem versiculum inuenit: Quoniam requi-
ret Dominus sanguinem seruorum suorum. His autem di-
ctis, omnibus extra cubiculum repulsis, brachia sua in si-
militudinem CRVCIS extendens, & orationem cum la-
chrymis fundens, & corpus suum ad terram prosternebat.
Tunc subito carnifices peruenerunt, & domum ingredi-
entes, omnes quos ibi inuenire poterant interfecerunt.
Vnus autem ex ipsis intrans super tectum cubiculi, in quo
sanctus LAMBERTVS orabat, iaculo teli iugulauit eum.
Quo facto, felici cruore membris perfusis, beatum red-
didit spiritum. Ad cuius famulatum Angeli præstant ob-
sequium, & cum magna claritate & tripudio animam eue-
hunt in cælestem paradisum. Passus est autē sanctus LA-
BERTVS XV. Kal. mensis OCTOBRIS. Paucis itaq; famulis
eius euadentibus, corpus beatissimi LAMBERTI, in naui-
cula, sub vili tegmine coopertum, remiges vsq; ad sedem
Pontificalem TRAIECTENSIS Ecclesiæ perduxerunt. Hoc
autem magno scelere per oppida nunciato, quod domi-
nus LAMBERTVS Martyr effectus est, vniuersa regio con-
tremuit; & vehementer in pauore conuersa fuit, dicens:
& habitatores multarum prouinciarum mutuo loquebā-
tur: Si diutius in mundo habitaret multa bona per eū cre-
scerent. Nunc autem quia absentiam eius ferre non pos-
sumus, vt simul cum illo interempti fuissemus, optamus.

Et

Eahæc inter se conferentes, nullo modo à fletu abstinere se poterant. Hinc subito currente nuncio omnes plateas rumor compleuit. Vniuersi habitatores ciuitatis lugebant; omnes tristitia & metu repleti sunt; Proceres cum silentio amarissimè flebant. Ergo cum corpusculum ad portum peruenisset, atq; ex more de naui depositum esset, in feretro ad Basilicam sancti PETRI delatum est. Portò clerici cum hymnis, populus cum lamentis ibi excubias vicissim agentes, noctem peruigiles exegerunt. Crastino autem die, non audentes decoratum præparare sepulchrum, cum magno metu patris cadauer in tumba composuerunt; & magno saxo confestim coopertum est; ibiq; cum digno seruabatur honore, quod in fine resurget in gloria. Omnis pænè ciuitas in obsequium funeris ruit. Tali pompa Pastor cruorem fudit in fine. ANGELI autem DEI, custodientes monumentũ diebus ac noctib⁹ in ipsa Basilica psallentes, ad instar vocis beatissimi LAMBERTI, modulatione dulcissima resonabant; quos multi ex loci illius habitatoribus audiebant, & mirantes introire Basilicam cupiebant; sed nullo modo ausi erant. Et cum ad locum sanctum, vt certius auditu intelligerent, appropinquabant; mox voces psallentium paulatim resiliebant. Cumq; longius regressi essent, dulciter cantus resonabat. Sic famulatus Angelicus permanebat iuxta sepulchrum beati Pontificis, ac triumphalis Martyris permanebat: cuius spiritum beatorum chorus angelorum ad cælestis regni gloriam subleuantes cum lætitia & exultatione ante eximios Pontifices & candidatos Martyrum collocarunt. O ineffabilis potentia, ô Creator humani generis, quis tuam inuestigare misericordiam potest, qui tanta seruis tuis ostendere dignatus es, vt non solum animas eorum, sed & cadauera Angeli custodiant? Promissa tua redemptor seculi,

quis dubitare poteſt, qui humanum genus perire non permittis?

FINIT VITA VEL OBITVS SANCTI LANDEBERTI EPISCOPI.

INCIPIT REVELATIO EIVS, QVÆ FACTA EST, POST CIRCVLVM VNIVS ANNI.

POSTEA anni circulo expleto in viſione nocturna ſanctus LAMBERTVS theſaurario AMALGISILO, qui olim iudex eius fuerat, apparuit; & leniter cum eo loqui cœpit. At AMALGISILVS cauſam aduentus eius diligenter interrogabat. Sanctus autem LAMBERTVS reſpondens dixit; Viſitando Reliquias PETRI & PAVLI ROMAM adiuimus, & reuerſi ſumus. De inimicis noſtris, hoc eſt, de DODONE facere ſoliciti ſumus. Nam tempus eſt, vt debitum exoluant. Viſionem autem & verba huiuſmodi confeſtim opera ſunt ſecuta. DODO enim, qui primus & princeps necis LAMBERTI fuit, vltione diuina percuſſus, omnibus inteſtinis, putrefactis, foras proiectis, infelicem & peſſimam vitam finiuit, & in profundum inferni retruſus, cruciatus ſine fine perpetitur. Satellites autem DODONIS & conſanguinei eius crudeles, qui in opere & in conſenſu ſanctum LAMBERTVM peremerunt, tumultuoſo impetu inter ſe dimicantes inuicem ſe interfecerunt. Ille autem, qui ſpecialiter eum punxit, à germano ſuo crudeliter interfectus eſt. Alij autem ex eis à dæmonibus vexati, & diuerſis generibus vocum vlulantes, quæ humana natura contremiſcebat, audire Lamberti nomen ac auſcultare formidabant: & paucis ex eis, expleto anno, remanentibus, cæteri omnes peſſima & turpiſſima mor-

morte præuenti miserrimam & amarissimam vitam amiserunt; & in igne perpetuo, qui diabolo & Angelis eius præparatus est, pœnis & tormentis ineffabiliter cruciabantur: Sanctus autem Lambertus, insignis Martyr, palma victoriæ coronatus, cum Angelis & Archangelis & cum omnibus semper exultat in sæcula iustis. Matth. 25.

Suffragante Domino narrare volumus, quod nuper post aliquos annos, sanctus Lambertus per visionem, cuidam viro venerabili apparuit, vt sine aliquo cunctamine corpus suum ad LEODICVM deferretur: & hoc idem sacerdotibus & fidelibus viris, Deum timentibus, multis reuelatum est modis. Sanctus autem HVGBERTVS, qui quondam LAMBERTI discipulus fuit, quiq; illo tempore in hac regione Pontifex erat, auditis his miraculis, cum timore Dei festinans, ordinem rei diligenter inquisiuit; & cum omnia scisciatus esset, cum senioribus loci illius consilium iniens; & sciens, quod Dei nutu omnia reuelata sunt, iussit, vt corpus beati Pontificis absq; vlla dilatione ad locum prædestinatum cum magno honore deferrent. Præparauit etiam vestimenta ornata, quæ necessaria essent de sacratissimi corporis cura; & accessit cum multis sacerdotibus & leuitis & cæteris clericis psallentibus, & cum magna prætetea Christianorum multitudine, quæ circa beati Martyris corpus psalmos & hymnos & cantica, secundum diuinæ religionis ritum pia deuotione decantabat. At venerabilia membra Christi Martyris odore suauissimo flagrantia HVGBERTVS Pontifex solida & inlibata reperit. & cum timore & honore maximo de sepulchro eleuans, in preciosis vestimentis illa inuoluit. Ea quoq; quibus dudum fuerat indutus, sub sigillis cum magna cura reposuit. Hinc inde fratrum fideliter psallentium chori cum cymbalis canoris, organi sq; suauissima mo-

dulatione ſonantibus concinebant. Et hinc Angelorum agmina in excelſis pſallentium & omnipotentem Dominum de triumpho martyrij Lamberti laudantium, ab idoneis teſtibus viſa & audita ſunt. Porrò omnis plebs vario concentu & intermixto gemitu, antiphonarum quoq; ſonitu concinens, & præmagnitudine triſtitiæ vix hæc verba ſequentia explicare potuit: O paſtor bone, cui hanc plebem ſeruandam committis? O dulcedo pauperum, ô fortitudo debilium, ô illuminator gentium, noli deſerere nos, quos diuinis verbis, exhortationibus ſpiritualibus, ſicut pater vnicum filium ammonebas & conſolabaris. His autem dictis turba multa rectum iter carpens ſanctũ LAMBERTVM proſequebatur. Refocillata autem plebe in loco, qui vocatur NIVIALLA, contigit, vt alius pauper cæcus cupiens feretrum attingere, & lumen recepit, & cum magno gaudio laudes Dei vociferans, & gratias ei & Lamberto referens pergebat. Egreſſæq; inde turbæ corpus ſanctum in villam, cuius vocabulum HERIMALA, vexerunt. Dumq; ibi commorati eſſent paululum, ad augendam populi fidem, & ad famam ſancti accumulandam, inſtigante Domino, alius contractus in conſpectu populi allatus eſt. Qui cum aſpexiſſet feretrum, ſubito omnes compagines membrorum eius ſolidatæ & confirmatæ ſunt: atque illo LAMBERTVM proſequente omnis populus glorificabat Dominum. In præfatis autem locis, in quibus Dominus has virtutes operari dignatus eſt, à fidelibus & deuotis Chriſtianis Baſilicæ venerabiles in honore ſancti LAMBERTI ædificatæ ſunt. Poſt hæc turba vniuerſa cum ſancto ad optatum locum peruenit, ac omnes habitatores loci illius gaudentes ac exultantes, in occurſum deſiderati corporis exierunt; & cum honore magno ſuſceperunt, & dignam ei præparauerunt manſiunculam: quæ

Niuella.

Harualt.

opere

opere artificum mirabili & copiosa mole auri & argenti & gemmarum & lapidum precioſorum ac diuersis structuræ ſpeciebus in eundem locum à potentibus collatis, ita fabricata est, vt vix sermo narranti ſufficiat exponere. Ibique, vt decebat, vrbana & venerabilis mirifica memoria, hac prægrandis Eccleſiâ, compoſita est; ampliusq; quotidie deuoti Christiani eam veneranitur. Ibi cæci lumine recepto, leproſi plurimi ſcabie mundati, paralytici læſione corporis curati, à dæmonibus vexati reſipiſcentes, diuina largitate & gratia ſani efficiuntur. Sed ſi quis ſigillatim omnia mirabilia, quæ ibidem Deus per merita ſancti LAMBERTI aſſiduè operatur, vt geſta ſunt, nunc enoteſcere voluerit, faſtidium legentibus inrogabit. Pauca verò, quæ de vita & de virtutibus eius narrauimus, omnibus auditoribus fidem certam præſtare debent; dum hodie iuxta tumbam eius in argumentum rerum probandarum cippi fracti oſtenduntur, & plurimæ catenæ & compedes rumpuntur. Claudi greſſibus ſolidatis, & diuerſis infirmitatibus vexati, omni languore de corporibus & anima eorum ablato, incolumes ad propria loca reuertuntur. Dum autem in paruis præcedentibus temporibus multa quidem miracula ſunt geſta; quis modo digna æſtimatione comprehendet, quanta & qualia per prolixa temporum ſpatia gerenda erunt, dum nunquam iuxta beati præſulis atq; glorioſi Martyris tumbam vſq; in hodiernum diem ſigna & mirabilia fieri ceſſent, per auxilium Domini noſtri IESV Chriſti, qui cum Patre viuit & regnat DEVS in vnitate ſpiritus ſancti per omnia ſæcula ſæculorum,

Amen.

PANEGYRICVS VVIPONIS,

CARMINE SCRIPTVS AD HEINRICVM III. IMPERATOREM. CONRADI IMPERATORIS FILIVM.

NVNC PRIMVM EX CODICE MANVSCRIPTO AVGVSTANO EDITVS.

IN.

INCIPIT PROLOGVS IN *EPILOGVM REGIS.

* fort. legend. tetralogum.

DOmino Regi fide & verbis catholico, actibus glorioſiſſimo HEINRICO tertio VVIRO famulorum minimus ſuorũ, quod ros Hermon excelſo monti Sion. Psalm. 132.

Sanctæ pietatis tuæ acceſſibilis Celſitudo imbecillitatem meam facit, domine Rex, ad gratiæ tuæ deſiderabile culmen feſtinare: & ſicut ſtellio, qui nititur morari in ædibus Regis; ſic ego, licet omnibus modis obſcurus, claritatis tuæ gaudia tamen in ſcriptis meis deſidero frequentare. Et quoniam, teſtante Salomone, gloria eſt Regis inueſtigare ſermonem, feci tibi, domine mi Rex, hunc breuem TETRALOGVM, quo & curas inſomnes reipublicæ interdum leuigare, & animum ad ea, quę tibi perſuaſa ſunt, poſſis excitare. Eſt autem tetralogus quatuor perſonarũ ſermo. Ibi Poëta primum hortatur Muſas vt te laudent. Chorus Muſarum benedicit & laudat te Dominum Regem. Deinde Lex te alloquitur cum his conſilijs, quæ ſatis cõueniunt tuæ dignitati. Poſtremo Gratia miti affatu temperabit, ad quod te Lex ex iure incitauit. Ad hæc perlegenda ſit tecum legis & gratiæ mediator IESVS Chriſtus Saluator, cuius regnum & imperium non deficiet in æternum. Vale domine mi Rex piiſſime. Prouerb. 25. Proverb. 30.

EXPLICIT PROLOGVS.

POE-

POETA.

OCTÆ Pierides memorandas editæ laudes,
Dicite perpetuas Henrico deprecor Odas:
Regis & immensum diuturnent carmina sensum.
Huius res lætas millesima proferat ætas:
Hoc decus ingenij superet duo tempora mundi:
Dum mundus pereat, Regis sapientia viuat.
Si puer & iuuenis sic floruit omnibus actis,
Quos dabit hic fructus maturo tempore ductus?
Pangite; materiam Rex præstat laudibus aptam,
Vos dictate mihi, dictatum scripsero vestri.

MVSÆ.

Principio Regi benedicimus omnipotenti,
Qui caput est regum, quo gloria crescit eorum;
Qui Pater in Nato pariter cum Pneumate sancto
Lege sub æterna dominus regnabit & vltra.
Hunc pie laudemus, nam summam laudis habemus:
Hoc habeat munus, qui regnat trinus & vnus.
At Rex noster homo ditatus perpete dono
Tertius Heinricus, virtutum regnat amicus,
Alter post Christum regit orbem circiter istum.
Ipsum laudemus, nam causas laudis habemus.
Et PIVS HEINRICVS per nos modo sit benedictus,
Versibus imprimis repetito nomine Regis,
Vt quotiens sancti surgant pro Rege vocati,
Rex totiens Christo placeat de nomine mixto.
Rex Heinrice DEO regum charissimus esto.
Rex Heinrice piæ charissimus esto MARIÆ.
Rex Heinrice Duci dilectus sis MICHAELI.
Rex Heinrice polis splendescas fonte IOANNIS.
Rex Heinrice tuus sit ianitor æthere PETRVS.
Rex Heinrice boni te firmet epistola PAVLI.

Rex

Rex Heinrice tuos ANDREAS dirigat actus.
Rex Heinrice preces hos curet virgo IOANNES.
Rex Heinrice THOMAS te vertat in omne quod est fas.
Rex Heinrice tuus sit ductor ad alta PHILIPPVS.
Rex Heinrice pares IACOBI sint te redimentes.
Rex Heinrice DEO placeas tribuente MATHÆO.
Rex Heinrice tuam SIMON corroboret aulam.
Rex Heinrice piam THADDAEVS det tibi vitam.
Rex Heinrice Deum teneas per BARTHOLOMAEVM.
Rex Heinrice vias tibi præparet ore MATHIAS.
Rex pie cum STEPHANO sis lætus semper in alto,
Teq; pares Stephani benedicant ordine cuncti.
Rex bone SILVESTER tibi sit per sæcula dexter,
Teq; sui socij benedicant ordine cuncti
VIRGINIBVS sactis placeas ex omnibus actis,
Omnes te SANCTI redimant de crimine mundi:
Sit Rex sanctorum fautor tuus atq; tuorum.
Hæc tibi Rex Musæ cantamus voce sonora,
Atq; chorus noster renouat tua carmina semper;
Vt tibi laus crescat, dum Sol & Luna patescat,
Nos damus officium quo crescat gloria rerum,
Ex nostris donis manifestant verba Maronis,
Quid pius Æneas quid Turnus posset in armis,
Fistula Musarum Flacco dictauerat Odas,
Vt Mæcenatem fecisset laude perennem.
Hæc eadem docuit Lucanum dicere bella
Cæsaris & magni quæ durant vltima secli.
Ex nostris monitis callebat Statius auctor
Thebanos iuuenes miseris discernere flammis.
Nasonis studium totus recitauerat orbis,
Ex nostris curis ornauit scripta figuris.
Regibus antiquis laudes cantauimus olim

Et de Principibus scribendi creuerat vsus.
Nunquam sic libuit quenquam laudare potentem
Vt dominum Regem, quem prodit nobile nomen
Heinrici, veterum de magno germine ductum.
Rex tibi cantamus, tibi laudis dona paramus.
Accipe, de nostris vt viuas mortuus actis.
Corrige: pacis *Nos operam dabimus, quo possit dicere mundus,*
Tertius Heinricus fuit olim paucis amicus.
Fama sui meriti superabit tempora mundi.
Sic tibi cantabit, quem mundus adhuc generabit.
Nonne tibi merito magni debentur honores,
Atq; fauor populi, post omnia portio cœli?
In m. s. hæc ad marginem erant: Svasio Regis *Nam charus populo placuit sapissime Christo*
Quem Regem talis virtutum copia lustrat.
Nunquid abest aliquid, quod Regis gloria quærat?
Omnia spe vel re veneruut commoda per te.
Si petimus pacem; tu Rex præstaueris illam.
Si cupimus bellum; tu Rex commiseris illud:
Quod si consilium; tu Rex dabis vtile multum:
Si volumus studium; tu Rex decus es studiorum.
Omnes munificos tu Rex præcellere nosti.
Inter clementes tu Rex clementior extas.
Sic castigandos tu Rex ratione flagellas.
Quicquid in humanis consistit moribus æqui,
Hoc Deus aut totum, vel partem condidit in te.
Quàm prudens opifex, qui commoda materiei
Elegit primum, de qua bona tanta pararet;
Quem de gente virum Dominus discerneret auctor,
Qui foret imperio modo post hæc aptior isto!
Forma, genus, probitas concordant omnia Regi;
Omnia conueniunt, concurrunt cuncta per illum.
Solus habet totum, quod plures auxerat olim.

Salue

Salue certa quies populorum tempore nostro:
Salue pax orbis, mundi fortissima turris,
Hostes Ecclesiæ quæ sternis semper abunde:
Vnde sui capitis mundus præuidit honorem.
Tu caput es mundi, caput est tibi rector olympi,
Cuius membra regis iusto moderamine legis.
Tales vult dominus, quibus est hæc maxima virtus,
Mens humilis multum, cum qua te nouimus ortum.
Ceruicem pronam decet acceptare coronam.
Rex humilis crescit, quoties oriente diescit;
Et cadit elatus, semper sæuire paratus.

EPILOGVS.

Carmina musarum Rex perlege pauca tuarum.
Sit locus hic alijs tibi reddere munia laudis,
VVIPO tuus famulus si vult defendere tempus,
Vt scribat Regi, quod lex dictauerit illi,
Hîc nobis istos persuasit claudere versus.
Sis Christo curæ pie Rex Cæsarq; future,
Et viuas sanus centeno tempore canus.

Carmen Legis. plaude Regis.

AD Regis laudes Lex ambas erigit aures.
Vt segetes pluuijs, sic cresco laudibus istis.
Non plus mulcet apes mellitos lambere flores,
Quàm me laus Regis, qua constat pactio legis.
His mihi sit verbis, quod rore virentibus herbis,
Quando dies verni reparabunt gaudia mundi.
Quid satius Legi, quàm dicere talia Regi?
Salue flos patriæ, quo fructum pacis habere
Non dubitat mundus; quia regnas orbe secundus
Post dominum cœli dignus mundana tueri:
Salue stirps Regum populis veneranda per æuum.

Radix magna fuit, quam ramus talis adauxit;
Nobile germen erat, quod mundum floribus ornat,
Vna viri virtus multum præstare solebit,
Commendatq; nimis probitas semel edita quoddam
Quod faciunt plures caput vnum Regis habentes,
Quas numerare volens seriem facit ordine longam.
Sed tamen ex cunctis sex Regem magnificabunt
Virtutes, aliasq; satis præcedere norunt.
Mens humilis, pietatis amor, Pax missa per orbem,
leg. decens Nobilitas & forma * docens, fiducia belli;
Has voco præcipuas & Regis honoribus aptas
His Rex Heinricus Christi clarescit amicus.
Ad mea nunc venio, quæ nouit mundus in illo:
Sunt mea quæ dicam, quia sum Lex, ille meus Rex;
Et qui me spernit, Rex eius prælia sternit.
Qui mea jura colit, Rex hunc defendere nouit.
Rex Christo charus; nullum vastabit auarus
Vile putat studium si quis comportat in vnum
Quicquid habere potest, cùm jus non quærat habendi,
Est dives multum contemptor diuitiarum.
Auri surdus amor miseris clamantibus obstat.
Vendiderit leges captura pecunia Reges,
Et de Principibus iustos furabitur vsus.
At Rex Heinricus vir prudens prospicit illud,
Vt tunc curet opes, cum nullum sunt reprimentes.
Nec contra legem flectunt donaria Regem.
Sic facit vt doctus quis Rex est doctior illo?
Quis Cæsar melius, si quid rubrica vetauit,
Scire valet primis, quam discere cœperat annis.
Felix sit genitor rediuiuus laude perenni
CONRADVS Cæsar quem maxima causa subiuit,
Vt sciret natum studijs ad regna paratum,

Qui

Qui rector publicus mundum discernere posset.
Felix sit mater memorando carmine digna
GISELA de CAROLI procedens sanguine MAGNI.
Nam si post decimam numeretur linea quarta
Post CAROLVM MAGNVM nascetur nobilis ipsa.
Hæc operam dederat, quod Rex in lege studebat:
Illa sibi libros persuaserat esse legendos,
Vt varios ritus diiudicet arte peritus
Doctrinæ lumen tenebrosum dirigit orbem.
Gentes infestas vicit Romana potestas
Olim consiliis; non semper vicerat armis.
Est satis expertum quantum sapientia possit,
Quæ per vim verbi flectit moderamina regni.
Rex iterum salue. tibi laus sit cum genitrice;
Ad cuius votum tibi dat sapientia totum,
Quo decus imperij valeas per jura tueri.
Congaudete simul; nou vt discordia regnet,
Quæ dudum. regni turbauit gaudia nostri.
Cum dominis rerum sit pax sine fine dierum.
O sanctos mores cùm matri reddis honores.
Est tibi spes vitæ, si sit sibi gloria per te.
Si quid erat, rite Deus illud transtulit ipse.
Exin nullus homo fœdus dissoluere possit,
Quod Deus adiunxit, qui pacis dona creauit.
Perstet dulcedo materni nominis in te,
Cum valeas alios acquirere semper amicos.
Mater in hac vita non plus tibi venerit vlla.
Quin aliud dicam tibi Rex ego consiliatrix,
Lex tua, ne renuas post dictum commemorare;
Cum Deus omnipotens tibi totum fregerit orbem,
Et iuga præcepti non audet temnere quisquam,
Pacatusq; silet firmato fœdere mundus,

Cumq; per imperium tua iussa volatile verbum
Edocet Augusti declaro nomine scriptum.
Tunc fac edictum per terram TEVTONICORVM,
Quilibet vt dives sibi natos instruat omnes
Litterulis, legemq; suam persuadeat illis,
fort. venerit. *Vt cum Principibus placitandi * venerat vsus,*
Quisq; suis libris exemplum proferat illis.
Moribus his dudum viuebat Roma decenter:
His studiis tantos potuit vincire Tyrannos:
Hoc seruant ITALI *post & prima crepundia cuncti;*
Et sudare scholis mandatur tota iuuentus:
Solis TEVTONICIS *vacuum vel turpe videtur,*
Vt doceant aliquem, nisi clericus accipiatur.
Sed Rex docte iube cunctos per regna doceri,
Vt tecum regnet sapientia partibus illis.
Præterea tibi Rex mandat BVRGVNDIA, *surge*
Atq; veni, propera, nouiter subiecta vacillant
Interdum, domino per tempora multa remoto.
Funditus est verum veterano tempore dictum:
Quicquid abest oculis, remouetur lumine cordis.
Quamuis nunc pacem teneat BVRGVNDIA *per te.*
Auctorem pacis tamen in te cernere quærit,
Et cupit in Regis sua lumina pascere vultu.
Huc ades, & regnum fac, te veniente, serenum.
Si Sol occubuit, cùm Cæsar regna reliquit
Irradias patriam, si tu modo viseris illam.
Hæc olim magno domuisti regna labore;
Vtere nunc populis, tibi Rex seruire paratis.
Hæc via sit facilis, quam præparat orbita pacis:
Huc bene venias, hic omnia prospera cernas.

CAR.

CARMEN GRATIÆ, PROREGIS honore.

OMnia plena bonis. Sic optat musa VVIPONIS
Hæc ego LEX cecini deuoto carmine Regi.
Audi spes orbis, quid dicant intima cordis,
Quid velit hæc series, quas addat gratia laudes.
GRATIA te laudat, tibi grates Gratia cantat;
De venamentis salientia carmina sentis
Post iustam Legem * comeretur Gratia Regem, Leg. comitetur.
Et post iudicium veniæ mulcedo sequatur.
Sicut vulneribus medicinam ferre solemus,
Sic condemnatis succurrat mos pietatis.
Lex ad vim Regi generat feriendo nocentes;
Vt sit carus item Rex idem Gratia suadet:
Legem scripsit homo; descendit gratia cælo:
Lex seruire docet; dominari gratia monstrat;
Lex condemnabit; sed gratia iustificabit.
Hoc dicendo, bonam prorsus non denego legem;
Sed laudans veniam, commendo Regibus illam.
Non satis vna valet, si non manet altera secum.
Frangitur hæc, fortis; contemnitur altera mollis.
Est bona temperies, quam lex & gratia miscent.
Hæ si coniunctæ, generabunt pacis amorem.
Non laudo pondus, quod nemo ferre valebit.
Viribus inspectis onerabit gratia lapsos.
Rex dominus cæli, miserando, iudiciales
Abscondens pœnas, conuersos protegit hostes.
Hunc imitare, peto, pie Rex HEINRICE, Tonantem, In m. s. margine: CONSILIVM GRATIAE.
Qui miserando parcit, parcendo crimina punit.
Sic vtrumq; bonum doceat regnare patronum,

Per

Per quem lex feriat, quo legem gratia sanet.
Hoc veneraude tibi prædixerit ordo sacrandi,
Cùm præsul gladium femoris vertigine cingit.
Dum Rex iratus fueris miserando quiesce.
Dura fouentur aquis, durescant lenia flammis;
Alternatq; vices moderata iustitia rationis.
Hinc adamas durus soluetur sanguine molli;
Conseritur vitrum melius per vincula plumbi:
Ferrum cum limo maßâ candente liquescit.
Et natura iubet mutari tristia blandis:
Post acidum, dulcem præstat gustare saporem;
Post dulces, acidos iterum confundere gustus.
Non hæc propterea tibi Rex narrare paraui,
Vt te clementem dominum regniq; parentem
Quis dubitet; sed eos, qui tantum lege mouentur,
Castigare libet, quibus hæc pia dogmata trado.
Cum DEVS *omnipotens in mundo cuncta creauit,*
Solus homo liber percepit dona creantis.
Mox libertatem primam vaga mens viciauit:
Cœperunt miseri dono rationis abuti;
Et potuisse malum, traxit natura, per vsum.
Ecce DEVS *legem superaddidit hoc reprimentem,*
Cuius transgressor non impunitus abiret,
Ac pœnam metuens redeat peruersa voluntas
Iudiciumq; probet, quàm sit peccare malignum.
Sic dominus clemens seruos reuocare volebat.
Non tulit illud homo, pœnali lege grauatus,
Vt per vindictam posset compescere culpam;
Et mortale iugum læsa ceruice dolebat.
Occidatur, ait lex, qui semel est homicida,
Leuit. 24. Deut. 19. Leuit. 20. Exod. 21. *Et qui mœchetur cum mœcha mox lapidetur.*
Dens pro dente cadat; lumen pro lumine vadat;

Pesq

Pesq; pedem reddat; manui manus altera cedat;
Vulnera vulneribus responsum reddere certent.
Qui detestatur genitores, hic moriatur.
Qui furtum faciet, sine pœna non remanebit.
Quinq; boues vnum redimant cum fraude remotum.
Qui furatur ouem, reddat cum quatuor vnam.
Si maledicet homo, moriatur pro maledicto.
Sic lex verborum contorquens tela suorum,
Terrebat plures, & desperare coegit.
Clamabat populus sub tanto pondere pressus,
Vociferabat homo fessus religamine duro;
Hoc non posse pati, fore tempus iam miserendi.
Audiuit dominus clamantes, & miserorum
Respexit gemitus solita pietate creator.
Venit in hunc mundum carnis velatus in vmbra,
Humani generis formator & ipse redemptor.
Non repulit legem, sed iustum dans moderamen,
Ne moreretur homo, veniam cum lege locauit;
Vt cum lex mortem præmittat, gratia vitam:
Erigat hæc humiles; vt dissipet illa rebelles:
Conuersus veniam iudex non abneget vllus.
Sic Deus omnipotens per vates dixerat olim: Ezech. 33. Ionæ. 3.
Nolo peccantis mortem, nec gaudeo pœnâ:
Conuertatur, ait, viuat, mihi seruiat ipse.
Conseruatus homo, quem prisca in sede repono.
Nunc idem dominus veniens in tegmine carnis
Inquit, Discipulis hoc mando, discite, cunctis: Matth. 4.
Crimina pœniteant, & vita perpete viuant.
Peccatum pereat, peccator viuere discat.
Qui se conuertit, non est hic, qui fuit olim.
Non dicam hic vitæ quid sit clementia verax:
Quod gratis dabitur clementia iure vocatur.

Qui recipit meritum veniam quis dixerit illud?
Si quis peccanti conuerso vult miseri,
Et parcens misero, vindictam sumere nescit,
Hic veniam tribuit; sic pœnam gratia spernit.
Propitietur homo confratri crimine lapso.
Qui cadit & surgit, spes est vt viuere possit.
Omnes peccamus, peccantibus hoc faciamus
Quod Dominus nobis, qui clemens est & inimicis.
Cùm veniam laudo, non legem temnere quæro
Lex bona si veniam dorso portare studebit,
Gratia tunc prodest, cum lex præcesserit illam.
Et lex obstanti, sed gratia sit redeunti
Sic in vtroq; bono dabitur consistere mundo.
Nunc tibi sit Regi pax & clementia Christi:
Tu princeps orbis sis Christi munere fortis,
Tu Dominus regni viuas in pace perenni.
Sic vult VVIPO tuus cum fido pectore seruus.

VERSVS VVIPONIS ad mensam Regis.

REgalis cœtus sit in isto tempore lætus,
Quo lux in tenebris exoritur populis
Inter lætandum res suadet commemorandum,
Quod Deus est natus, filius ipse datus.
Parua dedit Bethlehem de magno germine panem,
Qui satiare valet, quicquid vbiq; manet.
Panem de cœlo porrexit gratia mundo;
Panis adest viuus perpetuusq; cibus.
Fons salientis aquæ diffusæ pocula vitæ;
Hinc quicunq; bibet, non iterum sitiet,

Mellis

Mellis dulcedo per Christum fluxit olympo,
Vt sapiant famuli delicias domini
Bos renuit fœnum cùm vidit nobile granum
Et præsepe Dei præcauet os asini.
Virgo Maria vide, mirando talia ride
Ex te per verbum cerne Deum genitum
Rex pie cœlestis nostris illabere festis;
Da fructum pacis, sicut vbiq; facis
HEINRICO *Regi digneris propitiarè*
Vt cum latitia pertrahat officia.

FINIS.

VDALSCALCI NARRATIO

DE

Controuersiis inter

HERMANNVM

Episcopum Augustanum.

&

EGINONEM

Abbatem S. Vdalrici

Continet multa scitu digna & in ijs

MIRACVLA

ad S. Vdalricum & S. Aſram

pertinentia

EPISTOLAS

Paschalis Papæ quinq;
Arnoldi Moguntini Archiepiscopi tres
Eginonis Abbatis S. VDALRICI quatuor.

Omnia nunc primum è codice m. S. Augustano edita.

PROOE-

PROOEMIVM SEQVENTIVM.

SVb venerabili Abbate EGINONE pro Christi positis in dispersione sancti OVDALRICI & S. AFRÆ cœnobitis OVDALSCALCVS, seruus eorum, vtinam non inutilis, bi auio donari æternæ beatitudinis.

Gratiâ Solis iustitiæ illustrati nationis prauæ atq; peruersæ renuntiastis cæcitati, ac per hoc in persecutione propter iustitiam tribulati, Euangelica attestatione meruistis esse beati. Patrem enim vestrum spiritualem carni & sanguini præposuistis, immundum tangere noluistis, dum ipso docente AVGVSTENSEM dictum Episcopum in interdictis Sacramentis, minimé recepistis. Quapropter vestræ quasi in præmium conceditur sanctitati, vt si qui ex vobis ab eo sunt ordinati, nulli per hoc canonum subiaceant seueritati, sed in eiusdem patris vestri pendeat potestate, ab huiusmodi contagio Apostolica vos absoluere auctoritate; maxime illos, qui post factam sibi Pontificalis officij suspensionem, vllam ab eo percepêre consecrationem. *Malach. 4. Philip. 2.* *Matth. 5.*

Vt autem pater idem magis ac magis honoretur vel ametur, qualiter sit Abbas constitutus literis commendetur; tum pro cauenda oblatrantium falsitate, tum pro tenenda rei huius veritate. Dein quomodo dictus Episcopus inuestiatur seu ordinetur, nihilominus subnotetur, vt totum gratiæ tribuendum esse doceatur, quidquid in eo vel sub eo ab Ecclesia recipiatur. Quantis etiam miraculorum beneficijs locus vester sub tali Abbate declaratur, ad laudem DEI, memoriæ non subtrahatur. Postremo tyrannide impiorum prævalente, quomodo locum ipsum Ecclesia reliqueritis præcipiente, calamo non dissimuletur, vt ad tantum iustitiæ feruorem exequandum posteritas prouocetur.

I. ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nono, AVGVSTENSI cœnobio in honore ſancti VDALRICI & S. AFRÆ conſtructo, dominus EGINO Abbas intronizatur, qui in eodem loco regulari educandus diſciplina, puer à parentibus DEO, ſub venerabili eiuſdem monaſterij Abbate DIEMARO, oblatus, per incrementa temporum adprime ſacris eſt literis imbutus. Puerili autem flore ad iuuentutis maturitatem perducto, honeſtioris vitæ pollebat ſtudio. Sed quia Schiſma vigebat ibi tunc temporis illud, cuius erat caput HENRICVS Rex; cauſa VVIBERTVS; conſilio meliore locum mutauit eundem: præſertim cum prædicto patre ſanctiſſimo iam dudum orbatus fuiſſet, & alij in eodem ſchiſmate conſtituto ſubdi noluiſſet. Perueniens ergo ad S. BLASII CELLAM NIGRA in SILVA ſitam, benignè ab omnibus ſuſcipitur, ibiq; tam diu prudens tyro conuerſatur, quouſq; in bonæ memoriæ GEBEHARDI CONSTANTIENSIS Epiſcopi, de ſede iam expulſi, miniſteriũ aſſumeretur. Tanta ſiquidem perſecutionis rabie præfatus Tyrannus in Catholicam exarſit Eccleſiam, vt Neronem myſterium iniquitatis operantẽ ab inferis emerſiſſe timeres. Niſi quod ille Petro occiſo nullum Sedi Apoſtolicæ, vt iſte Hæreſiarcham VVIBERTVM intruſerit; cui etiam cunctis Catholicis Epiſcopis proturbatis, Sedes eorum per ſuperpoſitos ſubdiderit. Illi, inquam, reuerendo præſuli pater iſte adeo neceſſarius, adeo fuit acceptus, vt ſæpius legatione eius ad domnum PAPAM fungeretur; depoſito interdum ex obedientia habitu monachico, vt hoſtis per ſimulatam ſecularium ſpeciem falleretur. Quid plura? Totius laboris & anguſtiæ eius comes permanſit indiuiduus, donec pace Eccleſiæ reddita, ſede receptus eſt propria. Per

2. Theſſ. 2.

idem

idem tempus prædictum AVGVSTENSE cœnobium patre carebat; domnus autem EGINO, iam vt emeritus miles quietem monasterij velut in præmium receperat. Ad quod AVGVSTENSES fratres, nuntios mittentes, confratrem suum reuocabant & animo concordi in abbatem sibi eligebant: quem ille renuens vt puta, onus, honorem penitus abdicasset, si non ex supra memorati præsulis iussione, nec non multarum spiritualium vel Catholicarum personarum persuasione subire acquieuisset: maxime cum AVGVSTENSIS Episcopus, à quo erat inuestiendus, communionem Ecclesiæ iam recepisset, insuper & abiurationem omnis hæreseos in præsentia Apostolicæ Sedis legati fecisset. Nullus enim eorum, qui VVIBERTI & HENRICI consenserant hæresi, ab Apostolica sede recipiebatur, qui non prius eadem peste cum capitibus suis abiurata, Catholicam Ecclesiam publicè profitebatur.

Hoc in loco minus prætermittendum videtur, quod quidam veritatis subuersores quasi ratiocinando calumniantur dicentes: Huic patri sedem non vacasse; dum tres eo superueniente fateantur inibi sedisse. O linguam mendosam, ô labia dolosa: ideo posuerunt in cœlum os suum, vt lingua eorum transeat in terram. Tres iniquiunt, ibi sederunt. Si tres fuerunt; aut omnes, aut duo ex illis superpositi extiterunt: si omnes; nullus eorum abbas: si autem duo; pater iste non tribus, sed vni est superpositus. Ergo siue illud sit, siue illud, falsum est quod dictum. Verum vt fidelibus, ne offendant, rei huius veritas patefiat; transcursis obturata aure Scyllæis canibus, his dictis intendatur. *Psalm. 72.*

II. Defuncto igitur eiusdem AVGVSTENSIS loci abbate uomine SIGAHARDO, domnus HARTMANNVS GOTVVIGENSIS abbas eidem præficitur cœnobio. Quod quia intolerabile visum est Ecclesiæ (talem scilicet personam

nam à Schismatico Episcopo nomen regiminis accepisse) quod incautè fecit, in sua rediens correxit. Deinde non multo euoluto tempore quidam nomine BERINGARIVS VVLDENSIS professus, Augustensibus vero incognitus, pro fratris sui munere obsequij, locum ipsum suscepit regendum. Qui etsi idiota fuisset, tamen quia contra statuta canonum, non à fratribus electus, vt puta, ignotus, illò aduenisset, intellexit: intelligens & ipse discedendo correxit. Hæc tamen omnia in Schismate & à Schismatico præsule sunt facta. Tandem illa generali absolutionis dispensatione per Apostolicæ sedis legatos, videlicet RICHARDVM ALBANVM & GEBEHARDVM CONSTANTIENSEM Episcopos in Teutonici regni diffusa latitudine etiam Augustensis Episcopus amicitia non excludebatur: qui; vt prædictum est, per hæreseos abiurationem & vnicæ Ecclesiæ professionem, reconciliabatur. Tamen quia tempus miserendi nondum aduenit, etsi religiosus alterius iterum loci videlicet VVEZZINESBRVNNENSIS Abbas & huic Augustensi superuenit. Hic quantò prudentior, altiora se quærendo, cecidit; tantò celerior, fratribus quoq; suis idipsum exigentibus, sua repetendo, surrexit.

Psalm. 101.

Eccles. 3.

Tandem, rebus, vt dictum est, Ecclesiasticis tranquillè dispositis, non neophytus, non alienus, vel alio ouili occupatus, sed loci ab infantia professus, pater EGINO, nullo præsidente, eligitur Abbas; canonicè electus ordinatur. Et vnde vel cui superpositus? Ecclesia in Schismate positum deposuit: alienigena oues, vt puta non proprias, deseruit: pastorem suum grex derelictus recepit. Sic nimirum sic tribus constitutis, immo destitutis Abbatibus quartus, vt fertur, pater iste est superpositus. Sed vt oblatrantibus breuiter concludamus *; aut

iste

iſte ſtatuatur, vt illi deponantur; aut illi tres approbentur, vt iſte reprobetur. Ex his duobus parum laborantes, vnum ſcilicet probabile immo neceſſarium probauimus: alterum illis ſemper laboraturis probandum dimittimus. Nec dum ſtilus retrahi poterit, dum qualiter inimicus proprio confodiatur mucrone, occurrit.

III. Cauſa extitit, qua prælibatus GOTVVIGENSIS Abbas, AVGVSTAM veniens, huic patris noſtri inueſtituræ interfuit. Tum vero grande cerneres ſpectaculum, quomodo ſcilicet Abbas electum noſtrũ veluti robuſtior agonotheta debellaret expectantium. Sic ſe habet popularis concurſus; litibus nimirum oblectari & ſeditionibus, vt hinc partem plauſibus attollat, inde parti illudat. Verum hic pugna non præueniente, ſpes illam affectantium deluſa eſt; nullo vincente, nullo ruente. Siquidem Abbas, quod ante non fecerat, curam vel nomen huius regiminis publicè abdicarat, fratribus obedientiæ voto indulſo, familiæ etiam ſacramento, quo ſibi erat obligata, reſoluto. Ingens tamẽ clamor populi Deum ſuper his collaudantis attollitur, vt & tali acclamatione inſidiatori adulterans ſuſpicio tollatur. Vides adhuc æmule, primum & maximum de illis tribus Abbatibus, dextras nobis dediſſe. Videbis *Gal. 2.* & vltimum, non tamen minimum, eadem poſtea feciſſe: niſi tibimet contrarius, nobiſcum fatearis, neutrum eorum neceſſarium extitiſſe. Etenim extra legem vſurpans poteſtatem, ſicut ei cui iure debetur, intromittendo, non nocet; ſic non eius, ſed propriæ tantum ſaluti, ab illicitis *Pſalm. 145.* ceſſando proſpiciet. Dominus quippe facit iudicium patientibus iniuriam, non irrogantibus.

Hoc ergo ordine pater iſte intronizatus, vt alter Ie- *Ierem. 1.* remias, vitiorum ſpinas, quæ inibi vltra modum fuccreuerant, omni cœpit anniſu euellere, atq; virtutum germi-

na, quoslibet viros conuocando religiosos studuit excolere. Vnde contigit, vt locus ex incolentium prauitate iam diu abiectus ac despicabilis, per huius bonæ conuersationis odorem vitæ, acceptus haberetur & honorabilis; adeo vt in breui, numero, Deo fideliter seruientium augeretur, prædiis quoq; vel Ecclesiæ thesauris copiosius ditaretur. Sancti etiam, quorum ibi venerantur patrocinia, maiori signorum vel miraculorum clarificantur gloria. Ex quibus, multis prætermissis, pauca subnotentur, quæ specialius ad eiusdem patris nostri consolationem pertinere videntur.

IV. Quidam ex Laico conuersus, BRVNO vocatus, ab eo monachus ordinatur, aliquamdiu sanus & incolumis commoratur. Credo Tyrocinij feruore tepefacto, vis dæmoniaca, quæ ad tempus recesserat, iam septempliciter
Matth. 12. aucta redibat. Freneſi namq; arripiebatur grauiter; & sicut se habet hoc genus, vix à multis captus tenebatur. Nobis verò mirantibus super his atq; stupentibus, etiam domnus Abbas accurrit festinantius. Stridet miser dentibus, ligno duriori, ne linguam masticando consumat, fit gargarismus. Videres pectus, vtpote vbi minus premebatur, in cumulum succrescere, faciem pallescere, totum verò corpus tremere, quælibet contigua velle carpere ac secum discerpere. At vbi benedictionem patris nostri promeruit, paulatim quasi de somno graui euigilans, resedit; sicque, vt nunquam dæmoniacus languor rediret conualuit.

V. Alij quoq; duo ex eodem monasterio fratres, quorum vnus ADALGOZ, alter HECIL vocabatur, eadem epilepsia, diuerso tempore, non diuersè corripiebantur. Quibus vt ab ipso patre quædam sancta præcantabantur, nobis astantibus, in momento & illi sanabantur.

Turbis

Turbis aliquando ad festũ patroni nostri sancti VDALRICI vndique versum confluentibus, quidam homo nouem iam annis & dimidio ita contractus, vt plantis pedum natibus velut innatis videretur, asello vectus aduenit. Cuius etiam asini dorso digiti pedum sessoris impressi cernebantur; vt quantum vitium naturæ dominaretur humanæ, & ex animalis vulnere, contra naturam scilicet inflicto, colligatur. Hic, nobis Missarum solemnia ad altare sancti VDALRICI celebrantibus, manibus reptans, & genibus ad sepulchrum beatæ AFRÆ peruenit, ibique spe aliquantula sanitatis, vt postmodum ipse retulit, orationem fudit. Interim animo occurrit, artus iam diu contractos velle distendere, maxime cum grauius quàm solebant cœpissent dolere. Tota ergo nitens virtute, plantas vix modicum è carnium cauernis potuit remouere. Nerui verò se paulatim extendentes crepitare audiebantur, ita vt cremium aridissimum confringi putaretur. Tum ipso præ dolore nimium vociferante, à populo irruente sustollitur, & ad tumbam sancti VDALRICI defertur; vbi cum diutius sine voce & motu iacuisset, subito pectus cœpit intumescere; ita vt cuncta corporis interiora ibi timerentur erumpere. Quapropter cunctis astantibus, animæ egressum præstolantibus, sæpe dictus pater monasterij, saluiæ folio muti linguæ suppositio interrogat, quomodo valeat. Bene, inquit, domine bene; si tantum curam habebitis de me. Exinde pater accepit eum in sua. Nondum septem diebus completis, clero & populo conuenientibus, CRVCEM iste tam diu vermis & non homo, per medium ciuitatis portabat, cunctisq; DEVM magno cum tripudio glorificantibus, quia perfectæ sanitati redditus esset, saltibus lætitiæ demonstrabat.

VII. Puella quoq; ſeptennis, ex vtero matris clauda, parentibus comitantibus ad eundem perducitur locum: de quo etſi plura mira, & huic ætati inſolita idoneis atteſtantibus perſonis cognouiſſemus, nos tamen ea tantum quæ vidimus ſubnotare curauimus. Cum eſſet, vt dictum eſt, debilis, & imbecillo corpuſculo, auſteriori maxime veſcebatur cibo, pro magnis deputans delitijs, ſi quando reficiebatur ouorum edulio vel lactis. IESV nomen in ore jugiter voluebat, angelico potius quam humano vultu reſplendebat. Vltra omne deſiderium quotidie Dominicum delectabatur percipere Sacramentum; cui & quanta reuerentia ſeu lachrymarum compunctione approximabat? inſpicientium crebrius conſcientiam iudicabat: perſonas hominum iuxta vitæ meritum penſabat, dum quoſdam libenter aſpiciebat, â quibuſdam obtutum, tanquam nequitia reuerberatum, auertebat. Nobis verò cur hoc faceret percontantibus, ac Domini cum publicanis & peccatoribus manducantis exemplum proponentibus; Ipſum, inquit, Deum teſtor, non cauſa deſpectionis me hoc agere, ſed timoris; quod etiam riuus iſte mei prodit ſudoris; Siquidem, vt vnum ex plurimis dicamus, duos forte ſuperuenientes aſpiciens clericos, vnum alloquitur, alterum abominatur. A circumſtantibus rogatur, vt & alterum intueatur: Ecce, inquit, annuo veſtræ precationi; Sed vos amabo huic meæ parcite afflictioni. Facies enim pallebat, ſudor per totum corpuſculum decurrebat. Nos quaſi pœnitentia ducti triſtabamur quidem in doloris compaſſione, ſed lætabamur in dubiæ rei comprobatione. Vigilantius autem de clericorum ſciſcitantes cõuerſatione veraciter didicimus, eundem quem puella deteſtabatur, monachum fuiſſe, ſed habitum clerici, potiori abiecto induiſſe.

Matth. 9.

Sed

Sed ne aliquis obijciat, hanc illos prius cognouisse, ideo q; in vtriusq; pensatione nihil miraculi extitisse: exceptis veris, vt ostensum est, indicijs, quæ fidem dare poterant dictis, plurimorum occultiora detegebat peccata, quæ nonnunquam per confitentes verè sibi probauimus reuelata. Hæc dum in Ecclesia noctes ac dies pæne, orationum instantiâ continuaret, quadam die vespertina hora reptando circa memoriam beati VDALRICI ad altare vsque prouoluitur; cuius pallam cum geniculans tetigisset, repente locus quo hærebat mouetur, ita vt puella aerius laberetur. Ad cuius erectionem circumstantes accurrunt, claudam ex more sessum componunt. Tum illa, Statuite, inquit, me super pedes meos, quia Dominus direxit gressus meos. Illis hoc non sine admiratione facientibus, & ne caderet, adhuc retinentibus, relictis omnibus progreditur, & quasi alienis pedibus nutando primum abutitur, sed in breui tota natura restituitur. Nec mora, in turbas rapitur, &, sicut est humana curiositas, hilarior * cuius hanc domus promeretur: comitatur epulas lasciuia, hauriuntur innocentis auribus vaniloquia, attrahitur scurrilitate pueritia, minuitur boni specie gratia; DEO tamen propitio, dolore corripitur acerrimo, attenuatoq; diuturna castigatione corpusculo, in Domini confessione à præsenti nequam eripitur sæculo. *Psal. 59.* *

VIII.

Mulier quædam AVGVSTENSIS, nõ ignota, ciuis, nebula obducitur cæcitatis, octo eo & amplius visu priuatur annis. Quæ dum solito ad beati VDALRICI sepulchrum quodam die humili prosterneretur supplicatione, subito totam repleuit clamore Basilicam, inuitans omnes ad redditam sibi lucis gratiam. Fama vniuersam conuocat ciuitatem Domini laudantem super tam euidenti miraculo pietatem.

Pater idem cui noſter ſeruit ſtylus, teſtatur ſe quendam mutum vidiſſe ad ſæpe dicti ſancti VDALRICI mauſoleum conſediſſe, cui repente ſolutis linguæ vinculis, loquēdi ſit reſtituta facultas, per indiciū currētis ex ore ſanguinis.

Quid referam de Energumenis? quos ibi fere toties vidimus liberari, quoties vexari. Contigit enim quadam fœmina meritis beatæ AFRÆ curata & CRVCEM ſicuti moris eſt, confluenti turbæ per mediū vrbis præferente, aliam arrepticiam in Eccleſia ſanctæ Dei genetricis liberatam cum ſibi iuncta multitudine occurriſſe, ſicq; vnitis duobus ſemper vincentis IESV vexillis duplici exultantem Dei populum triumpho, hinc inde cum laudibus in ſua rediſſe.

In huius noſtri templi dedicatione, præfato patre verbum vitæ ad populum aliquando faciente, quidam dæmonio vexatus, magnis cœpit ſtrepere vocibus, ita vt magis ad eum compeſcendum, quam ad verbum audiendum occuparetur vulgus. Tum ſubitò hoſtis humani generis, Quid, inquit, tantopere me ſedatis, cum poſt paululum quam vtili circumferar negotio videatis? Hæc nobis audientibus, cunctosque pro viribus ab eo qui mendax ab initio fuerat auertentibus, ecce cruentatum militem quaſi ex acie fugientem per medium populi cernimus diſcurrentem, atq; vrbem ab hoſtibus captam terribili clamore nuntiantem; flebilis omnium vociferatio, nulla fugientium expectatio, domus Dei aſylum fieri poſſe deſperatur, dum & inerme vulgus egreditur, à ſuburbanis arma rapiuntur, ad locum certaminis properatur, in ſe quæque ruunt, nec hoſtem quem feriant inueniunt. Tandem in ſe reuerſi, Satanæ inſidias cognoſcunt, mendoſum militem requirunt, ſed reperire', vtputa euaneſcente phantaſmatis transfiguratione, nequeunt. quæ illuſio quamquam ex

Ieax. 8.

cuius

cuius acciderit peccato nescitur, tamen quoties ad audiendum verbum diuinũ congregamur, ne aliorsum intendamus, in commune per hoc factum exhortamur.

XII. Presbyter quidam nomine LVIPOLOVS eiusdem Ecclesiæ ædituus, iam senio confectus moritur. Per cuius sepulturam alius è vicino sacerdos defunctum sibi videre videtur per somnum, quasi catenam euomentem quinq; cubitorum. Quam narrans visionem consilium fuit, omnem mortui perscrutandam fore suppellectilem, ne quid forte de rebus Ecclesiæ ibidem contigisset latitare. Domo ergo euersa, Zona ex optima reperitur purpura, quæ ex somnij coniectura mensurata tantæ extitit longitudinis, quantæ catena visionis, à fratribus confestim recognoscitur, in vestiario reponitur.

XIII. Duos calices argenteos cum patenis quædam furatur paupercula, sed fores Ecclesiæ non valens egredi, nota proditur sacrilegij; capitur miserrima, reddito furto trahitur ad supplicia. Sed quæ onerata crimine, etsi occulte, non potuit effugere; exonerata manus euasit tortorum DEO parcente. Omnibus quippe ad hoc crudele currentibus spectaculum, quæ puniatur quæritur, sed diu quæsita non inuenitur.

XIV. Gloria inquam maiori signorũ vel miraculorum sancti nostri illustrantur, maiori etiam studio sub isto patre nostro venerãtur. Vt enim taceamus COLONIÆ,....ex vndecim millibus virginum, ALBINI quoq; Martyris, sanctorum MAVRORVM, nec non multas cum sanctorum vndecunq; RELIQVIAS acquisisse, quib⁹ AVGVSTAM allatis, sanctos inibi hactenus latentes, videlicet DIONYSIVM primũ eiusdem ciuitatis Epm̃, QVIRIACVM cum sociis suis viginti 4. Martyrib⁹ demũ iam reperiuntur, tanquã bene notis ciuib⁹, assurrexisse. His, inquã, veluti nouis prętermissis inuen-

inuentionem beatæ AFRÆ antiqua iam pæne obliuione abolitam, solenniter constituit celebrari; viginti quatuor prædictorum Martyrum, simulcũ sancta HYLARIA passorum festiuitatem sub vna die nihilominus statuit venerari. Nec in tali fraudatur studio, dum pretiosissimo remuneratur thesauro, capite scilicet eiusdem Martyris HYLARIAE illis diebus inuento.

XV. Sed totius bonitatis aduersarius, veluti IOB, patrem
Iob 1. istum, nõ gratis Deum colere ratus, quippe qui prosperis rebus, vel honoribus sit circumuallatus, ac pro nihilo ducens exterioribus eum priuari, quasi carnem eius & ossa desiderat flagellari, dum se cum fratribus suis, tanquam carnem ossibus per cordis vel animę vnitatem adhærentibus, ab ipso loco machinatur proturbare, quibusdam ex ipsis longius à se passibus vitæ remotis, sicuti in conuiuio voluptatis igne consumptis. Ergo hic qui nomen pastoris super ouile eiusdẽ tenet ciuitatis, aduersus eũ concitauit, adeo vt qui defendere gregem à morsibus luporũ debuit, non ut mercenarius fugeret, sed ipse lupus effectus, oues raperet, laniaret atq; dispergeret. Cuius tamen persecutionis causa ipsi Episcopo interdictum ab Apostolica sede pontificale extitit officium; quo illo abutente Abbas noster tantæ noluit præsumptioni communicare. Vt autem finis huius rei lucidius subsequatur, initium quoque stilo cautius digerente proponatur.

XVI. Beatæ memoriæ VRBANO PAPA Romæ præsidente,
sedes AVGVSTENSIS vacabat Ecclesiæ. Præfato autem Tyranno HENRICO Imperatore apud VERONAM
Pro domina sen domna. tunc temporis morante, quippe * dona MAHTILDE prohibente LONGOBARDIAM non valens ingredi, nec ITALIAM obstantibus TEVTONICIS principibus egredi; quidam Comes nomine OVDALRICVS tyrannidi suæ consen-

consentaneus, videns eum hinc inde magnis iactari angustiis, acceptis mutuo quingentis à VERONENSIBVS talentis pro Episcopatu AVGVSTENSI, fratri suo dando sibi obtulit. Insuper & comitatum TEVTONICAS adeundi partes promisit; quod etiam persoluit. Hoc pacto luscus frater Comitis adducitur, necante ab excommunicata laici manu inuestitur, quàm memoratum pondus argenti Veronensibus persoluere iuramento constringitur. Sic militum manu copiosa Comes stipatus fratrem non dico electum, sed nec facie notum inuexit Augustensibus. Cogente tamen armatæ manus timore, vt Episcopus excipitur; diligentius, vt agnoscatur, inspicitur; paulatim cæcum se excepisse Augusta miratur. In hoc completam esse Prophetæ maledictionem in commune lamentatur: Obscurentur, inquit, oculi eorum, ne videant & dorsum eorum semper incurua. Quem enim pro oculo sibi ad salutem prospicientem susceperunt, hunc exteriore & interiore cæcitate natum, ex dorsi incuruatione, id est, ex suimet tortitudine quantocius intellexerunt. Cæcus namq; si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Talis ergo electus, contra statuta canonum gradu promouetur presbyteratus; ordinationem pontificatus non incongruo accessu à modo subiturus. Siquidem ab Episcopo AQVILEIENSI, qui abusiue patriarcha vocatur, sub pallio VVIBERTI hæresiarchæ, præmissis duobus iuramentis ordinatur. Cum enim ordinandus se licentiam magistri sui MAGONTIENSIS Archiepiscopi huiusmodi consecrationis accepisse fateretur; nec nudis verbis ab ordinatore, etsi à duobus Apostolicis excommunicato, VRBANO scilicet atq; GREGORIO crederetur; ministerialis ex potiori familia beatæ MARIÆ, qui hoc sacramento probaret, inquiritur. Quo non inuento, tributa-

Psalm. 68. Rom. 11.

Matth. 15.

rius quidam ex eadem familia, BERO dictus, optimis induitur vestibus; & primo se ministerialem militem, vt puta qui erat grandis staturæ, iuramento confinxit; secundo dominum suum licentiam Archiepiscopi, consecrationem accipiendi habere, sicuti ipse ad conuersionem postmodum veniens nobis retulit, coactus fefellit.

XVII. Hoc itaq; execratus ordine consequenti visitatur omine; nouus etenim Pontifex sancta sanctorum ingreditur, DEVM non placaturus, sed irritaturus. Missæ officio, vt videbatur ad hoc peracto, Diaconus populum ad Episcopi benedictionem humiliandum exhortaturus, non mente, vt putabatur, alienatus, hoc vtitur præconio: Inclinate, inquit; capita vestra DEO. Ab omnibus exhortatio pontificalis benedictionis suggeritur: à leuita, vt populus Deo capita inclinet, iterum atq; iterum repetitur. Talia perstabat memoraus, fixusque manebat. Percontatus post à familiaribus vtrũ ex industria hoc fecerit, idem Diaconus testabatur DEVM, se non sponte, sed quasi in extasi præcinuisse. Deniq; mendacio compositus AVGVSTAM regreditur *E*piscopus, Clerum & populum iam libera tyrannide oppressurus. Siquidem diuites ac pauperes deprædatur; Ecclesia sanctæ DEI Genitricis infinito per eum thesauro priuatur; Canonicorum prædia vel oblationes in beneficia laicis accommodãtur; horæ Canonicæ seu Missæ non celebrantur, dum pro laudibus Dei querelæ ob victus penuriam frequentantur. Temporibus illis præfatus Romanæ Sedis legatus RICHARDVS Albanus Episcopus in Teutonicas directus partes MOGONTIAM deuenit. Vbi cum apud INGELEMHEIM HEINRICVM Imperatorem regalibus priuasset insignibus; capite nimirum hæreseos abscisso, communioneque omnibus reddita, singula in vnum *E*cclesiæ pacificantur membra.

bra. Hìc,inquam, hîc dictus Episcopus in generali absolutione non excipitur, sed per VVIBERTINÆ hæreseos abiurationem, nec dum ventilata sui causa, inter cæteros recipitur. Legato quoq; Augustam veniente, cleri ac populi exponuntur querimoniæ; dictum videlicet Episcopum absq; canonica electione seu consecratione Sedem illam inuasisse. Diligentius res audita discutitur: Si aliquis canonicorum se huic subtrahat accusationi perquiritur: omnes vnum dicentes, idem sapientes, nominatim subscribuntur: cuncta in domni Apostolici præsentia finienda differuntur: Synodus colligitur VVARSTALLENSIS: adsunt cum suo Episcopo nuntij Ecclesiæ AVGVSTENSIS: refert legatus quæ audierit, qualiterue audita distulerit: idonea iteratur accusatio; nulla prætenditur accusatio: facilè ab omnibus cõcordatur, vt talis Episcopus deponatur. Quod & factũ fuisset, si nonGEBEHARDVS Constantiensis in Ecclesia Augustensi hoc faciendum persuasisset. Eo namque tempore domnus Papa Teutonicum adire proposuerat regnum; quod in ruinam perficere nequiuit multorum. A pontificali tamen suspensus officio semiepiscopus regreditur. Terminus huic rei finiendæ constituitur. Augusta sui liberationem dolens præstolatur, dum in spe Apostolici aduentus defraudatur: infraq; scilicet terminum idem Episcopus, pro interdicti restitutione officij, Apostolicum adiit: sed literas ab eo hunc in modum se continentes accepit.

PASCHALIS Episcopus seruus seruorum Dei, Augustensis Ecclesiæ Canonicis & cæteris parochianis salutem & Apostolicam benedictionem. XVIII.

Venit ad nos non vocatus frater noster HERIMANNVS vestræ ciuitatis Episcopus, causam suam postulans certiori fine concludi. Nos autem querelarum vestrarum memo-

res, quod fratres qui aduersus eum in Concilio coram nobis capitula protulerant, cum eo in præsentiarum coram nobis minimè affuerunt; ne qua pars aduersum nos possit præiudicium conqueri, causæ ipsius protractionem in proximas Kalendas Nouembres fratrum nostrorum deliberatione distulimus: ad quem videlicet terminum omnes qui aduersus eum causam agunt, literis præsentibus ad nostram audientiam inuitauimus. Interim eidem fratri nostro potestatem concedimus, vt eos qui *Ecclesiæ* bona rapiunt & inuadunt, iuxta sanctiones canonicas excommunicare præualeat. Volumus enim, vt tàm ipse, quàm *Ecclesia* quæ sub eo est, vsq; ad præfinitum tempus pacem & tranquillitatem, Domino largiente obtineat. Data X. Kalend. Decembris.

XIX. Has literas vix Venetium asportauit, initoq; consilio cunctos earundem conscios, vt vniusanni spatio non detegerentur, iurare compulit; sicq; fictis pro libitu mendacijs, domum redijt. *Excogitatâ* verò grauiori adhuc nequitiâ, vnum de accusatoribus suis, qui præstantior cæteris videbatur, pretio corrupit, & literas quasi ex AVGVSTENSIVM persona occulte per eum Apostolico direxit. qui falsitatis nuntius benignè susceptus, dum auditur, magna contra eum Papa indignatione inuehitur: corde & corde loqui ab omnibus deprehenditur. CVRIENSI tamen Episcopo atq; GOTVVIGENSI Abbate pro ipso supplicantibus, datis veluti Augustensium respondentibus literis, abire permittitur, vera cum falsis relaturus: Vera hoc modo.

PASCHALIS Episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filijs Augustensis Ecclesiæ clericis salutem & Apostolicam benedictionem.

Post

Post impetitionem quam super Episcopo vestro fecistis, dilectionis vestrę literas suscepimus. In quibus quia pacem & concordiam cum eodem Episcopo vos habere nobis significastis, lætati sumus, si eandem concordiam gratis factam fuisse constiterit. Nos tamen constitutum terminum expectamus, vt quidquid æquitas dictauerit, auxiliante Domino exequamur. Data VIII. Idus Februarij.

XX.

Quibus literis clam *E*piscopo lectis, contra nuntium infremuit, non æqua pretio sibi referri mandata obijcit, patre iterum mendacij suggerente, interminatur, ne tam aduersa prodantur, sed prospera fingantur. *E*greditur in publicum, arriguntur aures expectantium; parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Dum falsò benedictione Apostolica salutatur *E*piscopus, eademq; gratia participatur populus. Nec longum euoluitur tempus, & Cardinalis nomine DIVITIVS à Papa missus Teutonicas adijt partes. Quo Romam regresso, *E*piscopo quasi per Cardinalem restituto sub nullo tamen testimonio, pontificali abutitur officio. Iam vtiliori Achitofel vtens consilio, quoslibet ex Clericis vel laicis potentiores suo secretiori asciuit consortio, vt hoc modo, inferioribus suffocatis, nemo proditor falsitatis, nemo præco esset veritatis. Pontifex ergo vix Melchisedech secundus prædicatur; cunctis retro dictis vel factis, obliuioni traditis, vt legitimus per omnia frequentatur. Sub huius medio silentij noctisq; caligineso cursu, pater *E*GINO, in veræ lucis præconem, AVGVSTAM vt prælibatum est, reuocatur; honore Abbatis sublimatur: assumitur & ipse in amicum, vtputa inter primos tenentes principatum: post modicum talem *E*piscopum miratur, dum sui patris videlicet Præsulis CONSTANTIENSIS recordatur. Paulatim se

Horat. de arte Poët.

2.Reg.15.16.17.

ab eius subtrahit familiaritate, nõ à communionis vnitate, quia nec dum quicquam certi de tantæ præsumptionis cognouit immanitate. Sed DEVS tantum virum huiusmodi nolens diutius ludificari figmentis, quo modo sanguis sanguinem tangat, hoc ordine reuelat. Deprehensus iam crebrius in stupri fœditate dictus Episcopus, post monialium seu aliarum meretricum scortum, perpetrasse in Ecclesia diffamatur adulterium: Cuius videlicet vxoris maritus, cùm esset fortitudine ac bonitate conspicuus, facile totam ciuitatem in adulteri posset concitare necem. Sed malens gladio spirituali iudicium sibi fieri, quàm materiali, Sedem petiuit Apostolicam, de crimine facturus querimoniam. Augustensis verò Ecclesia tanto scelere, quasi de grauissimo erroris somno experrecta, ad eandem Sedem literas dirigit, quid super tali *E*piscopo sentire debeat inquirit. Quæ infra positis informatur scriptis.

Osee. 4

XXI. *Paschalis.*

P. Episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filiis Augustensis Ecclesiæ clericis salutem & Apostolicam benedictionem.

Pro querelis quibusdam, quæ super *E*piscopo vestro ad audientiam nostram ante quinquennium peruenerunt, nos ei tunc temporis officium Episcopale interdixisse meminimus. quia & à nostro id temporis legato bonæ memoriæ RICHARDO Albano *E*piscopo, sicut vestris significatur literis, inuitatus, & nostra præceptione præmonitus, nequaquam ad statutum terminum ante nos curauit occurrere, aut purgationis debitum exhibere. *Ex* illo nunquam interdicti remissionem nos ei fecisse meminimus. Latorem præsentium Apostolicæ Sedis, auxilium postulantem, vestræ fraternitati commendamus, vt in querela quam aduersus eum Episcopum

pum gerit, vos eius iustitiam tueamini. Data Romæ I X. Kal. Decembris.

MOGONTIENSI quoq; Episcopo expositæ querelæ his literis iniungitur discussio. XXII.

P. Episcopus seruus seruorum Dei, ARNOLDO venerabili fratri Mogontino Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. *Paschalis.*

Super cætera horrenda & infamia, quæ de persona Augustensis, iam dudum ad Sedis Apostolicæ audientiam perlata sunt, nuper querelam ADALBERTI Augustensis ciuis lachrymabili suggestione suscepimus. Quam nimirum personis Ecclesiasticis & dicere & audire turpe est, sed ex ipsius Adalberti poteris relatione cognoscere. Tibi ergo ad quem huiusmodi discussio pro Metropolitanæ dignitatis debito attinet, literarum præsentium perceptione iniungimus, vt huiusce negotij veritatem, conuocatis fratribus, sollicita inquisitione discutias; & quod iustitia exegerit decernatis. Quod enim à vobis iustè & rationabiliter auctore Deo statutum fuerit, nos ratum habebimus.

Hoc accepto Archiepiscopus mandato, Augustensium Prælatos tali inuitat præcepto. XXIII.

ARNOLDVS Dei repropitiante clementia deuotus in Christo gregis Moguntini famulus Reuerendo Abbati vnâ cum charissimis filiis Augustensis Ecclesiæ fratribus & dominis, consilium paternæ affectionis in spiritu diuinæ consolationis.

Dilectioni vestræ fratres amantissimi insinuamus, literas nos à Sede Apostolica nuper accepisse, in quibus cũ sit vestri Episcopi nobis iuncta discussio, placuit summa diligentia id fieri, Ecclesiæ nostræ & fratrum consilio, seruato tenore canonico; ne vel actori causa pereat, vel sum-

ſummum Pontificem indiligentiam noſtram cauſari oporteat. Querimoniam vniuerſam, vobis notam cum habeamus à prædicta ſede remiſſam, ſuo loco & tempore retractandam, illas domni Papæ bullatas tranſmittimus vobis exemplatas; earum commoniti authoritate, aut dominum Abbatem, aut quoſlibet ex vobis idoneos prælatos veſtros, tempore VVERZEBVRGENSIS curiæ, ad nos deſtinate. tunc quidquid nobis interim Eccleſiæ noſtræ & fratrum ſuggeſſerit ſpiritus, per veſtros vobis plenius intimabimus. Vale.

XXIV. Verum quia hiſdem temporibus LONGOBARDIÆ, in regia expeditione, infamatus morabatur Epiſcopus; Abbas noſter quendã è fratribus ſuis nomine RATPOTONEM cum Apoſtolici literis Auguſtam delatis ad eum dirigit, vt Papam adeat de officij reſtitutione, ſeu de obiecti ſacrilegij purgatione acturus, obnixius ſuggerit. At ſpreto *Epiſcopus* ſalubriori conſilio, vt criminis conſcius, ſolito mendacij armatur præſidio. Literæ ſiquidem tanquam ex Auguſtenſis *Eccleſiæ* perſona finguntur, per Canonicum CONRADVM & dictum fratrem RATPOTONEM Apoſtolico diriguntur. Quarum fallacia ex huiuſmodi deprehenditur reſcripto.

XXV. *Paſchalis.* P. Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, dilectis filiis, D. Decano & cæteris Auguſtenſis Eccleſiæ canonicis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Diu eſt, quod frater noſter HERIMANNVS *Epiſcopus* veſter de tribus apud nos fuit capitulis inpetitus; de prauo videlicet electionis & conſecrationis acceſſu; de conuerſatione peruerſa; & de rerum Eccleſiaſticarum diſtractione. Pro quibus ipſo ab *Epiſcopali* officio ſuſpenſo, terminus conſtitutus eſt, quo pars vtraq; ante noſtram deberet præſentiam conuenire. Infra quem nimirum terminum

num confrater vester & concanonicus CONRADVS ad nos venit; & sicut ipse asserit à nobis accepit, quod Episcopus liber esset, nisi illi constituto termino conuenirent. Cum itaque nuper ante nos, & de quibusdam aliis grauibus idem diffamaretur *Episcopus*, cum his ad memoriam nostram etiam illa præterita redierunt. Vnde oportunum duximus, causam ipsius, ne diutius *Ecclesiæ* detrimentum afferat, terminare. Sed quoniam propter difficultates itinerum & personæ infirmitatem, nostro nequit se offerre conspectui; confratri nostro VVIDONI Curiensi *Episcopo* negotium illud prouidimus iniungendum. Præcipimus ergo, vt ipse causam omnem diligentius audiat. *Et*si *Episcopus* vester de rerum *Ecclesiasticarum*, & de peruersæ conuersationis emendationem fecit; & de aliis, quæ obiecta sunt, tertia *Episcoporum* vel quinta presbyterorum manu se purgauerit, restitutionem interdicti sibi officij consequatur. Data BENEVENTI Kal. Aprilis.

His literis aliquantisper immorandum videtur, dum plena in eis superiorum notitia continetur. Primò namq; primum ponitur, quomodo iste, vtinam mercenarius, non per ostium, sed aliunde ingreditur; ingressus vt mactet & perdat; pro consecratione execratur. dein consequentia, peruersa scilicet vita cum rapina. Terminus, inquiunt, constituitur, quo pars vtraq; inuitatur. Pars accusata literas terminum indicantes sub iuramento vt prædictum est, celat, vt altera loci iustitiæ ignara obmutescat. A neutra ergo parte aditur. *Et* hoc est, quod dicitur, quod Episcopus liber esset, nisi illi constituto termino conuenirent. Tamẽ irrefragabili determinatur oõfirmatione; sicut inquiunt, Conradus asserit. O prudentia Romana, quanta obdormisti, quod gratia tui dixerim, negligentia; ne XXVI. Ioan. 10.

forte dicendum sit, te vt bonum quandoque dormitare Homerum. Cur, sicut ipse asserit, non sicut tu asseris, cum memoriter cætera noueris, numerum diffinis capitulorum, officij non taces suspensionem, quo cuncta discutienda seu finienda fuerant, repræsentas terminum, libertatis tantum conditionem nescis, vt & nos nescire cohorteris? Sed quoniam, inquiunt, propter difficultatem itinerum & personæ infirmitatem & cætera. Hinc euidens colligitur mendacium; itinerum scilicet difficultas & personæ infirmitas, cùm, vt postea resciuimus, præsentari nollet sanissimus. Nam dum eundem Canonicum, cur huiusmodi confingeret, percontaremur, apologeticum, Verum, inquit, dixi, cum cæcum à Natiuitate pro infirmo duxi. Cæterum ne quis miretur Archiepiscopo iniunctum negotium alij Apostolicum commisisse discutiendum; sciat istum Canonicum huius videlicet varietatis auctorem, CVRIENSIS Episcopi fuisse fratrem, ideoque MOGONTIENSEM vt Regis inimicum Augustæ abominari, fratrem verò suum in hac causa ibidem asseruisse non detrectari. Cautius tamen & ipsi iniungitur; si nimirum Episcopus de rerum Ecclesiasticarum, & de peruersæ conuersationis emendationem (sicuti falsæ testabantur literæ) fecit. & cetera. Hic, inquam, Episcopus multis conductus promissis Augustam venit; clero ac populo obiiciente, non nisi facta ficta emendatione, purgationem Episcopi minime recipi debere. Quatuor infames eliguntur personæ, quinta Sacramentis addicitur pœnæ, dum plusquam à quingentis conuincuntur falsò iurare. Sic purgatus Episcopus interrogat Episcopum, si iam pontificale licitum sit officium. Hoc eo non annuente, sed vt Apostolicum pro eius restitutione interpellet, persuadente, discessum

cessum est. Tum iterum dictus *Episcopus* in regiæ contubernio expeditionis Italiam proficiscitur, armata manu iam tertio domum beati PETRI ingreditur; cum excommunicatis communicare non veretur. Non differt Archiepiscopus hoc taliter intimare Augustensibus.

Arnoldus DEI gratia Mogontinæ Sedis Archiepiscopus domno * E. Abbati Augustensis cœnobij cum cæteris fidelibus Ecclesiæ Catholicæ membris, coalescere in corpus Christi in Spiritu vnitatis. XXVII. *Eginoni.*

Iam dudum clamor ascendit in cœlum super eo, qui vester dicitur Episcopus; atq; ab ipsa, vt nostis, Apostolica Sede querimoniæ seriem & præceptum discutiendi illum accepimus. Quia verò charitas nunquam excidit, & odientes etiam diligit, ex superabundanti, si fieri potest, fugientem reuocaremus,& magnis vulneribus magna medicamenta componeremus, si ægrotus vester se ipsum recognosceret,& medicum etiam vocantem nõ detrectaret. Nũc igitur quodãmodo vos ista causa vocat; in quam cũq; partem ceciderit, consilium videtur, quatenus ex nostra commonitione viua illum voce conueniatis, vt resipiscat, vt saluti suæ nunc saltẽ consulat,excommunicationis contagia deserat,& non vsq; in finem præuaricando excedat. Nostis, nouit& ipse, quam horribili comminatione distractus, ab ipso beati PETRI Vicario sit, longo iam tempore, officio suspensus; neque tamen aduerterit, qualiter etiam excommunicatione se contaminauerit & nullam salutis viam exinde quæsierit. Proinde sicut nos quod nostrum est, ita & vos quod vestrum est, facite; Ecclesiastica correptione illi intimate, quia vicinior erit illi via salutis, si se ipsum humiliauerit & veniam quæsierit, quàm si audientiam synodalem expectauerit vbi iudicem in neutram partem flecti oportebit. *Exodi. 2.* *1. Cor. 13.*

Quod si vestræ fraternitatis verba & nostra hæc monita non attenderit, illi interim præter iam vetitum officium, cleri populiq; obedientiam auertimus; quia ipsum irreuocabilem & inobedientem iudicamus.

XXVIII. His literis ab Abbate receptis, totique Ecclesiæ lectis, Episcopus regreditur, non dubitans quin pro catholico suscipiatur. Ecclesiam ergo nostram ex more ingreditur; à nemine occurritur. Siquidem Abbas interdictum abnuerat, suisq; hinc cauendum indixerat. Quæritur contemptus causa; referuntur vniuersa. Tum verò nihil humanum in homine cerneres; bestiam ex fremitu vel discursu putares. Blasphemijs Abbas minisq; afficitur; vt publicus regni hostis proscribitur. Vrbis tamen ciuibus tanti viri expulsionem non ferentibus, propinquorum amicorum q; turba colligitur armata: nec sic quidem potest effectum habere voluntas pessimè concepta. Interim Archiepiscopus alias eô dirigit literas in hunc modum.

XXIX. Egmone. Sanctæ Augustensis Ecclesiæ filijs & fratribus, cum * E. Abbate sancti VDALRICI, ARNOLDVS Mogontinæ sedis minister indignus, fraternam dilectionem cum oratione.

Quod proximè à domino PRÆNESTINO Romanæ sedis legato Apostolica auctoritate denuntiatũ fuit vobis, nos quoque eadem denunciamus vobis. Sed quia hæc neglexistis, nec vos nec ille quem dicitis Episcopum vestrum, sancto concilio interfuistis; ipsum quidem, quia iam diu à domno Papa episcopali & Sacerdotali suspensus est officio, communione corporis & sanguinis DOMINI vsque ad satisfactionem priuatum esse sciatis: vos autem adhuc nostra intercessione dilatos, idem tamen subituros nisi sancto concilio FRIDESLARIÆ V. Kal. Augusti

Augusti celebrando, Abbates & Prælatos *Ecclesiæ* vestræ interesse faciatis. Quod quidem sicut in mandato accepimus, Apostolica authoritate & nostra præcipimus. Præterea super querela illius vestri ADALBERTI nos eadem firmasse, quæ Apostolicã sedem fecisse cognouimus, fraternitati vestræ notificamus. Adulterum enim & adulteram & omnes consentientes excommunicauimus. In qua damnatione vester dictus Episcopus non excipitur, quia non faciendo iustitiam patienti iniuriam, consensum criminiadhibere probatur.

XXX. Quibus item à patre nostro prædicatis, cunctisque iam ad Episcopi facinus per regium timorem procliuis, totum pondus prælij solius Abbatis imminebat capiti. Sabbatum sanctũ Pentecostes superuenit, in quo non longe pro baptizanda cuiusdam Comitis filia à monasterio recessit: Episcopus verò exploraturus si chrisma suum reciperemus, idem petijt monasterium. A Priore loci nomine MARKVVARDO, baptismatis agitur officium: dum ad hoc venitur, Episcopo iubente chrisma nostrum ab Antistite, catholico acceptum ministro, aufertur, suumque baptistæ offertur. *T*um ille quasi alienum tangere formidat, notum Sacramenti vasculum quæritat. Hoc, inquit portitor execrati liquoris, accipere debetis, aliud non habebitis. Voce publica profitetur baptista, nolle se hęretico inquinari Sacramento. Exilit *E*piscopus, vociferatur altius, fit in populo strepitus, discurrit clerus, diuina & humana habentur promiscua. Quid ageret præcursoris Christi discipulus? tantum spiculatoris præstolabatur gladius; nisi quod Iohannem Herodes in carcere, istum iuxta altare hostis trucidaret Ecclesiæ, vterq; tamen occumberet pro veritate. *T*anto quippe furore Præsul debachatur, vt non sibi imperanti, sed populo non obtempe- *Matth. 14.*

ranti sacrilegij dilatio iure ascribatur. Tandem Missarum solennia inchoantur, Sacerdos ad altare progreditur, vere dignam Deo hostiam immolaturus, ipse pæne victima paulo superius: Psallentium ora blasphemijs obstruuntur, ab Ecclesia vi expelluntur, Diuina ex hoc officia fratribus interdicuntur. Hoc triumpho contentus Pontifex contemptus, claustrum ingreditur; mensa pransuro apponitur. Saturatis omnibus exitur, pater cœnobij regreditur, series rei gestæ retexitur. Vespertina synaxis Abbate incipiente solemniter agitur, eoq; magis insistendum diuinæ seruituti pater idem hortatur, quo ad Sathanę iniuriam fieri credatur. Ipse verò iam non in palam procedit, dum vndiq; timor mortis occurrit. Audax namq; pessimorum perquiritur contumacia, pro nece Abbatis, copiosa pecunia, seu alia promittuntur beneficia; Episcopus hoc non pro sacrilegio sed pro iusto fieri indicit iudicio. Processione tamen ordinata sanctæ Dei Genitricis intratur Ecclesia. Vbi dum totius ciuitatis conueniret populus Abbate iubente, literæ superius positæ recitantur, laicis quoq; interpretantur. Hæc est, inquit pater, causa, pro qua tam, vt nostis, patior aduersa. Ecce eiicior cum pueris quos mihi dedit Deus, à facie vestra; sit omnium horũ vestra testis conscientia. Quo facto Letania incipitur, minitans ceruici gladius Deo protegente sine læsione transitur.

XXXI. Iam decimus ordinationis patris huius instabat annus, & quasi decimæ bonorum fructuum offeruntur Deo, dum propter iustitiam pater cum filijs priuatur domo. Eodem quippe monasterio hostili manu repleto, nulloque fratre qui patrem sequi nollet inuẽto, pax fugæ obtinetur, egressus à nouis viatoribus præparatur. Nec defuit vltionis diuinæ præsagium, quo & superbi perterrerentur, & humiles

les consolarentur: ambitus enim monasterij terræ motu validissimo quassatur, Ecclesia cum terra campanis hinc inde percussis ruinam minatur, sepulchrum beatæ AFRÆ dissoluto metallo aperiri videtur, comitatus dominæ hoc signo famulis dispergendis spondetur. Gratiarum actionibus Dei qui in sanctis suis est mirabilis propensius peractis, pedestri turba peregrinum sæculi salum calcatur, ex vtroq; latere vda plangentium ora fixis in terram vultibus dissimulantur, LICVS transitur, monasterium sancti Petri non longe positum aditur, fit multus occurrentium apparatus, finitis Dei, quibus excipiebantur laudibus seu sacratissimæ lectionis consolationibus, sub nostro pastore duplicati gregis adunatur ouile. Vbi dum vix septem moraremur diebus AVGVSTA loci sui capitalis non ferens destructionem, Episcopum vt alterum conuenit Egearem, in cõmune reuocari postulamur, importune reddi exigimur, Paraseeue per omnia simulatur, dum altaria denudantur, signa non pulsantur, diuina officia sub silentio lamentantur. Aptiores ergo eliguntur personæ, pro nostri diriguntur reuocatione, quidquid contrarij subierimus, literis promittitur non repetendum vlterius. Communicato virorum catholicorum consilio regredimur, clero ac populo in obuiam ruente, cum laudibus excipimur. Sed Sathana cribrari nos, vt triticum expetente, Christus pro Petri interuenit fide, dum falsi fratres inter nos discernuntur. veri nõ subuertuntur. Nouo itaq; congredimnr prælio, pestiferę suasionis delinimur blandimẽto, vt videlicet patri nostro renunciantes, alterum eligamus, cùm illum vt puta Præsulis inimicum habere nequeamus. Abbas ocius remanentibus inibi subiectis proturbatur, locus perpetrando sceleri datur. Nec sic dolore concepto ad iniquitatis parturitionem perducto

Psalm. 67.

Luc. 22.

Psalm. 7.

vt

vt Abbas iam è medio tollatur, hoc modo excogitatur. Impiorum turba colligitur, Abbati locus iustitiam defendendi promittitur, nihil quàm vt in præsentiam veniat restare nuntiatur. Lætior pater ad vrbem properat, concludere paratus quidquid proposuerat. Verum ille, qui per angelum suum Ioseph reuelat, vt cum IESV in Ægyptum Herodianam declinans persecutionem descendat, ipse nihilominus, vt innocens huius patris sanguis non effundatur, præcauere dignatur. Maximam etenim itineris consumpserat partem: & ecce obuium habet nuncium, literas à fratribus suis ferentem, quæ intra & extra vrbem insidias ei indicant paratas. Abbas conuertitur, à cruenta disputatione tortorum eruitur.

Matth. 2.

XXXII. Interea rex iam secundo excommunicatus, TEVTONICVM ex ITALIA adiens regnum, AVGVSTAM cum duobus eadem excommunicatione damnatis ingreditur Episcopis. Qui cum à fratribus prædictis accuratius susciperetur, pastor bonus dolens gregem sibi commissum, hac participationis contagione esse temeratum, huiusmodi dirigit ei mandatum:

Nouit fraternitatis vestræ discretio, quomodo matri nostræ sanctæ Ecclesiæ condolentes, corpore & spiritu fugerimus illam persequentes; nouit quibus pacis & veritatis promissionibus simus reuocati, nec tamen à promittentibus consecuti. Mundus enim pacem promittere potest, dare non potest. Ego autem pacem illam, quam Christus discipulis suis dedit, inquirens Herodianam iterum persecutionem cum ipso IESV in nocte tribulationis declinaui, vobis tamen prius idipsum faciendum intimaui. E contra Dominici timoris & paterni amoris obliti, alienum pastorem vos meæ paruitatis grex, vos inquam filij mei, quos in Christo genui, illum GVNTHERVM nostræ

Ioan. 14.
Matth. 2.
1. Cor. 4.

ſtræ profeſſionis inimicum, ad quælibet eſtis ſecuti. Me etenim, qui locum defendendi iuſtitiam in conſpectu totius Eccleſiæ deſidero, violenter expulſo, vobis potius congrueret nudipedalis lamentatio, quàm regalis ſine capite iubilatio. Hæc vobis honeſta occaſio, hæc meæ expulſioni fraterna poſſet prætendi compaſſio. Huc accedit, quod illum alterum Iudam, traditorem meum dicam RATPOTONEM, quem, meo ſpiritu & corpore vobiſcum congregato, tradidi ſatanæ in interitum carnis, *1. Cor. 5.* modis omnibus ſequendo & amplectendo in communionem recepiſtis, partim illi communicantibus non reſtitiſtis, ſicque huiuſmodi contagione penè omnes polluti eſtis. In quibus omnibus, quia *E*piſcopi præceptis obtemperaſtis, votum obedientiæ, quod mihi coram DEO & Sanctis eius ſingillatim per nomina promiſiſtis, eheu violaſtis. Quid vltra faciam vobis? domnum Priorem, magiſtrum veſtrum, poſt me fugientem, me ſequentem, per illum dictum raptorem RATPOTONEM, quod dictu nefas eſt, deſpoliaſtis. *Et* ſi in hoc non omnes, vt credo, conſenſiſtis, in facientes tamen non digna vltione exarſiſtis. Quid dicam? Anathema in medio tui eſt Iſrael, non po- *Ioſue. 7.* teris ſtare contra hoſtes tuos. Senior noſter domnus ENGILBOLDVS, non vt Mathathias in vobis Princeps ſur- *1. Machab. 2.* rexit. Ipſe videat quid fecerit. Veruntamen quia ipſe & alij perpauci obedientiæ ſuæ mihi, poſt hæc omnia, man dauerunt obſequia, quod dixi præſens, præcipio & abſens. Dixi enim vos locum non debere mutare, quamdiu poſſetis à cõmunione illius *E*piſcopi vos obſeruare. Quod quia pręuaricati eſtis, vel nunc ſaltem, qui Domini velit fieri, me non tardet ſequi. *Ego* enim vos non longe vobis expecto, ſi quos ex vobis recipere promeruero, gratias ago. Interim illum HEINRICVM dictum malorum inueteratum, com- *Dan. 13.*

XXXIII. communione corporis & sanguinis Domini sciatis esse priuatum.

His auditis altius quidam ingemuêre, quidam derisêre. Presbyter verò nomine EBERHARDVS cum bonæ indolis adolescente ODALRICO monasterium egressus LICIQVE torrentibus vix transcursis cum paludibus, lassos pedites missi à dicto RATPOTONE insequuntur equites. Inermes ab armatis capiuntur; despoliati vt oues minantur; euasum vtcumq; gurgitis periculum intrare coguntur; in derisum vulgo per medium platearum nudipedales reducuntur. A quibusdam mitioribus impetratur vt præda illis reddatur, sed à Ratpotone hanc in præmium recipiunt, vel si quid talibus perfugis auferre possent. Dimissi iterum eandem viam arripiunt, patris sequi præceptum, etsi artubus, animis non deficiunt. O miseram rerum faciem. In vasti medio campi, iam defecti, prosternũtur; frigore vndosa membra dissoluuntur, diei consolatio tollitur, noctis terror inuehitur. Tandem respirante aliquantulum fortiore, per deuia discurritur; si qua humana appareat conuersatio, cæcutiente visu palpatur. Villa eximprouiso offenditur, domus contiguæ ostium pulsatur, quis intẽpesta nocte adsit percõtatur. Vt pauperibus, causa Dei, aperiatur humiliter supplicatur. Quãuis tardè, intromittitur, focus accẽditur, quod verè pauper sit cernitur. Pro socio in via derelicto interpellatur, precib⁹ annuitur; plaustro impositus sacerdos, vt à samaritano in stabulum ducitur. Tepefactis artubus, apponitur ieiunis cibus: matutini aguntur: ad locum sibi condictum proficiscuntur. Alij quoq; fratres monachi habitu depositio, negotiatoribus iunguntur, alij noctu effugientes patrem nostrum sequuntur. Quidam verò ex ipsis subdola intentione obedientiam abbati suo demandant, nec tamen passibus corporis, sicut nec cordis appropinquant. Quibus istis respondetur literis. Egino

Luc. 10.

Egino Dei gratia, quod est; fratribus, diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. XXXIV. *Rom. 8.*

Literas obedientię vestræ fidelitatem insinuantes, iam sæpius accepi; sed quod eadem fides non sit in vobis vniuersalis, testatur dissensio, imò contentio particularis. Partes autem discordantium non habet Ecclesia. Ergo illi extra Ecclesiam tũc conuincuntur, qui fidem quæ est in Christo irritam fecisse concluduntur. Vnde nollem vos quasi in commune eulogia obediẽtiæ ad me direxisse, sed magis diuisos à nobis corde & calamo diuisisse. Qui enim legationi proximè vobis à me factæ non timuerunt detrahere, eorum nomina ad verecundiam filijs iniquitatis non oportet latere, Rogo autem, quid eos ibi offenderit dicant. Puto filios regni regalem monitionem perturbasse. Ponam iterum eandem monitionem ad eorum confusionem, vel quod mallem ad eorum correctionem. Me, inquam, qui locum defendendi iustitiam in conspectu totius Ecclesiæ desidero, violenter expulso, vobis potius congrueret nudipedalis lamentatio, quàm regalis sine capite iubilatio. Sine capite, inquam, hoc est, sine Abbate, sine Priore; iterum atq; iterum dicam, sine capite. Abbas inquiunt, GVNTHERVS tantum astabat. Quis iste locus defensionis? Quomodo astabat? Pro capite an pro cauda? Ipse non cõcedit pro cauda; & vos non conceditis ꝓ capite illum astitisse. Vt esset amborum neutrum, & illius vsurpatio, & vestra inualida probauit reluctatio. Me, inquam, violenter expulso. Nonne ipsi rationi vim facere videntur, qui huiusmodi dictis Regi me iniuriam irrogasse fatentur? An vno è duobus concesso alterum non conceditur? An cum musica in luctu excluditur, in gaudio non admittitur? Hoc modo filijs sponsi me qualicunq; illis ablato, magis congrueret nudipedalis lamentatio, quàm regalis sine capite iubilatio.

1. Cor. 3.

1. Tim. 3.

Matt. 8.

Eccli. 22.

Quare ipsam literam literati non attendunt? Nonne nudis pedibus incedere, est iudicem ad misericordiam flectere? Ergo illi magis Regem offenderunt, qui ficta lætitia ac per hoc duplici corde ipsi occurrerunt. Hæc, inquam, vobis honesta occasio, non vt suspicantur Regem non honorandi, sed non iubilandi: hæc mei expulsioni fraterna posset prætendi compassio. Hæc verba si exponimus, pueris ludum facimus, cùm aperte confundãt ostendentes in superioribus. Cæterum vt cœpistis, hostiam vociferationis non immoletis, videlicet ab officio Missæ abstinendo & horas Canonicas sub silentio, vigilanter tamen persoluendo. Ad vltimum verò sua monita vel præcepta huiusmodi concludit sententia.

Psalm 26.

XXXV. Ægino Dei gratia, quod est, electis in Christo, propter quos omnia sustineo, Idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum.

Rom. 15.

Quoniam vestræ fraternitati cuncta quæ de instantibus periculis dicenda erant, tàm absens quàm præsens intimaui, restat, vt optemperãtes nobis in Christo à facie iniquitatis in sinum matris Ecclesiæ colligamus; apostatantes autem à Deo, ac per hoc à nostra obedientia, quia filios DEI conturbant, iustæ censura sententiæ abscindamus. Præcipimus ergò in verbo domini, vt quicunq; in vobis se filios *E*cclesiæ recognoscunt, in contaminato per inobedientiam loco vlterius non remaneant, ne cum Dathan & Abiron inferno deglutiente pereant. His verò qui in hac qua cœperunt contra nos contumacia perdurare decreuerunt, eundem locum in virtute sancti Spiritus interdicimus, ne per illos diutius nomen Dei blasphemetur in gentibus. Miro etenim modo localem facere obedientiam & conditionalem nituntur; cum non nisi in ambitu quatuor parietum claustri, & non irato contra Abbatem *E*piscopo

Num. 16.

Rom. 15.
Rom. 2.

scopo monachis eam seruandam esse fatentur. Hi quia Sarabattarum lasciuiam sequũtur, à fortissimo genere cœnobitarum excluduntur. Vt autem finem multimodis verbis faciamus, o nnes voto sanctæ obedientiæ nobis in Christo obligatos, ad locum per nuntium, nostrum condictum inuitamus; alienãtes autẽ retrorsum ac nostrę fraternitatis fugientes consortium ab vnitate corporis Ecclesiæ gladio spiritus, quod est verbum Dei amputamus. *Ephes. 6.*

XXXVI.

Augustensibus de his omnibus Abbatem incusantibus, suiq; destructorem loci inclamantibus, pater idem scriptis excusatur talibus:

Sanctæ Augustensis Ecclesiæ filijs vniuersis, EGINO, Dei gratia, quod est.

Nouit beatitudo vestra qualiter apud vos hactenus cõuersatus sim, quomodo vi expulsus discesserim, & quomodo vocatus redierim. Huius vocationis credidi promissis; maximè quia catholicis redundabat dictis; dum quidquid iustum, quidquid Canonicum, quidquid tàm vestræ quam meæ saluti esset necessarium, loqui inter vos sit mihi concessum, imò loquenti consilium & auxilium vestrum non sit negatum. Ex hoc nihil his contratij, nihil noui, nihil locutus sum dubij, vnde deberem, nec confessus, nec conuictus, expelli. Iam profugus recessi, quid vltra patimini fugientem persequi? Fratres mei, sancta obedientia vocante, me sequuntur, quos inermes armati ex vobis insequuntur, & contumelia afficientes deprædantur. O prudentiam, ô fortitudinem Augustensium ad hoc redactam, vt vni homini sancta illorum cõculcanti resistere timeant, subijci non erubescant Siquid empræcepto illius Apostatæ Ratpotonis, monachorum persecutoris, obtemperatur in vobis, dum qui nullius est apud DEVM dignitatis, tantæ sit apud vos potestatis, vt post-

quam qui nos lingua doloſa expellat, etiam gladio perſequi præualeat. Tandem precor redite ad cor. Quia ſi tacti intrinſecus fueritis, me non niſi vera inter vos dixiſſe videbitis, ac per hoc à perſecutione mea ceſſabitis. ----

----- *Hiatum hunc reſarciri poſſe iam quidem mihi nulla ſpes eſt; quod aliud exemplum, quantum ego ſcio, non extet. Aliena quædam inſerta erant; ab alia manu poſtea id factum, ne pagellæ vacarent ſcilicet.*

Reuerendæ paternitatis ac diligendæ fraternitatis, cunctis vtriuſque ſexus in Chriſto fidelibus, EGINO ille cuius incolatus eſt ſuper terra prolongatus, cœleſtis patriæ aſſociari ciuibus.

Pſalm 119. 1. *Ioan*, 4.

Quoniam DEVS charitas eſt, & qui manet in charitate in DEO manet, & DEVS in eo, omnis qui manet in DEO, imò in quo manet DEVS, nimirum ſpiritu charitatis eſt repletus. Ex fonte verò dilectionis riuulus emanat compaſſionis. Hoc igitur ſalubri fonte redundantibus neceſſarium duxi paucis abſoluere, quibus ſubiacuerim caſibus, præmiſſa cauſa quę tot prouocauit aduerſa, vt virtus compaſſionis creſcat ex cauſa iuſtitiæ & veritatis. Quamuis enim peccator indignus officio regiminis, vt multi veſtrum nouerunt cœnobij fungebar AVGVSTENSIS. Vbi quanta DEVS noſtris temporibus, non dico meritis

meritis fecerit; quod videlicet religiosos viros inibi coadunauerit, quamque virtutibus rebus quoque exterioribus locus idem in breui succreuerit, non modo vicinos & contiguos, sed etiam remotos latere minimè potuit. Verum quia iuxta egregium prædicatorem, oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, expetente Satana vt cribraret nos sicut triticum, quem defensorem ac propugnatorem sperabamus, vtputa gregis dominici pastorem, AVGVSTENSEM *Episcopum*, crudelem sensimus persecutorem. Qui cum á beatæ memoriæ Papa PASCHALI pro diuturna inobedientia, in omni pontificali officio fuisset interdictus, atque à successore eius GELASIO secundo, nec non à sancto adhuc superstite Papa CALIXTO secundo, absq; spe eiusdem recuperandi officij sit damnatus, ab ipsa Apostolica sede hoc accepimus mandatum, huiusmodi vitare vt mortiferum. Nos tamen vt minus perfecti non statim ad hæc implenda conualuimus; cum PETRO scilicet ad ancillæ carnis vocem adhuc pertimuimus; cum tam nefanda, potius humana sapientibus acquiescendo, quàm diuinis & Apostolicis præceptis obtemperando, dissimulauimus.

1. Cor. 11.

Luc. 22.

1. Cor. 15.

Ioan. 18.

Denique ipso contra ius fasque omnibus modis grassante, adeò vt catholicum Papam respueret, Burdinum reciperet, nomenq; eius in cerei Paschalis benedictione recitari præciperet, ac plebem sibi subiectam, tanti hæresiarchæ literarum salutatione polluere, nos etiam in his omnibus secum contaminari cogeret: tandem vt arcus fortium superaretur, nos hactenus infirmi diuino robore accingimur, in medium progredimur; cum APOSTOLIS, etsi longè impares, protestamur: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Hac voce non minori

1. Reg. 2.

Act. 5.

quàm

quàm Scribæ & Phariſæi Pontifex iſte commouetur furore; dum mox vincula & carcerem minatur & exilium: nec vnquam ceſſauerit, quouſq; ego & fratres mei, qui cum
Ioan. 6. XII. Chriſtum ſequebantur, aliis retro abeuntibus, à monaſterij quiete proturbamur. Nec tamen huic præſuli poſt innumeras contumelias & iniurias, noſtri ſuffecit expulſio, quin in omnes terræ fines nos eius pro poſſe ſequeretur perſecutio. Quamobrem cum Archiepiſcopum noſtrum, nec non magnum Epiſcoporum, Abbatum ſeu Principum Catholicorum adirem colloquium; expoſitæ querelæ; in commune pro ſceleris immanitate mirantur & lamentantur. Proinde communicato prudentiorum conſilio ad Romanam dirigor ſedem, tum pro ſpeciali noſtra neceſſitate, tum pro communi Eccleſiæ vtilitate. Quod iter cum arriperem, ex hoſtium inſidiis periculoſiſſimum, potius per deuia quàm regia via vtcunq; peruenI PLACENTIAM. Vbi dum puer meus, quem ab infantia nutrieram, cũ omnibus rebus noſtris, exceptis equitaturis, nocte auſugiſſet; qui in paucis ſæpius de itineris perfectione diffidebam, in nihili iam, de eius, qui cuncta creauit ex nihilo, miſericordia, præſumebam. Quid plura? Per abrupta montium, per vaſtiſſimam eremum, per terram famis & ſitis, vbi veſtigium non inueniebatur hominis, tranſiuimus. Sed quaſi in precium tanti laboris domnum Apoſtolicum in maritimis locis videlicet apud ROSELLAM ciuitatẽ inuenimus; à quo hilariſſimo vt eſt vultu recipimur. ROMAM vna ſecum deducimur, relaturi terræ noſtræ, vt ipſius verbis vtamur, triumphum Eccleſiæ. Iam enim quis illius terræ concurſus? quantus omnis ſexus & ætatis apparatus? militiæ quoq; Romanæ, vltra trium dierum iter occurrentis, quàm iucundus fuerit comitatus, Cæſar, ſi ſupereſſet, indignans miraretur; Tullius

lius forsitan attraheretur, dum vexillo CRVCIS omnium consulum & Imperatorum superari trophæa conspicaretur. Appropinquante verò summo Pontifice ad Vrbem, puerorum & infantium cum ramis omnigenarum arborum occurrentium excipitur laudibus; quos ne quis opprimeret vel abigeret, cum Iesu benedicens aiebat, sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum. *Matth. 19.* Deinde coronatus vt regali sacerdotio Ecclesiam credas potiri, per mediũ deducitur ciuitatis, plateis auro, gemmis pretiosissimis, pallijs vndiq; adornatis. Nec defuere Græcorum & Latinorum concentibus confusi Iudæorũ plausus; vt cæca gens vel inuita confiteatur, vnde magis puniatur. Vix hora decima cum esset. III. Non. Iunij, à mane protracta rarescit processionum frequentia, quando & idem pater vniuersalis à Lateranensi exceptus Sede in palatium, vt moris est iudicum legali perducitur carmine. Ab hinc vsque in Kal. Iulij præsentia iugitet tantæ sanctitatis perfruebar viri, hac instantia nesciente fastidium, quia semper in maius accendebatur desiderium. Siquidem hilaris vultus sub morum grauitate; dulcedo affabilitatis sub verborum pondere; ieiuniorum seu vigiliarum discretio, absque eo, quod intrinsecus latet, *Cant. 4.* cunctis intuentibus in eodem patre vno atque eodem spiritu operante mirabili effectu patet. Laus omnis inferior, dum vir iste reuera Apostolicus virtutibus & miraculorum signis comprobetur sublimior Quæ quia tota FRANCIA, LONGOBARDIA, TVSCIA, atque APVLIA prædicat, huius angustia chartulæ supersedeat. Igitur percepta à Sanctis eius manibus dominici Sacramenti communione, & inter crebra oscula, largissima benedictione, iter rediturus arripui, nauiq́ue per mare transiturus, apud OSTIAM ciuitatem cum AQVENSI Epi-

scopo intrauí. Quæ cùm socium laboris nostri fratrem VDALSCALCVM præ hominum multitudine capere non posset, alteram, quæ tamen cum nostra erat itura ascendit. Sed mox pelago turbato naues in tantũ sunt disiectæ quod infra XIIII. dies nec loqui inuicem potuimus nec videre. Cœpi vltra modum de amisso fratre contristari, ex tristitia infirmari, vixq; PISAS valebam deportari. Vbi qualiter frater me inuenerit, quidue post ea de me factum sit, ipse fideliter referat, animamq; meam vestris orationibus commendet.

Heu me Pater amande, quid agam? orphanum & pupillum in exilio derelinquis filium, & tu ad patriam pergis & ad Dominum. Pauciſſima ponam verba, quia magis tunc iubilabam dolore, quam garriebam ore. Igitur decimo quarto, vt dictum est die, post innumera maris, famis, & sitis pericula, PISAS & ego perueni, sperans laboris & doloris mei finem, cum scilicet dominum meum & patrem reperirem, sed tristitia super tristitiam, illo iam in extremis posito, mihi accumalabatur, nec vlla spes consolationis inueniebatur. Tum vero quantis pater filium amplectitur suspirijs, quantis filius patrem infundit lachrymis, pretiosa in conspectu Domini mors eius testatur. dum me qui perieram recepto, mox à præsenti sæculo nequam erui precatur. Fratribus ergo suis & amicis per me valedicens, & vt in Ecclesiæ obedientia ad mortem vsq; permaneant exhortans, tanquam præsentia fastidiens, ad futura iam rapitur: vsq; ad vltimum enim spiritum nulla ex ore eius nisi vox psalmodiæ auditur. Psalmus autem hic erat quem sæpius replicabat. Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Cuius & extremus versiculus egredientem comitatur spiritum eius; illud optabile his verbis præfigurans; Euge, quod erit in proximo auditurus, qui in pauca fidelis,

Psalm. 115.

Psalm. 112.

Luc. 19.

lis, super multa es constitutus, Quos enim in Christo per Euangelium genuit, hos digne in domo Domini ad gloriam vt mater filios, lætus recipit. Itaq; astante religiosissima CAMALDVLENSIS Ordinis congregatione, post intimam peccatorum suorum CONFESSIONEM, post olei sacrosancti VNCTIONEM, dominicis munitus SACRAMENTIS, idibus Iulij vita æterna mortem sæculi commutauit præsentis. Depositus est autem in Beati MICHAELIS monasterio iuxta incomparabiles PISANORVM diuitias optimo Archiepiscoporum mausolio, vbi nesciuntur tenebrę, excluse iugiter sole vel oleo. Nullus ergo ex simplicioribus huiusmodi tanquam fortuitis, etsi aduersis, quantum ad humanum aspectum scandalizetur casibus; cùm Abrahæ patriarchæ diuinitus præcipiatur, vt terram natiuitatis suæ egrediatur: Moyses & Aaron non in terra repromissionis moriantur: Apostoli quoq; per omnes terræ fines dispergantur, quatenus & nos non in terra esse patriam sed cœlum verbis & exemplis instruamur.

1. Cor. 4.

Gen. 12. Deut. 34. Deut. 32. Psalm. 18.

CARMEN DE Itinere & Obitu EGINONIS

Abbatis S. Vdalrici Augustæ.



Hic

HIC patris occasus, dum veri solis ad ortum
Tendit, & ad portum, qui nescit tempora casus.
Est tibi gaudendum pro tam præstante corona,
Fili mente bona simul est quoq; mente dolendum.
Nam velut orbatus remanes patre spirituali,
Et tibi causa mali reputatur is, vnde beatus.
Sed tamen est pia spes, hic qua dolor alleuiatur,
Scilicet optima res, qua iustus quisq; beatur;
Nato reddit vbi patrem sinus ille paternus
Ergo si nos jungat ibi pater ille supernus.

O stile plangentis, quid per diuersa vagaris
Vt dolor est vnus, sic vna voce frua
Finis ad hanc vocem verborum suscipiatur
Finis nos patris monet, vt finis tenetur
Nam varijs animus licet inuolucris subigatur
Sæpe tamen loquitur quod semper quis medit
Res miseranda nimis sub honore Dei refertur
Vt pietas eius quàm magna sit hinc videtur
Largus in auxilio miserorum cum docetur

Cum patre filius exulat, vnicus hos comitatur
In specie famuli fuit, vt tudas toler
Nam nihil officio distant; seruus dominis simil
Iam procul à patria via deserti specul
Qua locus ad fraudem furis sub corde par
Noctis adest tempus; magis ille dolo tenebr
Rebus enim cunctis, quibus illud iterruget

Direptis abijt. Mortem fortuna min
Sed pater omnipotens ſpoliatis auili x
Spem tribuendo viæ peragendæ; nec dubit
Munus enim magnum miſero ſpes firma prob
Quid moror? intratur eremus, tandem peragr
Octo tamen ſoles ibi cum ſudore vag
Cum latro difficilis, via difficilis pati
Ecce laboris honor; prope ſanctus Papa mor
Tum volucres homines reputares, ſic proper
Vix expectatur, quod ad illum perueni
Suſcipit inuentus clementer, amat, vener
Eſt locus, aduentus patris huius vt expedi
Qualiter in cathedra Romano jure loc
Omnis adeſt ætas, ibi ſexus vterq; greg
Cleri ſeu populi vox lætitia modul
Quolibet ornatu via, qua tranſit vari
Pompa triumphalis tibi Cæſar tanta neg atur.
Te veniente decus patrum cum lege fug
Huius in aduentu lex juſtitiæ renou
Cum ſocero pugnas; ciuile malum domin
Per te nulla quies, dum Cato ſiti mori
Hoc ſed patre pio gens genti pacific
Eccleſiæq; Status ius in proprium repar
Plurima ſigna Deus ſuper infirmis oper
Eius per meritum dum quæq; febris releu
Quod quia Tuſcanus, Ligur, Appulus aſtipul
Carmine præſenti per plura ſuperſede
Ast ad eos, quibus iſte ſtilus ſeruit, rede
Ad mare tendebant vt ab hoſte viæ caue
Nauis vt aggreditur, ſubmergens vnda leu
Vt pater à genito miſeranda ſorte fera
Quam rerum faciem, niſi paſſus, quis medit
** ** ** ** ** ** **

*** Videntur quædam deeſſe, nam & hic in ms. alia manu aliena quædam addita ſunt, ne pagella ſcilicet vacaret.

DE

DE EPISCOPIS SALISBVRGENSIBVS.

AVCTORE

S. Eberhardi Archiep. Salisburgensis discipulo.

VBI

Præter aliorum Archiepiscoporum Salisburgensium gesta aliaq; scitu digna

Continentur

Vita & miracula
- *S. Ruperti ex progenie Regum Francorum, Apostoli Bauariæ,*
- *S. Virgilij Apostoli Karinthiæ,*
- *S. Eberhardi Norici, Biburgensis Abbatis,*
- *S. Hartwici,*
- *S. Gebehardi Sueui, Legati Apostolicæ Sedis.*

Episcoporum Salisburgēsium.

Omnia nunc primum in lucem edita è manuscripto codice & notis illustrata

Ab

Henrico Canisio Nouiomago IC. & SS. Canonum Professore ordinario in Academia Ingolstadiensi.

DE

De EPISCOPIS SALISBVRGENSIBVS & De vita & miraculis S. RVPERTI, Ex PROGENIE REGVM FRANCORVM, Bauariæ Apostoli.

S. Rupertus Bauariæ Apostolus.

TEMPORE igitur HILDIBERTI regis Francorum, anno scilicet regni eius secundo, honorabilis Confessor Christi RVDBERTVS in VVORMACIA ciuitate Episcopus habebatur; qui ex Regali progenie Francorum ortus, Catholicæ fidei & Euangelicæ doctrinæ totius bonitatis nobilissimus refloruit Doctor. Erat enim vir simplex, pius, iustus in iudicio, prouidus in consilio, prudens, in sermone verax, strenuus in actu, conspicuus in charitate, in vniuersa morum honestate præclarus. Ita innumerabiles ad eius sanctissimam conuenerunt doctrinam, & ab eo æternæ salutis documenta susceperunt. Cumq; fama sanctæ, conuersationis ilius, longè lateq; crebresceret, peruenit ad notitiam cuiusdã Ducis BAVARIÆ regionis, nomine THEODO, qui supra dictum DEI cenixis precibus, pro vt potuit, libentissime rogare studuit permissos suos, vt NORICAM prouin-

prouinciam visitando sacra illuminaret doctrina. Vnde Prædicator veritatis diuino compunctus amore, assensum præbuit: primo suos dirigens legatos; postea vero ad Christi gregem lucrandum, per semetipsum venire dignatus est. Hoc audiens præfatus Dux, magno perfusus est gaudio, obuiamq; illi cum suis pergens, sanctum virum, Euangelicumq; doctorem cum omni honore, & dignitate suscepit in RATISPONA ciuitate. Quem vir domni cœpit de Christiana conuersatione ammonere, & fide Catholica imbuere; ipsum non multo post, & multos alios istius gentis nobiles atque ignobiles viros ad veram Christi fidem conuertit, sacroq; baptismate regenerauit, & in sancta corroborauit religione. Præfatus itaq; Dux sancto viro concessit licentiam, locum aptum eligendi sibi & suis, vbicunq; ei placeret in hac prouincia ad Episcopij sedem, & Ecclesias Dei cõstruere, & cætera ad Ecclesiasticum habitaculũ perficere. Tũc supradictus vir domini accepta licẽtia per alueũ DANVBII vsq; ad fines PANNONIÆ inferioris spargẽdo semina vitę, nauigando iter arripuit. Sicq; tandẽ reuertens ad LAVREACENSEM peruenit ciuitatem, multosque infirmos varijs languoribus oppressos, orando per virtutem domini sanauit, & veræ fidei plures inibi sociauit. Deinde arrepto itinere, peruenit ad quendam lacum qui vocatur VVALARIVM, vbi exit VISCHAHA de eodem lacu, ibique Ecclesiam in honore sancti PETRI principis Apostolorum construxit & dedicauit. Hoc facto præfatus Dux THEODO tradidit ad ipsam Ecclesiam eundem locum, & primitus ibidem in circuitu aliquas proprietatis possessiones ei tribuit. Postea verò ad notitiam venit sancto Pontifici RVDBERTO esse locum iuxta fluuium VVARVM, antiquo vocabulo IVVAVENSEM vocatum, vbi antiquis temporibus, multa fuerunt mirabiliter con-

 structa,

structa ædificia, & cuncta pæne dilapsa siluisque cooperta. Hoc audiens vir Domini propriis cupiens prospicere oculis, quid inde ipsius rei veritas haberet, propter fidelium animarum lucrum diuina disponente gratia, cœpit THEODONEM rogare Ducem, vt istius potestatis locum tribueret, ad expurganda loca & Ecclesiasticum, pro vt ei libitum foret, ordinaret officium, & Episcopij ibi sedem statueret. Quod ipse Dux cõsensit, tribuens in lõgitudine & latitutine de territorio super lengas possessiones, vt inde faceret, quid ei placeret, ad vtilitatẽ istius sanctæ Ecclesię. Tunc vir Domini ista cœpit renouare loca, primo Deo formosam ædificans Ecclesiam. Quã in honore sancti PETRI principis Apostolorum dedicauit, ac demum claustra cum cæteris habitaculis Clericorum per omnia ordinabiliter construxit. Postea verò delegato sacerdotali officio omnem ibidem quotidie cursum congruo ordine fecit celebrari. Tunc prædictus doctor RVDBERTVS cupiens aliquos adipisci socios ad doctrinam Euangelicæ veritatis, propriam repetiuit patriam, iterumq; cum duodecim reuertens discipulis, secumq; virginem Christi, nomine ERNDRVDEM adducens, quam in superiori castro IVVAVENSIVM statuẽs, ibidemq; colligens congregationem sanctimonialium, & earum conuersationem racionabiliter, sicut deposcit ordo canonicus, per omnia disposuit. Ipse quoq; assidue totum istius circuiens solum patriæ, confirmans animas Christianorum admonensq; in fide fortiter permanere, quod verbis docuit, operibus adimpleuit mirificis. Vbi cõstructis consecratisq; Ecclesiis, ordinatisq; inferioribus & superioribus gradibus, proprium sibi ordinauit successorem. Ipse verò præsciens longè ante diem vocationis suæ, confirmatis discipulis, ad propriam remeauit sedem astantibus, ammonitione diuina peracta, fratribus, inter

verba

verba orationis reddidit ſpiritū in pace, die videlicet Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ad cuius ſepulchrum exuberant innumera beneficiorum beneficia curationū cunctis fideliter petentibus vſq; in hodiernū diem, Per eum, qui viuit & regnat per omnia ſæcula ſæculorū, Amen.

II.

IGITVR poſt diſceſſum beatiſſimi RVDBERTI pontificis, vir clarus omni populo, egregiuſque doctor & ſeminator verbi Dei VITALIS Epiſcopus ſedem IVVAVENSEM regendam ſuſcepit. Poſt cuius tranſitum ANZOGOLVS extitit abbas. Poſt cuius depoſitionem prædictę ſedi adhęſit SAVOLVS abbas. Cuius vitæ finito curſu EZIVS abbas ſucceſſit. Quo migrante de ſæculo, iterato illa ſedes honorata refulſit Epiſcopo FLOBARGISO. Poſt quem IOANNES paſtoralem geſſit in ſede præfata curam. Eiſdem igitur temporibus ſcilicet OTILONIS Ducis BAVARIÆ, qui tunc ſubiectus fuit regi primo Francorum, venit vir quidam ſapiens & bonus doctor, de HIBERNIA inſula, nomine VIRGILIVS ad prędictum regē in FRANCONIA loco vocato KARISIACO. Qui propter Dei amorem retinuit eum ſecum ferè duobus annis: & comperto eo bene docto, miſit eum præfato Duci OTILONI, ac cōceſſit ei *E*piſcopatum *S*ALZBVRGENSEM rectore vacantem. Qui diſſimulata ordinatione ferme duorum annorū ſpacijs, habuit ſecum proprium Epiſcopum comitantem de patria nomine DOBDAGREVM ad perſoluendum Epiſcopale officium. Poſtea vero populis petentibus, & *E*piſcopis regionis illius, conſenſit Virgilius conſecrationem accipere; ordinatuſq; eſt à comprouincialibus præſulibus ad *E*piſcopum, anno ſcilicet natiuitatis domini DCC. LXVII. ſub die XVII. Kal. Iulij.

Vitalis Epiſc. Salisb. II.

III. *Ep. Salisb. Anzogolus*

IV. *Sauolus.*

V. *Ezius*

VI *Flobargiſus*

VII. *Ioannes*

IIX. *S. Virgilius*

III. PRImo igitur THEODO dux BAIOARIORVM Dei omnipotentis gratia instigante, & beato RVDBERTO Episcopo prædicante de paganitate ad Christianitatem cõuersus, & ab eodem Episcopo baptizatus est cum proceribus suis BAIOARIIS. Item THEODO Dux dedit ei potestatem circuire regionem VVABARORVM & eligere sibi locum ad *E*piscopij sedem, & Ecclesias construendas, & ipsos populos ad seruitium Dei erudiendos, cum adiutorio Dei, & sui ipsius supplemento. Præfatus igitur beatus RVDBERTVS multa circuiens loca peruenit tandem in pagum IVVAVENSEM iuxta lacum vocabulo VVALARSE, vbi exit FISCHAHA de eodem lacu; consedit ibi & construxit *E*cclesiam, eamque dedicauit in honore beati PETRI Apostolorum principis. Hoc facto beatæ memorię THEODO dux tradidit ad ipsam Ecclesiam eundem locum cum confinio circumiacenti, in aquis quarumque decursibus, siluis, pratis, pascuis, & molendinis, atq; piscationi bus curtem & casam, cum cæteris ædificiis, seruos manentes in Coloniis quatuor & alios tributatos manentes in Coloniis decem.

Translatio Ruperti.

IV. OCTAVO Kal. Octobris, translatio sancti RVDBERTI Episcopi, quę facta est ab Episcopo VIRGILIO, qui fuit octauus ab illo cum quo trãstulit & duos presbyteros eius, Sanctũ CHVNIALDVM & GISIBARIVM, quorum festiuitas, quia nullo alio die in anno habetur, eodem die nominatim in ipsa ad quam translati Ecclesia, statutum est celebrari. Quorum translatio postea eodem die post ruinam, & reconsecrata *E*cclesia mutatis altaribus à beato & sanctissimo HARTVVIGO XXII. Episcopo, XII. Archiepiscopo iterata est; eorumq; corpora tũc posita sunt ad corpus sui quondã & compatriotæ sancti patris

patris RVDBERTI. Cuius trãslationis dies eo ipso die, id est, octauo Kal. Octobris per totum Episcopatum illud SALZBVRGIS statutus est celebrari. Quæ dies officijs dedicationis Ecclesiæ, in qua corpus iacet, in tantum est occupata, vt huic celebrationi eius plene nequeat deseruire. Et dies transitus eius VI. Kal. Aprilis, die resurrectionis dominicæ propter officia quadragesimæ, vel ipsius paschæ raro sicut dignum est, contingit celebrari. Ideo postera dies, ideſt, 7. Kal. Octob. illi consuetudinaliter inofficiatur; atq; vacatur; sed intra vrbem illam tantum. Ex qua consuetudine translationem eius quidam causæ ignari in diem eundem transscripserunt, sicut in quibusdam Martyrologiis habetur. Et etiam congruum ac religiosum est, vt quidquid alia obseruatio illius celebrationis diebus dormitionis illius ob reuerẽtiam Quadragesimalis officij, vel paschalis obseruãtiam gaudij ademit, qui auctor sedis, & Apostolus extitit religionis, hoc saltem in domo requiei suæ, illa assumpta die translationis suppleatur.

NVMERVM annorum à transitu sancti Rudberti diffinite scriptum nõ reperimus; coniectura tamen horum potest fieri ex consideratione temporum, in quibus fuisse legitur. De temporibus eius legitur sic: Temporibus igitur HILDIBERTI regis FRANCORVM, Anno scilicet regni eius secundo, venerabilis Confessor Christi RVDBERTVS in VVORMACIA ciuitate Episcopus habebatur. De die obitus eius, qui in VI. Kal. April. celebratur sic legitur. Die orto resurrectionis Christi, missarum solemnia lætus persoluit, & munitus corporis & sanguinis sacramento, inter verba fratres confirmantia, tradidit spiritum. Et alibi. Sic suum contigit phase, V. *Supra. cap. 1.*

sacro paschæ tempore. Inuento autem tempore regis, inuenire deceret tempora Episcopi. Temporibus igitur TIBERII CONSTANTINI, & MAVRITII Imperatorum Romanorum, HILDIBERTVS Rex Francorum, filius SIGIBERTI & BRINHILDIS extitisse legitur, anno Dominicæ incarnationis DLXXV. TIBERIVS CONSTANTINVS regnauit anno incarnationis Dominicæ D LXXXVIIJ. HILDIBERTVS, XXIJ. MAVRITIVS regnauit item anno incarnationis Dominicæ D. LXXXVIIJ, HILDIBERTVS filius SIGIBERTI super Francos regnauit anno incarnationis Dominicæ D. XXXIIJ. FOCAS regnauit, qui post Mauritium factus est Imperator. Circa hæc tempora sanctum Rudberdum vixisse patet. Requirat autem nunc qui vult, vbi ante annum, DCXXIIIJ. Dominicæ incarnationis, aut post eundem annum Dominicus paschæ, in 6. Kalend. Aprilis euenerit, vt habet nec ante nec post illum terminum longius, quam humanæ vitæ mensura, idem, si quis hoc ante inuenerit, inuenire poterit, quot anni sunt à transitu sancti Rudberti. Si autem alieno inuento credulus esse maluerit, qui semet huiuscemodi indaginis labores desperet attingere, sciat, quod D CXXIIJ dies, anno incarnationis Dominicæ, ante supra notatum annum, & post eundem DCXXVIIJ dies paschæ 6. Kalend. Aprilis in quo è duobus anno, ipse de quo sermo est, sanctus obierit, non legi. Considerata tamen superiori temporum conscriptione, dubium non est, eum in vno eorum obijsse. Et quamuis certum non sit, si superuixerit, D. CXXVIIJ quo dies Dominicus paschæ in 6. Kalend. April. venit, certũ tamen est eum non superuixisse D CXXV annum Dominicæ incarnationis in quo similiter dies Dominicus in 6. Kalend. Aprilis cuenerat. Si autem annum incarnationis in quo similiter dies Dominicus paschæ in 6. Kalend.

Aprilis

Aprilis euenit, altius repetere voluerimus, vt videlicet sub primo HILDIBERTO Francorum rege CHLODOVEI seu LVDOVVICI filio, qui tēporibus IVSTINIANI magni & primi regnabat, sanctum RVDBERTVM claruisse contendamus, tūc in altero subscriptorum anno eum obijsse cōstat, siue D. xxxiiij anno Dominicæ incarnat siue D. XLIIIJ anno, in quibus ambobus dies dominicus. paschæ 6. Kal. Aprilis euenit. Ideo, quod inter duo dubia certius est eligamus, & computemus annos de trāsitu sancti Rudberti ab anno D Cxxiij, Dominicæ incarnat. Sunt autem à transitu eius vsque ad præsentum annum, qui est Dominicæ incarnationis annus millesimus centes. octoges. sextus, anni quingenti Lxxiij. Ipse est annus x x x vj. 9. regni Friderici Imperatoris. *Quo tempore vixerit Autor*

EX Orientali siue Australi parte iuxta publicam viam, quæ tendit in TALGOR, & sic ad Esel wandt/ deinde ad lacum qui vocatur LABVSCVLO, & sic ad TINILBACH, & inde ad medium lacum qui vocatur PARNSE, & sic ad SINTENPECH, & sic a TINILBACH, de ista parte laci meridiana pleniter per omnia in FORSTE fieri deberent ad istam sedem Iuuauensem. Item de isto flumine quodam vocatur SALZAHA, de illa petra quæ respicit contra Ecclesiam sancti Martini, quæ sita est in castro Iuuauensi, nulli liceret sine licētia huius sedis Episcopi, piscationem habēre vel castores apprehendere, siue vllam exercere venationem, nisi tantum vno piscatori dominico. Item de loco qui vocatur STRATINPACH ex vtraque parte supradicti fluminis in FORSTE pleniter fieri ad istam Ecclesiam Dei sanctam, sursum vbi Schwarzaha exoritur, & sic vsque ad illum locum, qui vocatur Purch/ & ita fieri à potestatiuis viris, ad istam sedem definitum est. MADELHELMVS quidā vir nobilis cum VI.

cum cæteris rebus suis, portionem venationis suę, ad istam Dei Ecclesiam, iuxta ripam, quæ vocatur ALBINA hanc esse communem cum cohæredibus suis. Supradictus HVDBERTVS dux dedit in pago MATAHCENSI manentes tributales iiij. in loco ITINGA dicto.

In illis temporibus quoque OTILA dux ab æmulis suis, *Hunis* *....., causa, fratres duo, KARLOMANNVS & PIPINVS reges Francorum VDILONEM ducem Bauariæ rebellare conantem bello superãt. Fuit autem cum domino PIPINO rege in Francia multis diebus. Inde reuerso & accepto Ducatu suo, tradidit ad IVVAVENSEM sedem villam quæ vocatur Oetminhaim/ & manentes seruos XX. cum territorio, & silua & molendinis cum omni appendicio suo. Dedit in heremo eiusdem loci appendente locellum, qui dicitur Eselwanch/ & lacus duos & APARNSE, & in his locis venationem & piscationem.

OTTILO dux habuit sororem PIPINI regis, nomine Hiltetruth/ ex quibus natus est THASSILO dux pijssimus.

AD

DE
Vita & miraculis
SANCTI VIRGILII
APOSTOLI KARINTHIÆ EPI-
scopi Saliſburgenſis

& de
Karinthiæ ad fidem Chriſti
converſione.

AVCTORE
S. Eberhardi Epiſcopi Salisburgenſis
diſcipulo.

I. AD præsentem beatissimi patris nostri VIRGILII memoriam, superna beatorum spirituũ curia,& cœlestis mater nostra congratuletur Ecclesia, quæ dum tantæ prolis fœlici fœliciter assumptione dominatur, multorum multo fœlicius, per eam filiorum quotidie acquisitione multiplicatur. Exultet & supernæ ciuitatis filia, in huius adhuc peregrinationis exercenda militia, quæ patronum iam sibi videt in cœlis, quem pastorem habebat in terris, quem sicut in via ducem, sociumque laboris acceperat, sic per eius suffragia particeps ipsius consolationis in patria fieri non desperat; precipua vero ac singulari lætitia ad tanti viri præconia, nostra specialiter concurrat SALZBVRGENSIS Ecclesia, quam ab idolatriæ nuper purgatam erroribus, primus ipse in KARINTHIA verbo prædicationis excoluit, sanctitatis exemplo fœcundauit, & miraculorum insignibus mirabiliter adornauit. Ecce summi patris agricola, sicut oliua in domo domini fructifera, quod seminauit in lachrymis, in gaudio recepit, qui quot spiritales domino filios, verbo salutis peperit, quasi tot animarum manipulos veniens in Resurrectionis exultatione portabit. Ecce fidelis dominicæ pecuniæ dispensator & prudens, in gaudium domini sui intromissus fœliciter exultat, quia susceptæ verbi mensura familiam domini fœliciter aluit, & sapienter instruxit, qui collatum sibi diuinæ gratiæ talentum in aliorum ædificatione multiplicatum domino restituit, ad cuius vitam temporalem inuestigandam miracula, quæ per eum dominus operatur, nos diligentius hortantur.

Psalm. 51.
Psalm. 125.

Luc. 12.

BEA-

II.

BEATISSIMVS igitur VIRGILIVS in HIBERNIA insula de nobili ortus prosapia, literarum studiis ita animum applicauit, vt inter doctos sui temporis atq; climatis doctissimus haberi potuisset. Morum etiam honestate nihilominus clarescere studuit, & tamen non virtute relicta inuidiam quorumlibet placando dictum illud exoptabile in se digne meruisset transferri, Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est, cuius nomen exquiretur à generatione in generationẽ. Vt itaque dominus misericordiam suam à progenie in progeniem ostenderet, seruum suum VIRGILIVM strenuum vtique dominicæ vineæ plantatorem, & futurum KARINTHIÆ Apostolum de natali solo HYBERNIÆ ad FRANCIAM misit. Vbi ab illustri Francorum rege PIPINO qui maior domus dicebatur, apud KARISIACVM honestè exceptus fuit. Et quia literarum scientia cum morum honestate in ipso exuberauit, rex eum sicut tubam Euangelicæ prædicationis libenter audiendo, secum ferè duobus annis propter Dei amorem retinuit. Temporibus verò OTTILONIS ducis BAVARIORVM, qui tunc cum tota NORICA prouincia subiectus fuit prædicto regi Francorum, SALZBVRGENSIS Ecclesia, quę ab anti quo vocabulo à iuuando dicta fuit IVVAVIA, proprio carebat Episcopo. sed rex Pipinus princeps per omnia Christianissimus, ad incrementum Ecclesiæ non modico suspirans desiderio, Episcopatum Salzburgensem pro debito rege magnificentiæ, sancto concessit Virgilio, eumque prænominato duci NORICORVM vtpote amico carissimo transmisit, summo cũ honore excipiendum. Vir itaq; domini dissimulata ordinatione fermè duorum annorum spaciis, habuit secũ laboris & coronæ participem Episcopũ comitantem de patria nomine DOBDA ad persoluendum

Eccli. 45.

Episcopale officium. Postea ad instantiam populi, nec non assidua coepiscoporum suorum exhortatione inductus, ab ipsis vnctionem Episcopalem suscipere consensit, ordinatusq; est à prouincialibus Præsulibus anno natiuitatis domini septingentesimo, sexagesimo septimo. XVII. Kal. Iulij. Deinde prout commissę dispẽsationis auctoritas exigebat, quod ore dieq; & noctu docuit, operis exhibitione implere non cessauit, in vigiliis, in ieiuniis, & in caritate demum non ficta. Eas etiam quæ ad exterioris pertinebant vtilitatem prouisionis, tanto sollicitius studuit promouere; quãto status Salzburgensis Ecclesiæ, tunc nuper initiatus, & exiguis, postea deo cooperante, vt liquido apparet religione & possessionibus famosissimus id expostulare videbatur. Quippe fabricam, monasteria immenso opere, & egregia dispositione à fundamento constituxit, corpusque sancti RVDBERTI, quod post obitum suum, in Ecclesia sancti Petri principis Apostolorum requieuit, vna cum sede Episcopali, quæ in prætaxata Ecclesia, similiter per aliquot annos extiterat, diuina communitus inspiratione, transtulit in eum videlicet locum, in quo vsq; ad præsentia tempora perdurauit.

2. Cor. 6.

Temporibus verò glorioſi regis francorum DAGOBERTI, SAMO nomine quidam SCLAVVS manens in QVARANTANIS, fuit dux gentis illius. Qui venientes negociatores DAGOBERTI regis iussit interficere, & regia exspoliuit pecunia. Quod dum comperit rex DAGOBERTVS, misso exercitu suo, damnum quod ei SAMO contumaciter intulerat, iusta præcepit vltione puniri, & sic demum regis seruitio subacti sunt.

Non multo tempore cœperunt HVNI eosdem QVARANTANOS hostili seditione grauiter affligere, fuitq; dux tunc

tunc eorum BORVTH nomine, qui HVNORVM exercitum contra eos interim BAVARIS nunciare fecit, rogans eos sibi in auxlium venire. At illi cum magna festinatione venientes expugnauerunt HVNOS, & obfirmauerunt QVARANTANOS, seruitutiq; eos regum subiecerunt, similiter & confines eorum. Duxeruntq; inde obsides secum in BAVARIAM, inter quos erat filius BORVTH nomine* KARASTVS, quem Pater eius more Christiano nutriri & baptizari postulauit, quod ita factum est. Similiter de * CHETTVNARO filio fratris sui fieri rogauit, Mortuo autem CORVTH iussu francorum Bauari KARASTVM Christianũ factum, petentibus eisdem SCLAVIS remiserunt, & illi eum ducem fecerũt, sed postea ille tertio anno defunctus est. Iterum autem permissione domini PIPINI regis, populis idem petentibus CHETIMARVS Christianus ducatum suscepit * Suggerente verò quodam presbytero nomine MAIORANO, qui à sancto VIRGILIO, in IVVANO monasterio manus impositionem acceperat, quem secum propter doctrinam Christianæ religionis detinuit, ad IVVAVENSE monasterium specialiter caput suum in seruitium Dei declinauit, singulis annis quodum vixit in signum subiectionis suæ aliquod obsequium illuc persoluendo. Peractis autem aliquantis temporibus, prænominatus dux KARANTENORVM petiit, sanctum VIRGILIVM Episcopum visitare populum gentis illius, eosque in fide firmiter confortare. Quod etiam ille implere minime valuit, sed sua vice misso suo Episcopo nomine MODESTO, ad docendam illam plebem, & cum eo VVATTONEM, REGINBERTVM, GOZARIVM atque LATINVM presbyteros suos, & EKIHARDVM diaconum cum aliis clericis, dans ei licentiam consecrare Ecclesias, ordinare iuxta

* al. cacatius, sic & postea semper.
+ Al. Chetumaro, vt & postea.

* Al. add Cui etiam Lupo presbyter, ordinatus Iuuauensi sedi, dedit nepotem suum nomine Maioranum presbyterum iam ordinatũ. Et quia compater eius erat idem Lupo presbyter, docuit eum, vt ad Iuuauense monasterium ad Christianitatis officium subderet. Quem suscipientes iidem populi Ducatum illi dederunt. Ille vero secum habens Maioranum presbyterum in Iuuauẽsi monasterio

Ordinatum presbyterum, qui admonuit ipsum ad illud monasterium suum caput declinare in seruitium Dei, ille ita fecit ac promisit se ad ipsam sedem seruiturũ, sicut & fecit atque annis singulis ibidem suum seruiturũ persoluebat, & inde semper doctrinam & officium Christianitatis percepit vsque dum vixit.

canonum diffinitionem, nihilque sibi vsurpare, quod decretis sanctorum Patrum contrairet. Qui venientes KARANTANIS, dedicauerunt ibi Ecclesiam sanctæ MARIÆ virginis glorioſæ, & aliam in LIBVRNIA ciuitate sua ADVNDRINAS ciuitate & in alijs quàm plurimis locis, ibiq; MODESTVS Episcopus, permansit, vsque ad finem vitæ suæ. *Eo* igitur defuncto *Epi*scopo, postulauit iterum CHETMAR Dux Virgilium Episcopum, si fieri potuisset, ad se veniret; quod ille renuit, orta seditione quod CARINVLA dicimus, sed inito consilio dimisit ibidem Latinũ presbyterum.

Et non multo post orta alia seditione, exiuit inde ipse Latinus presbyter. *Ea* vero sedata, misit iterum Virgilius *Epi*scopus MADELHOHVM presbyterum & post eum VVARGIAMNVM presbyterum. Mortuo autem KETMARO, & orta tertia seditione, aliquot annis nullus presbyter ibi erat, vsque dum VVAITVNC dux eorum misit iterum ad Virgilium *Epi*scopum, & intentè postulauit, vt ad confortandam infide prædictam terrã aliquos destinaret presbyteros, petitioni igitur memorati ducis incremẽto & sanctæ *Ec*clesiæ consulens, misit * HERMONEM & REGINBALDVM presbyteros, atque Maioranum diaconum, cum alijs Clericis viris vbique religiosis & honestæ conuersationis. *Et* non multo post misit ibidem iterum eũdem HÆIMONEM & Dupliterum ac Maioranum presbyteros, aliosque Clericos cum eis. Iterum misit eis GOZARIVM, MAIORANVM, *ER*KENBERTVM & Augustinum presbyteros, post eos Rembaldum, Reincharium presbyteros. Item Remboldum, Gimcharium.

Infr. Heimonem.

IV. HIS ita gestis, ad extirpandam funditus & eliminandam, si qua in re visa est barbaricæ superstitionis idola-

idolatriam, atq; ad confortandum penitus in fide, frequẽti prędicatorum diligentia plantatam suæ diœcesis *Ecclesiam* prouidens, ac prouida circumspecti pastoris vigilantia, per villas & prouincias verbum vitæ vbertim seminando, diu desiderabiliter optatam ouibus suæ propriæ visitationis præsentiam exhibuit. O quanta principum cuiuscunque religionis obuiam illi cum pompa præcedentium exultatio, quam laudabilis spritalium virorum vicissim stipatim, immo certatim Dominum & patrem suum inuitantium deuotio, quorum profecto petitionibus vir ille sanctitatis & gratiæ plenus, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret, Zelo pietatis obediẽs Ecclesias cõsecrauit & per KARINTHAM sensim transeũdo ad fines Hunorũ vbi Trabus influit Danubiũ, quo etiam postea tempore ARNONIS primi Archiepiscopi territorij Saltzburg. termini chonicis ascentantibus extendebantur saluberrimæ visitationis vsus officio pertransijt, palmitesque cœlestis vineæ propagando Clericis ad sacros ordines promouendis, vt singulos arbitrabatur dignos benedictionis suæ manum imposuit. Inæstimabilis igitur sanctitatis & meriti, beatus Dei præsul Virgilius fœliciter ac strenue sui laboris cursu consummato, post emersas pelagi mundani tempestates, ad metam huius peregrinationis, & ad portum salutis Iesum Christum declinans, dissolutionem sui iuxta necessitatem conditionis humanæ, imminentem diuinitus sibi reuelatam longe ante præsciuit, quam Euangelicæ Dominus vineæ sub persona patrisfamilias ex conuentione diurni denarii corona immortalitatis remuneraturus, pro temporalibus æterna, pro terrenis felici commercio tribuens cœlestia, de carnis ergastulo liberãdus, huiusmodi vocibus creditur inuitasse; Virgili seruus meus es tu, quia in te cõplacuit animæ meæ, ingredere iam in

in l. e. & l. s. h. Quæ vero misericordia & ineffabilis diuinæ dispensationis effulget prouidentia, quæ dum sanctum suum IVVAVENSI Cathedræ præficiendum, olim ab vltimis occidentalis HESPERIÆ partibus aduexerat, ibidem pariter depositionis ei mausoleum de medijs PANNONIÆ finibus reuertenti præparabat. Rediens itaque celerius & memoratam illam ciuitatem suam intuitus, amarissime fundendo lacrymas, hunc visus est decantare versiculum, hæc requies mea, &c. Celebrato deniq; diuini Sacramenti mysterio, leni morbo correptus, anno Dominicæ incarnationis D cclxxx, 4. Kalend. Decemb. obdormiuit in Domino, cuius corpus in latere meridiano monasterij, cuius ipse xij. annis fabricator, & in tertio decimo consecrator extitit, provt tantum decuit pontificem, honorifice fuit repositum, sacer autem spiritus eius, ciuium consortio gaudet supernorum.

V.

De inuentione S. Virgilii & miraculis & uita ipsius.

ANNO vero Dominicæ incarnationis M. Clxxxj. xiiij indictione, xiiij Kalen. Martij, sub ALEXANDRO Papa III. Apostolatus ipsius xxj. & vltimo, regnante serenissimo principe FRIDERICO Romanorum Imperatore Augusto, anno regni eius 33. & conregnante sibi filio eius Heinrico Romanorum rege glorioſissimo. OTTO de **Wittelinspach**, inclyo Duce Bauariæ Ducatum tenente, supra memorati fabrica monasterii, quæ schismatis persecutione conflagrante ante aliquos annos diruta & diruenda deperierat, sumptibus & iussu pastoris Chunradi præclarissimi SALTZBVRGENSIS tunc Archiepiscopi, Apostolicæ sedis tunc in Allemannia legati, Cardinalis presbyteri sancti Marcelli Sabinensis Episcopi, modo autem Moguntinensis Archipræsulis, dum à fundamentis cœpere ædificari, sancti Spiritus cooperante gratia,

Chuntadus Archiepiscopus Saltzburgensis.

tia, & diuinæ maiestatis suffragante clementia, corpus beati VIRGILII quidem ob immensi temporis antiquitatem ab omnibus ignorabatur, cõtigit reuelari. Quadam die factum est, vt lapides è muro elapsi aliquantulum intro spectandi, aditum transeuntibus præbuissent; diligentius aliquibus licet ipsum considerantibus concauitatis patuerunt indicia & picturæ vetustioris deaurata illic visa sunt stemmata. Porro Canonicis huius rei nouiter perquirentibus, & latius eiusdem muri aperturas patefaciẽtibus, inuenta beati VIRGLII octaui post sanctum RVDBERTVM Saltzburgensis Episcopi, tumba & depicta imago, eiusdemque imaginis huiuscemodi Epigramma:

Virgilius templum construxit scemate pulchro.

Et præterea dies obitus eius, 5. Kalend. Decembris. Isdem vero dignus Deo pontifex, vt in annalibus nostris reperimus maioris Ecclesiæ, & in qua & sepultus fuit, primus extitit fundator; & beati Rudberti ac sedis Episcopatus in ipsam Ecclesiam, qua nũc est pius translator. Tempus etiam, quo dictus pontifex obierat, anno incarnati Domini D cclxxx. in eisdem annalibus inuenimus.

Ad tantæ igitur rei spectaculum plurimis nouarum rerum cupidis, vt fieri solet, confluentibus, nõ pauci à doloribus diuersis sunt alleuati. Cunctis autem qui accurrerant viri Dei reliquias venerantibus, iuuenis quidam diaconus & Ecclesiæ eiusdem Canonicus inter cæteros dictum locũ patefaciet, ille vana curiositate magis quàm pia deuotione accedens, præsumptuose effossa humo manũ sinistram venerandis ossibus iniecit, omnibus eum redarguentibus & prohibentibus, & inprosperum hoc ipsum, sicut rei probauit euentus, successurum non fore asserentibus.

Verum ille hæc omnia corde obstinato paruipendens, nihil de sanctarum violatione reliquiarum, quæ tot annis intactæ, ac decẽti veneratione absconsæ latuerant, curabat. Interea fama inuentionis sancti Præsulis crebrescente, mulier de ciuitate SALTZBVRG. cum in partu multis diebus laborans periclitaretur, per reuelationem nocturnam admonita, candelam ad mensuram sui corporis super famuli Dei sepulchrum transmisit, candelaq; incẽsa, statim puerum enixa conualuit. Quædam autem ipsius mulieris conuicanea cum irremediabili, & diuturno viscerum dolore torqueretur, fidem eius secuta, eodem modo candelam transmisit, & subito curata est.

Tertio quoque miraculo mulier quæ manuum contractione detinebatur, ad sepulchrum viri Dei deferens, in itinere sanata est. Post hæc infans cæcus quinque ab ortu habens hebdomadas à parentibus illius delatus, visum recepit. Item mulier quædam à lippidine oculorum curata est ibi.

Sane diaconus ille quem præmisimus horum miraculorum incredulus, oblationes fidelium, quæ iam pia deuotione à plurimis illuc deferebantur rapere, & vsibus suis attrahere non timuit, nec ea temeritate contentus, mulierculam ibidem orantem, ipse sanctas reliquias subsannans irreuerenter præsumpsit repellere. Iuste igitur diuina vltione statim correptus à Dæmone, oculis terribilibus ore hianti circumquaque discurrens sacrarium introiuit, primamque vexationis suæ & vesaniæ notam in quodam presbytero Ecclesiæ thesaurario, quem tunc forte solum illic repererat ostentans, ipsum presbyterum pugnis alapis cæsum, vnguibus quoque diutissimè laniauit.

Superueniente autem vno ex mansionarijs Ecclesiæ cũ presby-

presbyter præfatus è manibus arrepticij sublatus, interius sacrarij cubiculum, ostio post se clauso confugisset, ipse arreptitius Dæmone plenus ad sui ipsius internitionem cœpit armari, & cum iam alium non videret, in quem furorem suum effunderet, vestibus omnibus exutus, vtpote nullum vulneribus habens obstaculum, rasorium corripuit, plurimisque ictibus valido conatu pectus cœpit transfodere, presbytero & mansionario prædicto intuentibus, & præ pauore nimio, accedere aut inhibere eum non audentibus. Verum cum pectus & manus vulneribus multis cruentasset, nec tamen vsquequaq; Deus ipsum ad maiorem & euidentiorem famuli sui VIRGILII ostentationem reseruauit præcordia perforasset, collapsus ad terram toto conatu collum & guttur incidere temptabat.

Tunc itaque presbyter & mansionarius, qui prius ab eo refugerant, collapsum & in terra volutantem videntes, audaciter erumpentes super ipsum irruerunt, ferrumque de manu eius eripiunt. Iam vero plurimi clamore excitati, ad ipsum iuuenem concurrere cœperunt; sed ipse elapsus in tenebris, quia erat crepusculũ cursu velocissimo, turrim conscendit, & negotio perambulante in tenebris, eum * ad alia necis suæ conuertitur argumenta, funemq; companæ laquei vice collo circumdans, de fenestra turris exiliuit.

* fort. instigante.

Duo autem ex pueris è vestigio ipsum insecuti, vbi turrim ascendebant, pendentem eum & palpitantem inuẽerunt, retractumq; Dei gratia iuuenem à laqueo absoluunt, & inter manus trahẽtes ad inferiora deducunt. Porro cum ad vicinia sepulchri beati Virgilij esset adductus, inter semetipsum frendens cœpit obniti, & retrorsum labi & corruere, manumque, oculis ne sanctum videret sepulchru, madmouere. Reportatũ igitur ad sacrariũ, concurrit

Clerus vniuersus, psalmi, exorcismi, Letaniæ sine intermissione dicuntur. Cum in ipsis litaniæ precibus nomen sancti VIRGILII inculcaretur, malignus ille inhabitator, qui vas illud possederat, auditũ nomen nõ sustinens sancti nominis, frendens, & dentibus horribiliter stridens, rugitum teterrimum emittebat, iuuenemq; miserrimum crudeliter discerpebat. Euidenter itaq; cunctis qui aderant, quod ob illatam sanctis ossibus iniuriam ita vexaretur, coniicientibus ad tumulum præfati caput & membra terribiliter quatiens, spumamq; eiectans refertur, sonantibusq; campanis plebs totius ciuitatis conuenit. Admotus autem sepulchro, ipsum sepulchrum conspuebat, dæmonq; iam aperte incendium quo à sancto VIRGILIO pateretur proclamans, ac manum sepulchri violatricem temptans, & gestiens dentibus corrodere, nisi ipsa manus abscinderetur, se non exire testabatur. Tum verò tantus ab vtroq; sexu clamor exortus est, vt vox continuata cum lachrymis, non posse finiri videretur. Effertur deinde ab Ecclesia, & in lecto reponitur; Vbi dæmon à sacerdotibus per tremendum iudicium, & his similia adiuratus, cur vas Dei in suam redegisset potestatem, in hæc verba prorupit: Ego non sponte, sed coactus veni, candelas & alias oblationes à viri Dei sepulchro ego abstuli, & nisi quantotius eæ restituantur, magister meus cum septem nequioribus intrabit spiritibus, & in perpetuũ hic manebit. Cum verò candelæ diu quæsitæ rursum ad dæmonis indicium inuentæ essent & allatæ, addidit idem dæmon corpus miserabile scopis munde purificatis candelarum cædendum, ipsiq; iuueni, post redditam sanitatem, diebus xx. ieiunandum. Poterat autem in afflicto iuuene, in quo regnabat & dominabatur iniquitas videri misera, & vnde non præsentes sed & absentes non paruum potuissent percipere

cipere

cipere errorem. Scopis enim allatis, candelis etiam relatis, & incensis, in Ecclesia iuuenis præmemoratus ad sepulchrum beati præsulis totius multitudinis precibus & lacrymis, comitatus refertur. Vbi dum scopis sicut ostensum fuit, diutius cæderetur, astantesq; vniuersi auxilium & misericordiam beatæ Dei genitricis MARIÆ, nec non & sanctorum NICOLAI, RVDBERTI, VIRGILII præcipue suspiriis intimis exposcerent, spiritus ille nequam cum strepitu & sibilo non modico aufugit, multis circumstantium discessum eius & impetum sentientibus. Liberatus ille à dæmonio & refectus sacramento viuifico, ad lectum semiuiuus reportatur. Ibi per triduum mutus permanens, indiciis manuum & scriptis intentionem animi exposuit, quod lingua non potuit; quia taciturnitas hæc sicut postmodum patuit, incredulitatis pœna fuit. Admonitus verò à reuerendis sacerdotibus, vt fidem circa sc gestis adhiberet, & sanctum VIRGILIVM miraculis claresceret crederet, manu & scripto renuit, & quamdiu renuit, vsum loquendi non recepit. Tandem cum mutus & animo & corpore deficiens in proximo moriturus crederetur, rursusque dominico sacramento communicasset, & sacerdos subintulisset, Si credis Virgilium Dei famulum, aperiat os tuum, qui aperuit os Zachariæ Prophetæ, subito gutture & lingua resoluta, Credo, exclamauit, statimque vsum loquendi, cum sanitate pristina recepit. Cum autem eo modo sanatus respirasset, monasteria etiam & Ecclesias singulas, gratias Deo & sanctis agens circuisset, quia fex eius nondum fuerat exinanita, ad pristinum reuersus est reatum, sanctique illius meritis sine intermissione in vicina sepulchri, & in conspectu populi exprobans iterato meruit castigari, quia castigatus noluit emendari. Interrogatus enimsi circa se gestorum meminis-

set, contumelioſe ſubiunxit ſe ſepulchrum ſancti pontificis, ſi nō ab interrogatione quieſcerent prophanaturum, & omnimodis euerſurum, hac in hora quaſi percuſſus ad terram decidit, & ab aſſiſtentibus eleuatus aliquantulum conualuit. Nec contentus eo cum vnus ex canonicis infirmus, ad ſepulchrum ipſa nocte fuiſſet delatus, ipſe iuuenis cum reliquis canonicis pro infirmi ſalute illo oraturus occurrit, virum temerariè & cum ſubſannatione vt infirmum ſanaret orauit. Alioquin ſe non crediturum aliquos meritis ipſius ſancti liberari. Sed & his ſimilia adiiciens non orando ſed ſubſannando, opem allato infirmo flagitabat. Confeſtim igitur tumulo ſupereminens tectum cum fragore maximo ita introiuit, vt lapidibus grandinis concuſſum eſſe videretur. Iuuenis etiam ille, qui à dæmonio liberatus, & pro ſua quoq; frequenter præſumptione caſtigatus, adhuc in ſua pertinacia permanebat, iam denuo percuſſus coram omni plebis multitudine proſtratus, incendio ſe conflagrare & mori proclamabat. Deportatus itaq; ab Eccleſia, tamdiu intollerabili dolore eſt detentus, donec ſe in ſanctum Dei peccaſſe confitens ad plenum credidit, & ad plenum liberatus eſt. Curatus autem domum ea quæ prius celauerat vexationis ſcilicet ſuæ ordinem expoſuit; quod nimirum tempore illo, quo ſicut prædictum eſt, mulierem à ſepulchro ſancti repulit, ſpiritus ille immundus cum vento vehementi in ſpecie veſpertilionis os eius introiuit. Deinde cum tempus curationis eius adeſſet, beatum NICOLAVM quem ipſe ſpecialiter venerabatur, & præterea ſanctum VIRGILIVM aduenisſe, velumque nigerrimum & longiſſimum, & nigerrimum vtroſque ab ore eius protraxiſſe, ſanctumq; Nicolaum ſubintuliſſe: In fratrem noſtrū grauiter peccaſti, ve runtamen pro tua apud dominum interceſſimus ſanitate.

Iſtis

Istis admirandis & plura admiranda sunt addita, quod mulier de LVFEN cæca & clauda ad sepulchrum viri Dei, & visum recepit & gressum.

Item mulier de ciuitate SALZBVRG. neruis crurium longo tempore contractis, gressum retinere non valens, noctu diuinitus admonita, ad tumbam sancti Præsulis venit, & curata est.

Alius quidam de ipsa ciuitate dorsum habens inclinatum & omnino sursum non valens respicere, manus etiam & pedes habens debiles, hoc quoque tormento annis XII. detentus, ad sepulchrum iam dictum repente sanatus est.

Item alius ciuis LVFFENSIS ex quadam neruorum dissolutione carens gressu, ad tumulum reptans manibus deuenit, & aliquandiu viri Dei auxilium implorans, plantis consolidatis sanus effectus est.

Item homo quidam de **Pemmingen** eodem morbo laborans ad sepulchrum prætextatum effectus est incolumis.

Mulier quædam de villa **Gretich** manibus & pedibus contracta, ad tumulum eundem, cum magno omnium gaudio & admiratione sana recessit.

Duæ præterea mulieres conuenerunt, vna de ciuitate SALZBVRG. altera de **Auena** villa, ambæ oculorum lumine priuatæ, prior quidem annis XX. subsequens autem tribus, & ad sepulchrum cum magna deuotione accedentes, visum repente vtræq; receperunt. al. Anenâ

Alio item tempore mulier PONGDONENSIS tribus annis contracta, & plurimis infirmitatibus detenta, ad iam dictum locum magno labore deducta, sanata est. Ipso tem-

tempore quidam infans de HALLE pedibus contractus erectus est. Item homo quidam Saltzburgensis natus persona, pluribus annis cæcus, ibidem illuminatus est, quatuor deinde mulieres cæcæ, singulæ plurimis astantium notissimæ, visum ibi receperunt, quarũ vna de ciuitate *Saltzburgensi*, reliquæ de viculis adiacentibus aduenerãt, de VISCHAHE & GLAES & ALBEN, inter quas quæ de Alben aduenerat xx. annis cæca fuerat. Subsequẽti igitur tempore duæ mulieres, vna cæca, altera dorsum ad genua habens inclinata, curatæ sunt. Ipso tempore puella cruribus contracta, & mulier surda & muta, sanatæ sunt. Dehinc alia mulier cæca, visum ibi recepit.

Nec reticendum putamus, quæ Deus in remotis partibus per merita sancti VIRGILII, eodem tempore operari dignatus est. Hic enim ex veracium testimonio audiuimus virorum; frater quidam apud **Rottenhaßlach** amplius annis xl. in habitu monachico religiosissimè cõ-
leg. Herniosus: uersatus est, hyrenosus & circa intestina ruptus, multo fuerat tempore, eaque passione vires suas excedente, humano auxilio destitutus defecerat; cũ interim fama signorum beati Præsulis Virgilij, ad aures ipsius venit cœpitque Dominum intimis deuotissimè suspirijs deprecari, vt per merita famuli sui Virgilij pristinæ sanitati mereretur restitui. Hæc eo orante, intestina cœperunt ad superiora ad locum antiquum paulatim relabi, vt triduo vix expleto totus factus est incolumis, modum suæ curationis omnibus aduenientibus prædicaret.

Alio item tempore paralyticæ duæ ad tumulum sancti viri delatæ, mulier scilicet, ætatis prouectæ de **Sechirchn**/ & puella duodennis de **Walwes** sanitatem pristinam receperunt. Quidam de pago **Ryemgaw** cæcus ad ipsum tumu-

tumulum veniens, deuotissimè viro sancto se commendasset, domum rediens in media itineris sui via visum recepit. Quædam etiam puella de MATSER curuam à natiuitate habens manum, ibidem in præsentia Cleri & totius multitudinis curata est. Item puella de **Perndoff** manum habens aridam & curuam sanata est. Item puer de **Tusendorff** annos quatuor habens ab ortu, & adhuc prorsus incedere non valens, à patre delatus est ad tumulum, & pro debito naturæ & ætatis ambulare cœpit. Puer quinquennis, de **Vochenburg**/ mutus & cruribus contractus à natiuitate, deportatus ad tumulum à matre, & vsum recepit loquēdi & gressum. Quidam puer de **Sůchten** mutus & paralyticum habens brachium, vt nec ori posset applicare ad comedendum, optabilem recepit vtriusque mali curationem. Clericus quidam Diaconus de **Ptene**/ meritis beati Virgilij derogare præsumens, dicebat, nulla Dominum pro eo vel propter eum operari miracula; statimq; correptus à Dæmonio, tamdiu castigatus est, quousque ad sepulchrum viri Dei tractus, diuina miseratione & instanti fidelium supplicatione meruit liberari.

Adolescens quidam filius HENRICI de **Layminngen**/ idemque Chunonis ex sorore nepos, à natiuitate surdus, ad sepulchrum beati Virgilij auditū recepit. Item infans de **Tusendorff** contractus pedibus à matre sua sepulchro superpositus, gressu recuperato surrexit curatus, Puer quidam de **Winhertingen** curuus, distantia locorum venire præped tus, ad tumbam beati Virgilij per itinerantes misit candelam ad mensuram sui corporis factam, qua allata & incensa, sospitatis ille consecutus est beneficia.

Quidam ciuis HALLENSIS cambiendos ferens de-

narios, dum etiam vectus ad ciuitatem SALZBVRG. tenderet, sepulchrum sancti Virgilij visitare, & pro facultate sua oblationem ponere secum tacitus proposuit. Veniēs autem vel negotij occupatione aut obliuione distractus, insalutatis reliquijs domum redire cœpit. Dum igitur ab vrbe longius processisset, equus licet calcaribus vrgeretur, non tantum progredi recusauit, sed & restitit, quinimo ad ciuitatem regressus, hospitium vnde exierat redijt. Hospita vero domus qua nunc causa rediisset interrogante, cuiusdam negotij agendi gratia se reuersum confessus est. Rursus iter arripiens, domumque tendens, non longe progressus ab vrbe, sicut antea factus retrogradus hospitium suum iterato petiit. Hospita iterum scisciante causam sui reditus, & satis mirante finxit aliud sibi superfuisse negocium, simili reditu dispensatione diuina, in tertia vice indicauit denique rei veritatem, quo accepta via totiens, reuocatus fuisset: quoniam iuxta propositum suum beato Virgilio votiuam hostiam offerre neglexisset, quo facto recto calle domum perrexit.

Item duo milites sepulchrum beati Virgilij visitaturi, clientulum quendam auditu carentem, * terras moderatorem & aurigam ducebāt, quibus ad sancti Virgilij tumulum oblationes suas præsentantibus, & preces Domino fundentibus, ille dictus minister eorum, simul cum illis astabat; & quia non est personarum acceptor Deus, ipse præ dominis audiri meruit. Auditum enim sine mora recepit. Quidam ciuis HALLENSIS puerum habens calculosum, medico aduocato rogauit eam, vt ferro lapidem excideret, sicq; dolorē filij sui finire temptaret. Qui dum cultrum & alia instrumenta cœpisset, dictus puer vtpote difficultatem medicinæ sustinere nō valens, ad fletus quoque patrem commouit. Miseriæ igitur pueri dolentis, affectu

* leg. per.

fectu paterno compatiens, amoto medico & infecto adhuc negotio ſanctum Virgilium obnixe & humiliter cœpit inuocare, vt cuius meritis innumerabiles per Dei clementiam eſſent curati, ſuus quoque filius priſtinæ redderetur ſanitati. Nec mora inter ipſa precantis verba, calculus à puero elapſus, in manibus patrijs apparuit.

Quidam puer de **Krarburch** à Dæmonio vexatus, & à matre ſua ad ſepulchrum beati Virgilij delatus, precibus fidelium, & maternis fletibus meruit liberari.

Seruiẽs RATISPONENSIS Epiſcopi in die paſchali communione Dominici Corporis ſuſcepta, eadem die videlicet Dominica tabernam præſumpſit intrare, vbi potationibus & ebrietati deditus laſciuiæ potatorũ interfuit. Meritam pro factis pœnam recipiens, in tantam verſus amentiam vt octo continuis diebus nec cibum caperet, nec mẽtis veſaniam deponeret. In viſu deniq; noctis à beato Virgilio ſalubriter admonitus, modum reformandæ ſanitatis edidicit, eo videlicet tenore, quatenus tumbam iam dicti Præſulis humili prece viſitaret, ſicq; aſpirante DEI clementia, ſanitati priſtinæ reſtitui non deſperaret. Qua viſione quibuſdam expoſita, iuſſu domini ſui Ratiſponenſis Epiſcopi cuſtodibus ſibi deputatis, ad ſepulchrum beati ductus eſt Pontificis. Cui ſuper incumbens & preces quas poterat Domino effundens, ſimul etiam lachrymis fidelium aſtantium adiutus, omnimodę ſoſpitati panem ibidem oblatum nihil hæſitans comedit, & ſenſus vigorẽ recepit.

Quædam mulier de SELEHVBEN grauiſſimo dolore præuenta, tãto languore præuenta eſt, vt omnibus de vita ipſius deſperatis, in extremo mortis articulo agonizaret; Quæ dum pro ſe Deum implorare, vtpote rationis & vocis beneficio deſtituta minimè ſuffeciſſet, aſtantium multitudo fidelium DOMINI ac ſaluatoris noſtri pro ipſa cœpit inuocare auxilium, facta quoque commemoratione

beati Virgilij cum summa deuotione. Vnde factum est, vt in ipso momento mulier de lecto surgere, & pristina sanitate recuperata, sequenti statim die sepulchrum beati Virgilij cum laudibus & gratiarum actione visitaret.

Cum infinita Christianæ professionis turba ad tumbam viri Dei de longinquis partibus confluerent, vt à variis animæ vel corporis curarentur languoribus, quidam homo de **Megelingen**/ diues & notissimus incolis de vicinia regionis ad sepulchrum beati Virgilij tendentibus, solus ipse neglexit venire, hoc videlicet in animo retractans, quod nullis premeretur aduersis, vtpote suis rebus domesticis in summa prosperitate compositis. Hæc eo cogitante, vnicum quem habebat filium VIII. annorum, vis tanta paralysis subito corripuit, vt ipsum voce & gressu priuaret. Vir ergo præfatus flebiles heu mœstos cogitur inire modos, & licet nimio dolore pro inopinato malo pene defiecret, ex ratione sibi consulens, doctorem suum plebanum aduocauit, & inter verba confessionis ei totam seriem rei gestæ veraciter exposuit, vt digna Deo satisfactione promissa, & suscepta pœnitentia, consilio plebani ad sepulchrum beati Virgilij vna cum puero iter arripuit, atque dum irent, languidus ille infirmitatis inuenit remedium Homo quidam de **Owe** paralyticum habens filium, vouit eum ad tumbam Virgilij perducendum, & continuo in eodem loco pristinæ sanitati meruit restitui. Quidam puer de **Vobendorff** quinquennis cæcus & contractus, secus tumulum viri Dei vtriusque incommodi beneficium recepit. Quidam homo de **Erlach** curuus, inuocato nomine Virgilij in eodem loco redditus est sanitati.

His prædictis omnibus, & hoc memoratu dignum æstimamus, qualiter homo quidam grandæuus de villa sancti HIPPOLYTI ad visitandum beati viri sepulchrum iter arripuit,

puit, & voti compos effectus, dum inter verba sacerdotis exhortationis ad populum assisteret, habitu priuationem secuto cæcitatis oculorum tenebras amisit. Mulier quædam audiens quantas dominus virtutes operatus sit per famulum suum Virgilium, secus tumbam eius diuinum implorat auxilium, per intercessionem viri Dei in redeundo domum visus recuperauit beneficium, Item fœmina quædam de AQVILEGIA à viro suo minus cauto quacumque rei causa in cubito nõ mediocriter cultro sauciata, sectisq; neruis manum habens curuam & contractam à multis eiusdem regionis incolis comitata, beati pontificis tumulum cum debita reuerentia suppliciter accessit. sed quia tempus miserendi eius nondum aduenit, Omnipotens Deus admirationem distulit, infectoque negocio domum repedare cœpit. Iter autem cœptum peragens, dum in villa quadam secus THAVRVM montem pernoctaret, deuotissime nomen beati Virgilij cum fletu vberrimo inuocauit, & in eodem loco curuitate manus deposita, pristinæ sanitatis vigorem meruit consequi.

Puer quidam de **Lincharde** contractis cruribus officio gressus destitutus, adminiculo parentum ad sepulchrum beati pontificis deportatus est, cui etiam superpositus in somnum salutiferæ dormitionis corruit, euigilans autem vsu gressibilitatis restituto, cum magna admiratione astantium ambulauit. Item fœmina de **Matse** dorsum habens incredibili curuitate tortuosum, diuinam clementiam flagitauit, quatinus meritis beati Virgilij, cuius tumbæ accumberet, speratæ curationis inueniret remedium, statimque fidei suæ commodum sortita est effectum. Quidam puer de **Rospach** crurium contractione ambulationis carens beneficio, communi more aptissime solidatis precibus fidelium pro ipso beato

Virgilio nomen inuocantium perfectæ sospitati restitutus est.

Et quoniam omnibus se inuocantibus consuetæ pietatis opem beatus Dei famulus singulis pro necessitatibus suis semper exhibuit, quiddam mirabile & satis memorabile subnectendum est, quod monachus quidam de Rotenhaßlach diutino languore scapulæ laborans, dum in comitatu Abbatis sui quodam tempore iter ageret, prætextata passione grauiter correptus accepta via defecit, virib⁹ corporis destitutus. Cæterum iuxta monachicæ regulæ rigorem forte diem in quo flagella carnis monachi de more suscipiunt, adesse contigit, & cum cæteris qui tunc aderant, etiam ille morbidus coram domino Abbate prosternitur castigandus, partemq; dorsi videlicet saniorem plagis exponens, cum bene exaratam sensisset, alteram quoq; cui pepercerat, in honore sancti Virgilij flagellari suppliciter postulauit, post cuius petitionis effectum plenariæ salutis adeptus est præsidium. O prædicanda & laudanda Christi pietas, quæ tanta celebritate merita beati Virgilij longè lateq; declarauit, vt eius fama omnes eis marinas nationes impleuerit. Si ergo fidei constantia vel recuperandæ salutis gratia SAXONES atq; BOHEMI ad tumbam viri Dei de longe inuitãtur, mirari non oportet. Nam mulier quædã de Degernse sicut lumine corporis exterius orbata, ita piæ deuotionis lampade cordetenus irradiata, longo itinere laboriose consummato sepulchro beati Præsulis humiliter advoluta est, & inter ipsas supplicationis lachrymas illuminata cæcitatem deposuit. Plebanum de Theraz ætate grãdæuum bonæ conuersationis virum & honorabilem paralyticæ passionis morbus incurabilis adeo depresserat, vt dextri lateris pes atque manus corporis debitum non possent

sent impendere seruitium, imo quod erat grauius lingua continuum pervrgebat silentium. Consolationis igitur diuinæ fiducia roboratus, reliquias beati Virgilij visitauit, quibus decenti veneratione salutatis, pedis officium magnalia Dei prædicando recepit, manus quoq; languorem in bona parte alleuiatum, omnibus euidenti veritate innotuit.

Vir quidam de Sonstdorff paruum habens filium, tanta ægritudinis mole grauatum, vt sine subleuante nequaquã loco moueri posset, audito quanta Deus omnipotens per beatum Virgilium operatur miracula, votum vouit vt ad tumbam dicti Præsulis puerum deferret. Nec mora; iter arripiens inclinata iam die villam hospitandi gratia intrauit, vt paruulum præ nimia debilitate deficientem, & quasi moribundum relinquere proposuit. Eadem igitur nocte candelam staturæ pueri comparem fecit, quatenus cœptam viam constanter emensurus pro salute filij sui viuentis vel morituri ad tumbam beati Pontificis deportaret, quem manefacto discessurus omnimodo spopondit, sospitati restitutum inuenit.

Sacerdos quidam cum inter sacramenta Missæ plebem admoneret, vt in die placito ad visitandas seruorum Dei reliquias beati VIRGILII & EBERHARDI vnanimiter conuenirent, à voto consentientis populi quædam & honorata mulier non solum dissensit, sed etiam prorumpens se nullatenus sepulchra famulorum Dei visitaturam aperte proclamauit. Huius præsumptionis contumaciam Dei patientia non statim repressit, sed postquam à liminib⁹ exclusa est Ecclesię in amentiam conuersa, domũ suam deducitur, vbi inusitata & mirabili insania correpta, facie humo-

humotenus bruti animalis instar, humillima gestus & proprietates porci simillimas expressit, vt iam non humana ratione, sed pecuali sensualitate vteretur.

Omnibus autem qui aderant vehementi stupore repletis, à quibusdam altioris consilij viris, Sacerdos nomine IOSEPH aduocatur, per cuius largas Psalmorum lectiones, & efficaces benedictiones, quantulamcunq; rationis partem recuperauit, vt & verba cõfessionis recitaret, & in sanctum Dei Virgilium se peccasse recognosceret, plenariam exinde satisfactionem Deo pollicens, tumbam memorati Præsulis visitare celebri voto proposuit, statimque Dominica communione percepta, pristinæ mẽtis redintegrato vigore, secum omnibus suis, & præfatum sacerdotem largis refecit epulis.

Quidam puer de Ecclesia sanctæ MARIÆ manum curuam habens præsente magna frequentia hominum, ad tumulum beati Virgilij delatus, omnibus pro sanitate eius ad Dominum orantibus carne rupta & neruis crepantibus incolumitati est redditus.

Et quomodo cesset lingua carnis magnificentiam saluatoris extollere, qui de lapidibus procreauit filios Abrahæ? *Matth.3.* Innouando enim signa & immutando mirabilia, Prophetã nobis & Archiatrum diuina bonitas suscitauit, cuius virtutum potentia de lapidibus filios Abrahæ, id est, de incredulis fideles, de peruersis compunctos reformauit. Quis autem videntium prodigia, quæ fiunt in populo, veteris fermenti vitia non exuat? quis pœnitentiæ fructus dignos per fontem lachrymarum & contritionem cordis non faciat?

Cum puero cuidam de Hardspach/ in articulis manuũ contracto, intercessio beati Virgilij in ipsa monumenti sui præsentia sospitatem pristinam repensat. Cæci ergo

accedite

accedite ad eum & illuminamini, & qui in gradibus paralytici iacetis, ipso confortante glutinamini. quia ne longe exempla petantur; Puerum quendam de Mulstatt/ decem annorum curuum & cæcum à natiuitate: Nec non de CELLE in CYLARVM puellam quindecim annorum paralyticam, plenarie curatos oculata fide conspeximus.

Quantus ergo nostra opinione reputandus, quam thronis & dominationibus proximus est existimandus, per cuius inuocationem fœmina quædam de Aspach manibus contracta & alia mulier de Suben in vtroq; brachiorum simili morbo debilitata, cœlestis remedij senserunt efficaciam. Nunc & omne genus humanum Domini nostri Iesu Christi prædicet clementiam, de cuius munere venit, vt beatus Pontifex VIRGILIVS omnibus sibi deuotis assit propitius. Nam ex tumba eius oleum sanitatis cuidam puellæ manibus & pedibus contractæ largiter emanauit & eiusdem salutiferæ vnctionis gratia, quidã paruulus de pago Kienko / mutus à natiuitate vocis organum recuperauit. Adolescens quidam de Dirnstein in vicinia FRIESACI manum habens aridam & inutilem, exoratam & optatam à sancto Virgilio suscepit valetudinem.

De ciuitate RATISPONA institores ad nundinas per alueum Danubij in loco qui dicitur ARDAGHER cum naue maxima mercibus onusta descendentes in periculum illud excitatione fluctuum assidua vocatum Spilberg inciderunt; nec mora procellarum impetuosissima vertigine inuoluti, multotiens girando aquarum violentia scopulum in medio gurgitis eminentem, à quo causa tempestatis illius procedit, vellent nollent statim passuri naufragium accesserunt; vbi demum tanta fluminis importunitas æstuantis, miseris incubuit, vt turbo voraginis proram carinæ aqua semiplenæ sorbendo puppim in sublime attol-

leret, omneſque vniuerſaliter tam nautas quam cæteros adeò de vita deſperatos redderet, vt armamenta reintegrandi, tanquam nihil penitus conferentia proijcerent, & quod ſolum reſtabat in articulo mortis conſtituti, Dominum redemptorem mundi pro ſalute animarum ſuarum intentiſſime flagitarent. Tum vero gens illa inter confuſos naufragij tumultus clementiſſima Domini ſaluatoris dignatione commonita, mitiſſimi Confeſſoris & antiſtitis ſancti Virgilij, de cuius miraculis & virtutibus plurimis ante non pauca didicerant, omnes vnanimi ore cordeq; ſuppliciter inuocabant auxilium, quatenus ille cœleſtis atque ſupremus humani generis inſtaurator, qui omnium, Pontificis nomen implorantium, velox & copioſus eſt propiciator, per merita famuli ſui, ſolitam & neceſſariam tribulatis exhibet ſuæ conſolationis præſentiam. Ad huius ſupplicationis ſuffragium memorata nauis ſubmerſione ſua mortis exitium breuiter cunctis impoſitura, ſuper vndas altius eleuata ſuſtollitur, & contra ictum fluuij decurrẽtis veluti funibus alligata traheretur, ſine detrimento rerum & hominum ſecreto quodam & potenti nauclero ad ripam vſque perducitur.

Miles quidam de PILSTEIN ab alio milite captiuatus filium ſuũ bonæ indolis iuuenem obſidẽ pro ſe depoſuit, qui per xx. hebdomadas, & amplius duriſſimis vinculis in carcere compeditus, laborioſam & miſerabilem vitã exegit. Memoratus autem iuuenis videns ſe parentum adiutorio deſtitutum, in commemoratione beati Virgilij cõfeſſoris mitiſſimi cœpit dominicũ ſubnixius implorare preſidium, de cuius miſeratione confeſtim poſt expletam orationem à vinculis abſolutus, ſine mora dilationis vrbem SALZBVRG adijt, reliquias ſanctorum viſitaturus, & condignas Deo liberatori ſuo, ſãctisq; omnibus, præcipuas vero ſancto Virgilio referens gratias. Rem geſtam nobis expoſuit vera-

veracius. Diffuso itaq; rumore, hoc virtutum odore placantur, audientes vt balsamo, accurrunt fide sitientes ad domum gratiæ,& secundum multitudinem dolorum suorum consolatione percepta, refecti sunt in saturitate. Regna multa prouocant, quæ per sanctum Virgilium fiunt magnalia, & velut Bethsaidæ aquis, sic eius beneficijs sanitatis causa se immergit multitudo copiosa. Ioann. 5.

Vnde & quædam in VNGARIÆ finibus nobilis matrona, cum iam diu oculis obtenebrata non videret, duos filios suos ad sanctum direxit, vt viam complerent, quam ipsa non potuit,vt sub eorum oratione impetrarent,quod credidit. At illi continuo iniunctum consummant obsequium; iter arripiunt,& itinere prosperantes IVVAVVM citius peruenerunt. O quàm commendabile miraculum? Quadam sexta feria cum iam opus fieret diuinum, obtulerunt filij,& eadem hora lux reddita est matri. Mirum in modum vna & eadem hora sanctus Dei præsentem suscepit hostiam,& absentem illuminauit cæcam. Huius rei nescij discedũt confestim filij. At illis in obuiam nũciatur, quod lux reddita sit matri. Hora vero inquisita &cognita, Deum laudant& benedicunt, mirabilem & glorioſum in virtute sua. Vere laude dignus in domino consistit,qui vbique præsens adfuit, vt hic filiorum susciperet munera, & ibi matrem illuminaret à cæcitate sua. Sed quid referam?

In Austria per sanctum Dei patratum fuisse multorũ relatione cognoui. Quidam à iudicibus captus est patriæ, in quadriga ligatur,distenditur,& sic in ciuitatem quandam plectendus ducitur. At ille præ timore pœnitẽs infeliciter lamentatur, ad beatum VIRGILIVM vertit suspiria, ab illo petit protegi,à cuius ope nullum credidit refutari. Vice igitur Iesu Christi latroni crucifixo miseretur & releuat, distentum soluit & liberat, fugientem ne capiatur confortat. Vere laudãdus est Christi confessor, qui mortis

reum à morte ſaluat. Noluit enim mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Qui taliter ouili dominico hominem reſtaurat ne pereat. Quomodo etiam ouem ſuam eſuriente lupo illæſam cuſtodierit fidelis attẽdatur. In confinio quoq; noſtro in villa, quæ dicitur QVANTELE, populus inter ſe beato Virgilio collectam fecit, & ille vitulum ille agnum, quilibet prout potuit attribuit. Ex quibus arietem quodam die lupus arripuit, & cõcito fugiens ſecum ad ſiluam famelicus prouexit. Vnde non modicum doluit, cuius animal fuit; hinc ſeipſum indignum iudicat, ſe ſimul & ſua ſancto diſplicere formidat. A filio igitur ſuo agnum expetijt vt reddat. At ille patris damna ſubſannans negat. Sed ecce mirabile cum iam craſtina dies illuxit, coram oculis aſtantium in medio gregis lupum aries traxit. Quo relicto arripuit filium, qui ſanctis oblata reprobans non condoluit patri. Patẽt ideo quod leuiter ab hoſtili manu defendat hominem, qui ſic eſurienti lupo illæſam cohabitare fecit ouem. Huic miraculo concordat illa prophetia quæ dicit: Habitabit lupus cum agno &c. Item quidam homo de ſancto HIPPOLYTO per duos annos & fere dimidium cæcitate percuſſus, cum iam audiſſet quæ fiebant per ſanctum, lumen petiturus acceſſit, ſed quia adhuc forte indignus erat, quod volebat non obtinuit. Vnde non modice dolens, pœnitentia ductus mẽte cœpit compungi, pœnam quam patitur ſuis commiſſis imputat, & confeſtim Deo & ſacerdoti ſeipſum deuotus accuſat. Pœnitentem itaque infixit, pœnam indicens emeritam. At ille altius ſeipſum iudicans ab eſu carnium annilem petit abſtinentiam, vt ſalutarior effectus meritis ſancti ſalutem mereretur conſequi optatam. Humanam verò fragilitatem confeſſor conſiderans vix rogatus conceſſit. At ille libens ſuſcepit, inchoauit & fœliciter conſummauit. Euoluto ferme anno cæcus petit IVVAVVM, ſed ecce in via veni-

Eſai. 11.

ens

ens sancto præstante Virgilio lumen recepit optatum.

Quidam miles de villa quæ dicitur **Dienge**/ cum esset cæcus, audita fama viri Dei spe simul & fide, præuētus sanctum petijt Virgilium, quo dum iter arripuit, ecce via veniens optabile lumen recepit. Cum itaq; sancti Virgilij longe lateq; fama diffusa crebresceret, ex diuersis nationibus confluxerunt languidi, & ex eius consolatione finem dabant mœrori. Inter quos vnus de **Erpheffort** accessit, vtraq; contractus tibia, sed ab ipso quem fide portat, vt iam in via melius haberet veniendo portatur, & in die sancti Virgilij adueniens, plene sanatus est. Reuertitur saliens qui claudicabat adueniens, plene sanatus est, & qui antea infirmus fuerat, iā sanus glorificabat Deū, in omnib⁹ quæ audierat & viderat. Sicut ille de occidēte, sic alter de AVSTRIA, quæ est in oriente cæcus aduenit, sed sancti meritis illuminatus videns abscessit. Simile huic cito contigit, quia in inuētione S. Virgilij quædā RATISPONENSIS cæca lumē recepit. Et pulchre in die Inuentionis sancti illuminatur, vt quāta meritorum luce resplendeat qui inuentus est, in hoc miraculo testificetur. Item quidam ciuis FRISACENSIS RVGE nomine ministerialē quendā ducis de STIRE OTTONEN scilicet de **Grazen**/ quatenus nescio offenderat, à quo vindictæ causa insidijs circumuentus, quid faceret nesciebat. Cum ecce humanū desperat auxilium, velat se scuto fidei, & ad beatum Virgilium peregrinando confugiens, sua petit virtute defensari. Vnde mirū in modum redeunti obuiat aduersarius, sed ecce per sanctum compescitur, nudum pertimescit armatus, in tantum vt ita deficeret quasi continuo moriturus. Vocato igitur sacerdote, confessus pœnituit, pacis fœdus cum ciue miles pepigit, & sic S. Virgilium petens conualuit. Sicq; contigit quod metuens securus, & qui fortior factus est timidus, pauperi subdidit diuitem, & principi præposuit impotentem.

De VITA ET MIRACVLIS Sancti EBERHARDI Norici, Biburgensis Abbatis & Archiepiscopi Salisburgensis

AVCTORE Sancti Eberhardi discipulo.

DVM

DVM vitas multorum de popularibus seu priuatis personis descriptas attendimus, ita vt non tam dignitas gestorum, seu copia scriptorum beniuolentia apicibus appareat in respectu horum in tam glorioſi EBERHARDI sanctæ Salzburg. Eccleſiæ Archiepiſcopi ſtilo ſatis ſuperq; ſuppetere vidimus, & hanc ſub ignorantiæ modio linquere dedecus nobis, illi iniuriam duximus. Vnde omnium extremi, quibus aut proprie Epiſcopus aut notus tantum conuictu, aut meritorum etiam & magiſter olim extitit paganus patrem reponere aggredimur, non tam ſcientiæ quam dilectionis præſumptione inducti, minimæ res ab alijs obmitterentur, timentes. Caritas omnia non ſperat, de incertis veretur.

Igitur EBERHARDO Patria NORICA: clariſſimum genus: pater bene Chriſtianus, cæterum in ſæculi honoribus, mater vero in optimis operibus extitit, quæ eleemoſynis, orationibus, ieiuniis pene continuis ſe tranſiens, ciboq; prẽter legumina raro indulſerat ferrea virtus. Cuius bene geſta commendare hoc vno ſufficiat, quæ Eccleſiam in honore ſanctæ MARIÆ perpetuæ virginis cum viro in ciuitate propria ſtatuens dimidio ferme miliario nudipes ad eam proprijs humeris lapides ferre ſolebat. Huiuſmodi actis iam nobilitatẽ illam ſęculi abdicaſſe totam videbatur, niſi quia ſumma ingenuitas in ſeruitute Chriſti cõprobatur. Trahebat ibi cũ pediſſequis ſuis mulierum vtriuſq; conditionis turbã nõ paruam, ſaxa portãtium. Ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã fecerat cęteras. Ita ſe natura habet, iuxta formã maiorum, minores ſe gerunt. Cernere erat longius per circuitum vnius imitatione fœmininum genus melioratum.

ratum. Suum hoc opus fecit matrona. Hinc meruit filium de quo nũc agitur digna dignum, qui optimam prouinciam sortitus disciplinis scholaribus consecratur, & in BABINBERGENSI Ecclesia liberalibus rudimentis traditur imbuendus, vbi docilis attentus & beneuolus auditor, quantum magistro Philosophiæ impenditur, tribus ex ea partibus nactis, Physica, Ethica, Logica ostenditur. Hic itaque æuo tener in tantum generis sui nobilitatem morum virtute transcẽdit, vt iam non puer, sed senex, nõ leuis, vt in tali ætate assolet, sed mox grauitate sapiens diceretur & canus. Etsi aliquando carnalibus delitijs est temptatus, Dei mediante gratia, non est abstractus neque illectus. In his enim artibus vel suis speciebus nulli postmodum facilè inueniebatur secundus. Successit deinde fœlix adolescẽtia, vbi Pythagoricæ literæ proportio à stipite indiscretæ pueritiæ, ceream ætatem dextro tamo ad beatam vitam conuertit, vel leuo ramo, qui & decliuior ad terrena & decliua flectit. Hinc quia dignus conspicitur canonicam præbendam in eadem Episcopali sede sortitur. Ibi vero honestissimus iuuenis in dextro ramo MARIÆ optimam partem elegit, & clam Præposito qui TVRORVM eatenus fuerat ad monasterium sancti MICHAELIS conuolãs monachalem habitum petijt & accepit. Regnum cœlorum, &c. iuuenes diripiunt. Maior pars ad malum proni sunt ab adolescentia sua, sed Eberhardus regno cœlorum vim fecit, & vim passus est. Quid enim præpositus ageret, ad nutum eius campanæ omnisonum dissonæ consonãt, procedit ipse per semetipsum cũ vniuerso choro templi ad monasterium fratrem imperant reddi magis quam rogant, eripiunt magis quàm recipiunt. Quia vero chorũ Clericalem monastice tonsus non decuit, sumptibus datis in FRANCIAM cum magistro suo directus est. Vbi in tantum

Matth. 11.

tum profecit, quod seniores suos sensu crescente subegit. O quam fœlix exiuit, sed multo fœlicior redijt, immo & futuræ fœlicitatis suæ signum iam reuersus videre meruit, & alijs præmonstrauit. Cum enim quadam die post reuersionem parētibus suis in domo consedit, gallina aduenies, sub vestimento ipsius ouum magnum posuit, quasi quid in ipso sperari posset populo declarans, exeundo vt assolet vociferauit. Crastina quoque die in conspectu omnium indumento ipsius ouum, sed priore grossius reposuit, in quo bis facto, quod primo Abbatis, & postea Episcopi vice fungeretur, vt credi potest, significauerit. Veruntamē semper monasticum postea in animo affectās ordinem iuxta illud Poëtæ: Naturam expellas furca, tamen vsq; recurret, animus adolescentis cum esset natura optimus à proposito desuesci non potuit, donec factus quadragenarius Episcopi sui OTTONIS & fratrū conniuētia monasterium subijt, & directus spiritus Domini in eum à die illa & deinceps, vt in omni religione fieret nouissimus primus. Corpus suum ieiunijs macerat, orationibus protractis inuigilat, diuinis officijs totus inhiat, non murmurare superfluus, sed potius cum paupere Christo, pauper esse desudat. Appositā cui imprimeretur forma, erat Abbas suus, ERBO, quem laudare satis, nisi alterum penè Ioannem vel Heliam æstimando nescimus. Per idem tempus germanos suos seculares genere, statu, rebus æquè spectabiles, cum quibusdam propinquis vnus spiritus inuasit, in proprio fundo monasterium monachorū de suis hæreditarijs rebus cōstruere. Delegatur in id operis absq; mora BIBVRGENSIS locus MVNDIBVRDO memorati reuerēdissimi Episcopi, quo validius res effectum, effectus firmitatem haberet, destinatur eo dignissimus Abbas Eberhardus tàm nolens vt consecrationem quinque annis refu-

Horat. lib. 1. Epist. 10.

taret. Sola enim cogitatio inhæserat monachorum ordinem carere ædificia Ecclesiarum, moxq; in heremũ, siue cœnobium semet priuatum deponere, nunquam sibi satisfacit humilitas, nec voto satiatur virtus, sicut & vitium. Post quinquennium cum Episcopo suo BABENBERGENSI ROMAM trahebatur, erat enim cui nil deerat, quod idoneum, quod clarum ad curiam. Sic fuit in illo ipso comitatu sereniſſimus EBERHARDVS tunc præpositus, post paulum vero in eadem Babenbergensi Ecclesia successor creatus. Hic Eberhardi nostri fidiſſimus semper,& vnum par fuerat. Qui diligit iustũ, in nomine iusti, non perdet mercedem. Hinc pergenti negotium BIBVRGENSES de consecratione Abbatis iniungunt magnopere: pollicetur operam suam, nec minus exequitur, donec ipse per se Apostolicus INNOCENTIVS inuestiuit Abbatem & consecrauit dicens,cnofortare & esto robustus: in omni tecum sum.

Matth. 10.

Alio tempore cum Romam pergeret APPENNINVM montem accessit, cuius altiſſimo dorso, artiſſimo tramite vix transitus panditur. Ibi sub ipsis radicibus mulierculam conspicatur martyrem inopia, pluſquam martyrem ægritudine, quem montem transmittere volens, volens voluntate,& difficultate cruciabatur. Vidit interius Abbas moribundam, fratremque comitantem appellat dicens, quid facimus pauperi Christo, ne in nouiſſimo veniens sugillet nos? At ille idiota vtpote idiota, minus vrebatur & dixit. Nihil mulieribus & nobis in tali articulo. Sed enim philochristus rucino suo impositam innitens ipse manu retrorsum cauda equi transuexit fœlix,qui diligit proximum pluſquam seipsum. Cumque transduxiſſet onus, pietate adhuc vrebatur & dixit fratri; Quid tandem agimus? Miratur rusticitas & ait, Tempus tacendi pa-

di pater. Tum suspirans quod solum poterat eleemosyna data afflictam sibi dimisit. Iam tunc multorum bonorum præconio futurum se audiebat *Episcopum*, quod in vno probatum iri sat erit. Præfuit in vicino Abbas nomine EPPO; cuius vita magna, probitas maior, familiaritas maxima cum patre nostro pollebat. Hunc inuenit Deus, cui de schismate futuro post multos annos contra Papam ALEXANDRVM prædiceret, quamquam firma anchora solius tunc *Eberhardi* ex omnibus ALEMANNIÆ *Episcopis* staret. Ad horum formam vidit per somnium prędictus Abbas, & ecce vidua quædam, vidua videbatur, & viduam rex quidam impugnabat, & qui viduam adiuuaret non erat, nisi de IVVAVO monachus quidam. Hic EBERHARDVS videbatur, hic obstare solus videbatur pro vidua. Lucta hæc luctæ imago vtrumque feruebat, donec mutatus est, & in chalibem mutatus est monachus, proportionaliter ferrum duritiam, duritia inuincibilem signabat, furebat autem non minus in illum quam in viduam rex, donec & ipse in canem versus apparuit.

Qui habet aures audiendi audiat argumentum à simili. *Matth. 11.* Quod intelligens vir, qui viderat, retulit in auribus Abbatis & dixit, In veritate IVVAVO præsidebis & erit tempus, quo solus *Ecclesiasticis* ALPINAM sustētes. *Matth. 6.* Sufficit tempori illi malitia sua. Inter hæc ille paruus erat in *1. Reg. 15.* oculis suis, & extra carnem in carne apparebat. Cernere erat carnalibus & spiritualibus, nouellum locum mirabiliter surgere de nobilibus ac mediocribus fratrum sororum, monachorum, quibus nihil deesset in vlla gratia & probitate subitum examen feruere. Quid de conuersationis altitudine dicam? De Abbatis dignitate hæc omnia veniebant. Hic charitate, prudentia, discretione misericordia, omnibusque virtutum charismatibus cunctis

admiratioⁿi,ſed amori,ſed timori,ſed exẽplo extabat. Detinebatur,ſed filiali timore;de ſeruili metu, nihil ſciebatur; laboribus deliciabatur,non requie,intelligens iã illud Philoſophi; Generoſos animos labor nutrit per ſe Pauperum frequentius domum viſitare nil præpediebatur. Illic inopum maxime languentium lauare capita & pectore in ſinu ſuo,pedes etiam abluere ac deoſculari,cibum ipſe potumque ad os mandare ſolebat. Deus & pater domini noſtri IeſuChriſti,ſcit, q; non mẽtior quæcunq; conſcribo. Quin immo plura tranſiliens in dicendo & tacendo breuitati contendo. Dicam quod vidi, quod multorum atteſtatione, quod proprio experimento cognoui,prædicationis efficacia ei mira nimis aderat,cũctis auditoribus commotionem ſemper cordis,quam pluribus etiam fletum excutere, melius fabuloſo Orpheo , qui modulationis dulcedine ſaxa, ſiluas & feras attraxit, manes quoq; inferni,mirum dictu, in lachrymas mouit. Hoſpitalitatem namque ſectabatur, quantum oſtendit in milite , qui in cellam diuertens, potum domino ſuo tranſeunti cum poſtulaſſet, monacho cuſtode hoſpicium magis dominum interius vocante receſſit. Comperta culpa abbatis monachum peditem vini ciphum RATISPONAM ferre petitori præcepit. Quid ageret monachus? Grandæuus erat, & nudius tertiano die venam minutus,fratrem ergo comitem petijt pro teſtimonio, ſi forte in via deficeret. Quo dato vinum per tres leugas SCHOLASTICO FRISINGENSI miranti & lugenti, quod propter ſe accidit, ieiunus IMBRIPOLIM detulit. Quis nõ obſtupeſceret miraculũ in tertiana minutione? Plane obedientia ſignum feciſſe viſa eſt,& omnes qui audierant ſimiliter illi plaudebant gentili. * Quirere quid eſt virtus,& poſce exemplar honeſti. Et vocauerunt magiſtri in vrbe potum illũ,POTVM OBEDIENTIÆ. Nemo autem hæc audi-

leg. Quære

cns,

ens, crudeliorem æstimet, quàm misericordiorem, nam miserationes eius super omnia opera eius, vt pote quũ iam labores, necessitates, frigora, famem, vigilias, magis experientia nouerat: quum experiẽtia in omnibus quoq; rectoribus ad omnia maxime conduceret. nam bella, qui nunquam pugnauerunt; patientiam, qui pauca tulerunt; infœlicitatem, fœlices; quieti, labores, docere cum debent,* parua res agitur. Igitur ad summam, magisterij, exempla; sagittæ, experientia, ars est, iuxta illud etiam Didonis apud Maronem: Nõ ignara mali, miseris succurrere disco. Hinc prædictum exemplum patris in milite, potius de misericordia fuit. Alias implebat, quod ait CHRYSOSTOMVS: Vis apparere sanctus, circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum autem benignus. Hinc quod etiam ipse scribens admiror, non loci sui nouitatem considerabat, non antiqua & ditiora monasteria quid possent, quid non facerent, sed frumenta fratrum ad messem vsq; computari præcipiens, reliquam messuram pauperioribus monasterijs in vicino solebat transmittere. Ita in omnibus alijs nequid nimis euitans, paupertatem tamen nimis amabat, adeo vt cogente sancto Episcopo OTTONE, decimas noualium in TANGVILE multas valde, ac necessaria fratrum nullatenus susciperet. Quare hæc? vbi onus penuriæ, quanti vel quales victuri sunt? Bona ergo sufficientia propter plures saluãdos. Si quo minus, teste HIERONYMO, sicut diuitiæ ita paupertas, sæpe tentatio est, imparientiam aut solitudinem faciens. Hæc generaliter dicta sunt.

Psalm. 144.

l. prava

Æneid. 4.

II.

POST XIIII. annos cum placuisset Deo dicere, Amice ascende superius, CHVNRADO Salzburgensi Archiepiscopo incomparabili de medio facto, vnanimitate Prælatorum, Clericorumq; cum

Luc. 14.

cum populo, circa Paſchalem ſolemnitatem, BIBVRGENSIS Abbas, matrici Eccleſiæ aſtat Epiſcopus. Specialis fœlicitas Iuuauenſis matris, quod talibus nunquam viduatur Epiſcopis. Requiratur longe ſupra noſtram ætatem, & præſtantes ſuo tempore omnibus Germaniarum Epiſcopis in IVVAVO, vt ſoles Epiſcoporũ videbis. De motu Biburgẽſium dicere nõ poſſum. Non erat quẽ non mulcet honor oblat⁹ quin territus nũcio fugeret, & latere velle, vt non eſſet domnus cœperit. Sed hæc fruſtra tẽptata, cũ venientib⁹ primis Eccleſiæ inuenitur, trãs fertur, vngitur, & precioſa* cornua metropolitani fronte inſignitur. Quanto tũc magn⁹, humiliabat ſe in omnib⁹; Vigiliis, orationibus, abſtinentiæ operã dabat, ſcripturæ ſanctæ, prẽter in mẽſa & in equo, nõ diebus neq; noctib⁹, ex oculis migrabat; & manibus fregit eſurienti panẽ ſuum, & egenos vagosq; induxit in domũ ſuã, nudos quos vidit operuit, & carnẽ ſuã non deſpexit. Pupillos enim vt pater aluit, & viduas de tribulatione eripuit, attẽdens illud Apoſtoli: Hæc eſt religio mũda & imaculata apud Deum, viſitare pupillos & viduas in tribulationibus eorum. Pro iſtis & his ſimilibus, ſtabilita ſunt bona illius, & narrabit omnis Eccleſia ſanctorũ. Contra morem Phariſeorum omnia opera ſua facere ſtudebat, ne videretur ab hominib⁹. Perhibebant enim ſeruientes eius, poſtea monachi facti ſecretas venias in Eccleſia nudis cruribus eo terere ſolitum, vt defricata in pauimento cute & carne, genua ſanguine inuenirent fluentia. Ita eis cum prę laſſitudine interdiũ obdormiſſet, ſors ꝓdidit. Eleemoſynarum largitati virtutes omnes ceſſere. Secundũ Matthæum, ſermo eius erat quaſi poteſtatem habentis, ſup ægros, vel etiam dæmones, ita vt verbum faciens in Eccleſia, cum eiulatus dęmoniacorũ omnia repleret, terreret, confunderet, vno tantum indignationis dicto, ſtatim eis vocem, inſuper motum quoq; omnem ibi auferret. Hæc

f. coronæ Eccli 3.

Eſai 58.

Iacobi. 1.

Eccli 31.

Matth. 6.

Matth. 7.

Hæc fuit nostro Antistiti communis cum beatissimo Papa EVGENIO virtus, in cuius moueri præsentia, vel se insinuare præsentia non audebant dæmonia. Non minus obedire ægritudines, aliquando auctoritati Præsulis, & abire nouerunt. Deniq; apud monasterium S. PETRI, quandã sororum diutina ægritudo cõfecerat, ita vt curari à nullo valeret. Hanc in conspectu suo cum multa spe & desiderio oblata in nomine domini benedixit, & recedẽti extẽplo perfecta incolumitas redijt. Quæ post aliquod tempus denuo venienti, ouanter se representans, cum gratias agere pro sanitate cœpisset, ad primam vocem refutata & lingua oppressa est. Profecto cum asserit beatus GREGORIVS, Prelatos à subditis, subditos à prælatis iuuari vel lædi, fœlices manere discipulos huius quondam abbatis manifestatum aliquando est. Adeo patris merita redundarunt in filios, vt morientes interdum sui saluarentur, quoniam sui fuerunt, quod minime monstrari operæ pretium est.

Cum adhuc monasterio præesset, grandæuus quidam, quasi annorum C. cum vxore, & substantia non minima apud eum conuersus cappam induit, quæq; retro sunt obliuiscens, iam nil pene præter Ecclesiam & orationes continuas nouerat. Mirareris * vnum; decrepito eo alacritas in studio, ad studium sensus. Taliter sub pio EBERHARDO & successore eius, circiter annos XII. conuersatus, mense Ianuario ad matutinum signum, in stratu repertus est mortuus. Odiosum genus mortis, anceps, lubricũ, attamen non potest male mori, qui bene vixit. Ipsa enim nocte & hora trãsitus prædicti fratris vidit per somniũ quidã confratrũ, dæmones grege cellã infirmorũ suo more petẽtes & alijs ad fores operientib⁹, alios intro ad suscipiendã animã senis irruẽtib⁹. Post paululũ ad collegas egressi, horrẽdũ elatrãtes cõcrepabãt: Achdolor, virũ amisimus, frater EBERHARDI

Philip. 3.

vnde decrepito

Epis-

Episcopi erat. Tum infœlix acies eiulans, & blasphemans disparuit. Quid ni ergo fœlices Eberhardi, Benedicti, Antonij discipuli?

Procedente tempore iuxta dictum gentilis: Omnia mala ex rebus bonis orta sunt, cum ortum de Apostolica electione schisma ineffabile ex bono malum fecit, diuina & humana confudit. Væ quos inuoluit illud contagium. Vbi vnctus legitimus? Ecce hic, ecce illic. Nouit Petrus qui sunt eius: Imperator refutato ALEXANDRO, quem coniurasse prius contra suam rem publicam querebatur, alij æmulo totis viribus cum adhæreret ex maiori parte ITALIAM, post & ALEMANNIAM traxit, reliqua Ecclesia in obedientiam Papæ ALEXANDRI concessit; fuerunt quam plurimi aliquot annis neutrum suscipientes, tum odio partium, tum quod neuter sincere per omnia, & simpliciter intrasse videretur. Inter hæc erat videre triste, iustitiam & miseriam latè simulari, intrudi, expelli, nec pacem nec bellum ex iure, & Apostolicus noster interim fuit quasi nō esset. Atqui IVVAVENSEM & BRIXINENSEM Episcopos cunctorum mortalium, quos tunc nouimus sanctissimos, nemo cum nesciat in tanta partium caligine, quæstione & conquestione, in tanta omnium dubitatione, tantorum vestigia patrum tuto sequi nos posse credimus. Post longam nempe considerationem Metropolites noster, solus ex omnibus Episcopis ALAMANNIÆ prefatum BRIXINENSEM Episcopum Hardmānum reuerendissimū post se trahens, Papam Alexandrum laudauit. Vnde nobis postmodum inter multos audientibus, aliam rationem nō dedit, nisi quem tota Ecclesia cum his, & his regnis in Alexandrum consensit, iustiorem hunc æstimamus. Quod quasi præsagijs futurorum dixit, exitus post multos annos probauit. Sic Augusti tunc solus fata impediens, non tamen

men Augusti in se manus commouit. Quam diuerse, quãtis aduersis prædecessores sui rem tantam in Cæsares HEINRICOS præsumpserant? Et ecce plus HEINRICIS hic. Furebat bilem & nunci in nostrum EBERHARDVM. Augustus & suam ipsius animam pertransiuit gladius: sed vbi in præsentiam venisset, reuerentia sanctitatis eius spiritum reprimebat. Dignitas quædam angelica in vultu, & pondus tale oculos ac mentem obibat, vt nisi timere plusquam mortalem, & contremere, & parcere, & venerari non possent. Hæc de semetipso confiteri princeps solebat. Oderat nimis semper sanctissima anima prosperitatem suam, & temporalem gloriam, ardebatq; prædicta vel qualibet occasione, quælibet aduersa, siue exilium, siue etiam mortem sustinere pro domino; sed sic eum volebat manere donec veniret. Interea more suo pacem reficere in RATISPONA laborabat, populosissima vrbe, neq; enim apud GERMANOS populosiorem vrbem, tametsi latiorem testantur qui norunt.

Dux autem * Barbariæ perspecta simplicitae IMBRIPO- *Bauariæ.*
LENSIS Episcopi, qui per subreptionem tunc præfuit, insatiabili auaritia, maximum fiscum Episcopij, id est castrum quoddam, cum omnibus pertinentijs suis vsurpauit. Episcopus primo furere, obstrepere, cœlum turbare, nil pensi habere, ab vtroq; totus plene Episcopatus cœpit incendijs & rapinis vastari. Vrbani inter alterutros diuisi abierant. Hæc pater patriæ anxius cum animo suo trahens, tum pro pace, tum maxime pro vrbe, ne læderetur satagebat, quomodo quidem hæc mater prouinciæ, & aspectus eius in vniuersam terram, & omnium fructus foret in ea. Dux obedientiam promittebat, in omnibus. Episcopi stultitiam pigram exponere, quomodo damnum maximum & confusionem quam vtilitatem maluerit. Pater cum à

Duce vitam captiuis, remissionem vrbi, memoriam æternam labori suo obtinuit. Postmodum diuinæ reuelationis gratia obitum suum longe ante præsciuit, sicut subiecta declarant.

In FRISIENSI ciuitate mulier degebat inclusa. Quæ ante annum transitus *E*piscopi, orationibus solito cum incumberet, rapta in spiritu, ad contemplanda illa æterna & inuisibilia mortalibus viuentibus est. Vidit itaque supplicia reproborum varia & horrenda, quæ in cor hominis ascendere non possunt, vidit deinde mansiones beatorum & gaudia, quæ impossibile homini loqui. Super hæc omnia contemplabatur apud superos glorioſam sedem, cuius opus & species omni famine mirabiliora, sedique huiusmodi sanctum PETRVM & sanctum RVBERTVM altrinsecus superstantes custodes. Cum miraretur super magnitudine horum, à sanctis illis responsum audiuit: Hæc est sedes *E*BERHARDI Archiepiscopi, quam ad eius vsq; custodimus aduẽtum; propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Hæc mulier per familiarem nuncium mandat, & vsque ad mortem Pontificis in ore trium res latet.

Appropinquante igitur vocationis suæ tempore, cum iam pridem viribus corporis cœpisset destitui, de pace itidem negotium habuit, bonam hanc virtutum suarum cõsummationem existimãs, si pacem Ecclesiæ redditam reliquisset. Dissidebant more suo, dum inter se Dux orientalis BAVARIÆ, necnon & frater suus valdè excellentissimus, tũc PATAVIENSIS præsul, mox autem *E*berhardi nostri successor IVVAVVM translatus est Metropolim. Consulto, ni fallimur, hanc translationẽ arbiter ille temporum Deus indulsit ita vt cõgruum magis & dignum, in quo solo tota procella temporis consumeretur, finis docuerit. Hinc concordare fratrem in visu beatus præsul non leuiter

ter, vtpote in mortis vicinia laborabat. Quid frater? Quàm infraterne, quàm procul à constituto colloquio aberat? Sed adhuc longius sequens dominus homini suo deferebat, vnum humiliter submonitus à suis, cum magna dulcedine allegabat dicens: Scio chariſſimi, qui de cœlo descendit ad terras. Quid nos? *Et* ad hæc quis idoneus? Adijciensq; aiebat suis: Fateor spem in hoc maximam habeo, si mori in negotio pacis, vel ante capere tanti boni salutem initium quiuero. Beati enim pacifici, & quid sequitur? Quoniam filij Dei vocabuntur. *Matth. 5.* Desiderium vero suum iusto dato iuxta Salomonem, est inter pacis attentiones, ad æternam est pacem translatus. *Proverb. 24.* Vnde omnium puncto notatus est MARTINO similis, pro eo vel maximè quod castrum Episcopij vir clarissimus OTACHER Marchio, eadem tempestate obsederat, ministerialem Ecclesiæ præfectum oppido persequens. Aliena res, Quàm diutinum *Ecclesiæ*, vel etiam perpetuum capto oppido malum veniret! tragœdia more omnium erat. Vix opus compulit aduenire Antistitem: sine operæ precio tridie rex agitur, cum demùm cõfirmatus pater proloquitur, Iam ecce in castrum meum ascendam, quis obstet videbo? Occupat sereniſſimus Marchio necessarios consulit, obsidionem sine omni pacatione soluit, dignum honorem cedit Episcopo. Reddidit hæc pater, vt ministerialem conditionibus satisfacere tandem persuaderet. *f. triduo res* Erãt hæc opera eius nouissima, cum iam morbo decurrens migraretur, quatuor equis intrahere faciebat, aut hæc aut se iam palam omnibus diceret, pacem relinquo vobis. *Ioan. 14.* Perducitur in hæc ad RVNENSE monasterium, vbi synodocho, vt cœperat aliquandiù laborans post tertium diem sudore exundato magis defecit.

Hinc paululum sustinens ait, Modo auditum amisi. Quo sensu scilicet auditus, vt ita dicam, supra naturam

hominis semper viguerat, sic vt procul susurrantes audiret & proderet. Sequenti die dominica ad vesperam vocante domino x. Kal. Iulij, naturæ concessit, anno Episcopatus sui XVIII. mense secundo. Anno ab incarnationis domini M. C. LXIIII. ab ordinatione Papæ Alexandri VI. & imperatoris Friderici tertiodecimo. Mors eius pro tempore lamentabilior fuit. Languebat mater Ecclesia in omnibus membris, & cum hic caput totius extaret imperij, sanctitate & gloria sanum caput interim infirma curabat. Quæ spes temporis? Quæ futuri? Melius est habere quod cupias, quam desiderare quod nescias. Quid plura? Transferebatur defunctus longo & aspero itinere ad matricem Ecclesiam, & exequias mire pauperes celebrabant, genus illud Deo propinquum. Quid de cæteris dicam? Istud nouum, hunc beatum gementes dixerim concoisse leprosos, & planctu, oblationibus, eleemosynis, orationibus suprema iusta ei fecisse. Rarum genus. Inopes in cœlum reboabant, Patrem amisimus. O perniciem nostram. Ipsi potentes, alius dominum, pars amicum vel patrem amisisse dolebant exemplo præcellentissimi & nostris temporibus eruditissimi.

Mors Eberhardi Arch. Salisb.

III.

Epistola Babenbergensis Epis.

Babenbergensis Ecclesiæ qualiscumque minister venerabilibus, & in Christo plurimum dilectis fratribus & amicis HVGONI SALZBVRG. VDALRICO KINNSENSI præpositis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis, pro spiritu mœroris. In commemoratione beatissimi patris nostri ac domini Archiepiscopi iugiter in mentem venit, imo á memoria nostra non recedit, quod diuiso à se domino suo, & curru igneo subuecto, vernaculus & indiuiduus ille comes Prophetæ post eum clamauit dicens, Pater mi, pater mi, currus ille Israhel & auriga eius. Nunquid enim magnus iste sacerdos noster, qui in diebus suis

4. Reg. 13. Eccli. 44.

placuit

placuit Deo,& inuentus est iustus? Currus enim fuit, dum necessitates & infirmitates alienas, præsertim onera peccatorum & inopiam pauperum paterna consolatione & compassione subleuauit. Quasi diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Vel, Nunquid auriga non fuit, qui creditos sibi, rexit, & direxit in viam veritatis exemplis pariter & documentis? Oculus fuit cæco, & pes claudo. Manus eius non est auersa ab vllo paupere, cum quo cordi erat iocari, conrixari, & tandem ab invalida manu exsuperari. Insuper vt omnibus omnia fieret, etiã supra legem, non contra legem, habitum leprosi & tactum lepræ non abhorruit. Raptus ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Sed consummatus in breui, expleuit tempora multa. Equidem sicut scriptum est: malitia remanentium meretur, vt hi qui prodesse poterant, festine subtrahantur. At qui mem orabilis ille assecla Prophetæ magnificam duplicis spiritus habuit consolationem, nobis autem in transitu viri sanctissimi, præter luctum nihil amplius derelictum est, nisi forte digni essem' apud Deum, tanto subleuari patrocinio. Talis decebat, vt nobis esset pontifex, cui viuere Christus & mori erat lucrũ, propositum quidem nobis erat festinandum eum videre; sed prohdolor peccatis nostris exigẽtibus, extremum hoc beneficium percipiendæ ab eo benedictionis nobis diuinitus denegatum esse lamentabiliter & inconsolabiliter conquerimur, & infra, consolemur inuicem, pater noster pijssimus intrauit in gaudium domini sui. Ipse autem pater misericordiarum & Deus totius consolationis consoletur vos, & abstergat omnem lachrymam ab oculis vestris. Hæc sereniſſimus BABENBERGENSIS Episcopus.

2. Cor. 11.

Iob 29.

1. Cor. 9.

Sap. 4.

Philip. 1.

2. Cor. 1.

IIII. *Miracula ad sepulchrum S. Eberhardi.*

Sed redeamus ad propria, sepulti enim merita dominus declarare non distulit. Mulier Hydropica, quam suo more

more beatus viuens abluerat, ad sepulchrum defuncti tanto afflictior, quanto coactior fusa cœlos vexare lamentis non desijt. Vt quid me pater, ait, desolatam relinquis? Aut cui amantissimum gregem pauperum commisisti pastor? An potius quasi orphanos dereliquisti, & dixisti, Quod moritur moriatur, & quod succiditur succidatur? Zach. 11. Sed nunc peto per illum qui te assumpsit, vt miserijs meis quomodo hactenus corpore, ita modo per spiritum digneris succurrere. Hæc deprecata, exaudita, sanata egressa est. Præterea reuerendi cuiusdam de cœnobio IVVAVENSI memoratu digna visio existimata est. Videbatur hic sibi per somnum, dum siti vrenti circumageretur, Ecclesiam, miri decoris, errabundus intrare; illic beatam Dei genitricem MARIAM, vultu vt est dignissimo eminus consedisse, & velut puerum in gremio caris amplexibus conspicatur tenentem. Agnouit dominam de pueri persona & gloria hæsitans erat atque admirans. Cui mater misericordiæ paucis dignata est hæc ad verbum proferre. Hic est filius meus Eberhardus, qui nihil mihi vnquam negauit. Huius rei tot testes, quot decuriones Antistitis sunt. Omni petenti tribuere solebat, quod sanctæ Mariæ nomine petitus fuisset. Ecce qualis mater, talis filius, sibi fieri, quæ propter se fieri testantur. Post hæc videbam seniorem, & pincerna calicem mysticum poculũ geniminis cœlestis propinans ingrediebatur. Libauit regina, deinde puer, qui videbatur puer, domina præbente, vt vino indulsit; vltimus senior; dum ad se ventum, fallitur; proprie subiens vt acciperet, Dei genitricis audiuit sentẽtiam; Non poteris adhuc interim de tali poculo accipere. Videtis quam districta vox. Beatiores ergo mortui, qui in domino moriuntur. Apoc. 14. Post id locorum excitatus somno, seniortã ipse, quam omnes qui audierunt congratulari visioni cœperunt.

Plura

Plura huiusmodi memorare copia non deerat, sed commendationi patris nostri pauca hæc non erunt. Breuiloquium semper amauimus, & modum in rebus. Si cui ad notitiam saltem beatissimi domini nostri hæc suauia erunt, hoc est totum pro quo laborauimus. si quis exsufflat, fortasse illi aut omnia scripturarum insuauia erunt, aut scriptoris indignitas acceptatione hic caruit. Atqui sicut scriptum est, cognationem inter se maximam habent amor & potestas. Vtraque enim principaliter præsunt, vtraque per auctoritatem semper loquuntur. Non potestate verum amore peculiari, cum venia potentium istud scribendi ministerium forsitan merito, vtpote ex discipulis eius antiquis Carissimi, licet infimi, vendicauerimus. Quid plura? Restat suspirare post tantum cœlitem, & conuictores suos post eum iam minus velle hanc vitam. Hi nempe vel sola eius * forma sciunt, quid bonum sit, & cœlum & virtus, & in terra ambulans conuersari in cœlis, vbi Christus est in dextera Dei sedens, & regnans per omnia sæcula sæculorum Amen. *Philip. 3. Coloss 3.*

V.

POST obitum igitur Deo dilecti Antistitis EBERHARDI tot miraculorum Christi *Ecclesia* clarere cœpit insignibus, quot sanctº adhuc viuēs, virtutū abundabat operibus. Et qui mundo tūc latere disposuit, signis quæ iam per ipsum fiunt, approbatur quis fuerit. Qui enim tūc dixit cum Isaia: *Secretū meū mihi Secretum meum mihi*, nisi ne elatione tēptaretur; quę sunt latibulum ad angelorū ecce & hominum deductº est cōmune spectaculum. Quod dum etiā in occulto mētis secretario factū est, iā super tecta prędicatū est. Huic sancto acclamat ipsa veritas in Euāgelio: Nihil opertum q̄ non reueletur, & occultum q̄ non sciatur. Qui enim tūc abscondit elecmosynam in sinu pauperis, nunc per ipsam habetur excusatus in conspectu summi iudicis. Decebat ideo, vt quem *Esai. 24. 1. Cor. 11 Luc. 12. Matth. 10. Luc. 12.*

quem honore ditauit in cœlis, signorum, vel magis beneficiorum claritate dominus magnificaret in terris. Quæ nam viuens fecerit, nonne hæc scripta sunt in notitia singulorum? Nisi tamen præteritorum scriptura commemoraret, non est in futuro, qui Deum in sanctis suis glorificet. Vnde est illud. Cito fecerunt & obliti sunt. Quæ enim scripserunt scimus, & quæ prætermiserunt nescimus. Non equidem legimus in tota veteris testamẽti serie, quis fuerit ille Zacharias, qui occisus est inter templum & altare. Si sciretur quis esset, DEVM in ipso plebs glorificaret. Necessariũ est ergo, vt ab initio propositiones loquamur, quanta audiuimus & cognouimus ea, & fideles narrauerunt nobis. Signis quidem fides populi fundatur. Vnde est illud. Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius. Vt ergo sciant omnes quia beatus EBERHARDVS cum Christo regnat, beneficio declarat in mortuo, in quo sic complacuit adhuc viuo.

Psalm 77.

Psalm. 73.

Matth. 18.

Igitur ô lector, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, si humanum negaueritis testimonium, miraculis saltem quæ fiunt, fidelem præbeas assensum. Probant quidem sanctum miracula, & populo sanctitatem eius reuelant Domini beneficia. In primis enim manifestauit eum Dominus sic.

Homo quidam Diabolo instigante Ecclesiæ maioris feras temerario furore irrupit, & detestabile furtum in ea commissurus intrauit, & scrinium cuiusdam Canonici securi violenter confregit. Ex qua duas casulas cum reliquis sacerdotalibus, cæterisq; bonis subripuit, saccoque delaturus imposuit, sed exiturus virum ætate canum, veste candida circumamictum sibi cominus assistere conspexit. Vnde quidem non mediocriter territus, sed nequitiam suam, nec dum persoluere veritus, cum onere processisset

sisset in medium, sed propè sepulchrum beati EBERHARDI duobus passibus distans immobilem fixit statum. Sanctus enim creditur qui Ecclesiastica protexit viuus, iam cum Christo melius valens, Ecclesiæ damna non passus est mortuus. Tam diu igitur nutu Dei stetit inconcussus, donec à populo cum sarcina captus, rem gestam publicè profiteretur confusus.

Accidit autem vt quidam puer de MATHESE nutu diuinæ prædestinationis à natiuitate cæcus ad limina beati RVDBERTI deferretur, sed beati Eberhardi tumbæ superpositus, prece omnium qui aderant oculorum perfusus est luce. Puella quoque quædam de **Gruscharun** duodennis surdum & mutum habens spiritum, beati viri sepulchro aduoluitur; sed fidelium interpellatione auditu similiter & voce reparatur. Item miles quidam domini Archiepiscopi nomine RVDIGNVS, filiam habuit paralysis vno brachio destitutam, immo præmortuam. Pro eius sanitate mater sæpè frustrabatur in medicis; sed ecce ad melius conuersa, beati Pontificis gratiam experitur & dona; Christum compuncta petit, & sanctum luminare parans metitur vt brachium, tumbæ sancti præponit, vt ardeat, domumq; reuersa sospitam filiam inuenit, Deumq; in sancto suo glorificat. Mirum in modum, mulier in templo, sanctus in domo illa accendit candelam, iste sanat filiam, cera liquendo decrescit, sed virgo meliorans inualescit.

Similiter & quædam sanctimonialis fœmina, ex calculorum longa ægritudine fere consumpta, ante sepulchrum sancti viri prostrata compũgitur, & dum pie supplicat, meritis sancti, calculus dilabitur, & ipsa sanitate percepta gratulatur. Dignum quippe erat, vt qui duros hominum actus emolliuit vt saxa, hic quoq; in prosperum supplex ipse supplicum commutaret aduersa. In Cœna quoque, Dæ-

moniaca iam diu obsessa adducitur, supra quam cum exorcismus legeretur, spiritus nequam qui inerat, varijs linguis fabulabatur. Dum vero fit illi comminatio à Clero, per beatum VIRGILIVM, Dæmon clerum subsannat, & se VIRGILIVM magistrum suum iam tertia die in inferno reliquisse clamat. Quæritur ergo, quis vel cuias ille VIRGILIVS sit; at ille MANTVANVM poëtam fuisse respondit. Tunc interrogatur, vbi vel per quem sit exiturus, dixit, quod cum ad * pauperem pauperum venerit, iam amplius illi remanendi locus non sit. Tunc summo diluculo cum Antiphona: TRADITOR autem, diceretur, sub specie vespertilionis eg edi visus est. O miræ virtutis, vel potius piæ paternitatis indicium, die qua seipsum panem salutarem discipulis proposuit, tunc beatus EBERHARDVS mortem effugans, vitam condonat ouibus suis. Sed ex Dæmonis fœtore, Archiepiscopus noster simul cum RATISPONENSI Episcopo de sede sua propulsi sunt.

* Patrem

Non diu hic miles quidam de nemore sancti LEONHARDI, vxorem suam sepulchro pij patris applicuit, quam nutu Dei & sancti meritis, licet diu contractam, cito erectam lætus obtinuit. Simili quoq; modo mulier quædam de **Straßpraisen** humorum ariditate seu neruorum contractione, manuum officio destituta, inuocata sancti, pristinam sanitatem est adepta. Subsequenti tempore puella quædam de **Nuwuenburch** Marchion. cæca patre comitante aduenit, sed sancti sepulchro aduoluta adstantium supplicatione, visum fœlix obtinuit. Item fœmina quædam de **Engelbrechßheim**/ pluribus annis obsessa, à deuotis fidelibus monumento præsulis adiungitur, & ipse mutus, sanctum confitetur corde quem non potuit ore; sed virtute sancti instruitur, quid loquatur voce. Miles quidam calculosus diu languens & pallidus, tamen patris

nomine

nomine inuocato, sic calculum digerit, quod nullam molestiam sensit. Similiter & mulier de **Rymese** arreptitia adducitur, sed meritis supradicti Pontificis de potestate Dæmonis celeriter emancipatur. Post hæc paucis mensibus decursis in præsētia Archiepiscopi CHVNRADI Brixinensis Episcopi Heinrici, marchio minor, DIETBOLDVS de **Vohenburch**/ sancti Eberhardi aliquando nutritius, mulierem per decem & octo annos energumenam adduxit, pro ipsa tota nocte vigilans, quam sanandam in sancti sui glorificatione vsq; adhuc Deus distulit, à domino suo curatam obtinuit. Mulier quædam de **Wúldorff** à spiritu nequam vexata adducta est, sed sanitatis gratiam quum quæsiuit, fidelium prece ab ipso patre citius nacta est. Audita igitur fama miraculorum beati *E*berhardi, cæterorumq; IVVAVENSIVM sanctorum velut ex vehementi tonitruo ab incredulitatis somno citius, velut excitatur charitate tepentium multitudo. A remotis accedunt prouincijs, & ab alienis aduenīt regnis, miraculorum surgūt fulgura, hic IVVAVVM quærere, quod fides non obtinuit apud se. Inter illos videlicet quædam mulier venit de **Wirtzburg**/ luminis causa, cæco petit merita pij patris expediri. Dum ergo IVVAVVM iam diutius moratur salutis cupida, tandem ex improbitate pietatis ei aperitur *ja*nua triplicis fidei, percepit alimenta, sic pascitur per fidem, quod corporis & animæ recepit sanitatem. Mirum in modum oculis carnis experitur vt videat, & oculis cordis experitur quod credat. Dixit quidem vidi eum in carne manentem, sed nunc experiar in cœlo regnantis virtutem, fœliciter experta est, quia quod petijt adepta est. Accessit enim ducta per alterum, sed ecce regreditur sibi præmonstrans iter suum, & quæ accessit contristans lætà reuertitur Deum in sanctis suis glorificans.

Post hæc non diu duo venerunt milites ducentes contractum per singula, cupientes si B. Eberhardi virtus esset, vt fama. Ægèr itaq; ille iam pridem miles & prædo nequissimus, & ex incestu cum vxore scilicet fratris sui fornicando, per prædictum Antistitẽ erat excommunicatus. Cum ergo vsq; post mortem ita perseuerante inpœnitens, qui potuit volũtarius infirmitate pœnitere, coactus est nolens. Corpus quidem suum vsquequaq; contrahitur, & velut ex lepra sicca quadam scabie sordidatur. Audita igitur pij patris virtute, accessit confiteri mortuo, fide tactus vt placeat, cui noluit viuo. Cum ecce iam tumbæ appositus deuotionis offert precium; at sanctus soluit peccati vinculum, & contractum erigens reddidit sanum. Vox ecce populi in laude sustollitur, Christus in sancto, & sanctus in Christo benedicitur, qui ægre peccanti tam mirifice propiciatur. Socij vero sui sanato applaudunt, sed ab eius mensa, quia adhuc liuida scabie, maculoso se subtrahunt, ipsi tamen memoriam S. Eberhardi celebranda commendare non sinunt. At ille infœliciter inquit, mallem vt primo contrahi, quàm sic à vobis erectus despici, quoniam si plene sanasset applauderem, sed iam despectus doleo propter hanc erectionem. O quam terribile, inquit, dictu; in crastino mẽtum contrahitur vsq; ad genu, vt qui sanari doluit, iam solito infirmior fit. O miranda pastoris sententia, mortuus mortalia soluit, vincula soluit; anima nexum corporis, virtutem pastoris experitur ouis. Pastorem igitur non irritare discat subiecta conditio, discat nõ irretiri peccati vinculo, nesi mors præmineat absit omnis propitiatio.

*locus vitiosus

Mulier quædam de Ense virũ relinquens legitimum, ioculatori se iungit ad victum, insaciabilem fouere cupiens appetitum. IVVAVVM igitur veniens lasciuiter, vt stolida garrit, & ioculatur vt ganea, legitimi fœderis adulteratur oblita.

oblita. Tandem ad sepulchrum beati Eberhardi accedit, vt composita, cum chirothecis offert elata, sed vltione diuina percutitur, & fit arrepticia. Solita rimatur ludicra iustitiæ, blasphemat vt garrula, huc & illuc se voluit in aëra, quomodo sic à dæmone vexabatur obsessa. Educitur ergo & trahitur in templum, & à clero circumstante exorzizatur dæmonium, & mulier delicta confitetur ne pereat, & emendare promittens Deum liberata glorificat. Laudetur ergo Christus in sancto, laudetur sanctus in Christo, qui sic dispensat, vt laborent infirmi, vt sanitatem eis redditam sanctorum suorum asscribant meritis & suæ virtuti. Quidquid enim fit p sanctos, Deus facit in ipsis. Vnde est illud: Sine me nihil potestis facere. Operatur enim omnia in omnibus, diuidens singulis prout vult. omnium enim potens est dominus; & hæc facit, vt sanctum glorificet, & notam faciat nobis potentiam suam, dicens per Prophetam. Videte quod ego sim solus, & nõ est alius Deus præter me. Excutit enim Pharaonẽ & virtutẽ eius in mari rubro. Quis est Pharao nisi diabolus? qui est Ægypti id est tenebrarum rex. Ipse quidem quos potest exterminat, idest extra terminos patriæ ducit & necat. Quid est mare rubrum, nisi martyrium, vel Christi passionis sacramentum. Quasi enim Pharao cum exercitu suo in mari rubro submergitur, cum diabolus & vitia sua Christi & sanctorum suorum passione conuincuntur. Ideoq; glorioſus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua, terribilis & laudabilis, & faciens mirabilia solus. Et hæc facit ad laudem & gloriam nominis sui: Qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

Ioan. 15.
1. Cor. 12.
Esai. 45.
Psal. 67. & 71.

De VITA ET MIRACVLIS Sancti HARTVVICI Archiepiscopi Salisburgensis AVCTORE Sancti Eberhardi discipulo.



CON-

CONsideranti mihi lilia agri, quo honore, quoue decore candidata vestiantur, & pullulent, multa virtutum varietate purpurati rosarum flores apparent. Hinc in lilio miror, quod est niueũ; hinc in rosa colorem intendo purpureum. Tria tamen amplius in ipsis intendo, colorem scilicet & odorem, & vtriusq; allectionem. Flos est anima iusti, color religio Catholicæ fidei, odor amor Dei & proximi, allectio promissio est cœlestis regni. Vnde est illud in Canticis canticorũ, Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruissent mala punica. Et de eodem in subsequenti. Vineæ florentes odorem dederunt. Et illud. Odor inæstimabilis erat nimis. Hortus est sancta Ecclesia, de quo sapientia clamat. Rigabo hortum meum. Nuces sunt animæ iustorum; testa nucis, vas humani corporis; corium, mundani liuoris amaritudo, & nucleo iustitiæ designatur habitudo. Tunc ergo in hortum nucum sapientia Dei descendit, quando quid in nucibus id est in iustis, quid in conuallibus id est humilibus speciosius sit considerandum. Quæ sunt vineæ nisi oues dominicæ? Quid sunt earum flores, nisi passionum meritis purpuratæ virtutum varietates? Vnde est illud sapientiæ: Flores mei fructus honoris & honestatis. Floret enim vinea dominica per opus bonum, sed odorem dat aliis, bene viuendi proponens exempla. Floret vitis, decoratur in se, sed odore fructificat in aliis. Hinc simile est quod legitur: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. In agro igitur rosa vel lilium, in horto nux & in conualle lignum pomiferum, & in vinea palmes,

I. Matth. 6.

Cant. 6.

Cant. 2.

Eccli. 24.

Eccli. 24.

Eccli. 24.

B. HARTVVICVS. Hinc enim est castitate candidus, hinc

hinc diuerso virtutum colore purpureus, hinc licet in carne, diuinitatis satiatus nucleo, hinc vt lignum fructiferum imbre roraturtemporaneo. Palmes est in vite non aridus, non ad ignem vt comburatur excidendus, sed flore cum fructu germinans, vt doctrinæ vina ministret in Christo, qui est vera vitis exuberans. Vnde est illud in Euangelio: Omnem palmitem in me ferentem fructum purgabit eũ, vt fructum plus afferat. Palmes vero iste non sterilis sed fœcundus, satis in Christo tulit sibi, sed purgatus id est, carne solutus, plus attulit & plus recepit. Hic quidem collegit, sed ibi cum exultatione manipulos reportauit. Super pauca fidelis humanitus, super multa cœlitus constitutus est. Hic vt paterfamilias peruigil furi comminatur. Hinc vt pastor bonus lupum confundit & fugat. Hinc etiam oues pascit & potat, ieiunantes non spernit & manducantes non iudicat. O quantum lux in carne positus, qui nihil remisse prætermittens fuit in omni bona actione strenuus, ad docẽdum egregius, & in omni morum claritate fuit cõspicuus. Orphanorum adiutor, viduarum defensor, mœstorum consolator, in & regenerandis animabus magnus erat propagator. Hic itaque post obitum bonæ memoriæ FRIDERICI antistitis Ecclesiæ IVVAVENSIS suscepit Kathedram anno incarnationis Domini Dcccc. xv. vj. Idus Nouembris. Sed ecce cum prędecessore suo, gaudet regnum sortis & gloriam. Ex regali legitur oriundus prosapia, vnde ampliori virtute, vitam in se nobilitauit & opera.

Vt radius sole prodit, de flumine riuus,
Hic stetit & fluxit regum de sanguine riuus.

Iste ergo participat in eo, quod scriptum est. Fecit nos DEVS sibi regnum & Sacerdotes. Recte quidem agenti seipsum & actus suos regenti bene conuenit hoc nomen

rex,

Ioan 15.

Psalm 125. Matth. 25. Matth. 24. Ioan. 10. Rom. 14.

Fridericus Archiepiscopus Salisburg.

Apoc. 1.

rex, quia de regali secundum carnem egressus linea, cum rege Christo decorabitur in gratia, vt recte dicatur per Prophetam: Regem in decore suo videbit. Et illud in Psalmo: Domine in virtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. Fuit enim ad opera misericordiæ vehemens, in tribulatione patiens, pronus ad indulgentiam, & tardus ad iram, fide firmus vt impetret; spe certus, vt capiat; charitate perfectus, vt sine fine permaneat. Vt etiam ordo docendi postulat, multa erubuit docere, quæ tamen studuit facere; viam monstrauit digito, quam ipse præcessit opere suo. *Esa. 33. Psalm. 20*

Cogitauit enim non esse sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens; nunc autem alijs prædicaret, ipse reprobus fieret. Detractionibus aures non adhibuit. Aliud in corde non habuit; munera super innocentes non accepit. Pœnitentes hortabatur ad melius, iustos fouebat vt iustus, minores tuebatur vt fortis; & omnibus exhibuit opera pietatis. In meridie quippe charitatis, cum sole iustitiæ statum fixit, vt luceat sicut mundus solari radio, sic credentium populus suo respondeat beneficio. Interim enim eius virtutũ fama percrebuit, quod ad ipsum causa doctrinæ fugendæ vice apum circumquaq; omnis turba confluxit. Æia quantos nube infidelitatis obductos, mente cæcos, fidei luce perfudit, quantis etiam malitia surdis verbi Dei auditum inseruit, & ex insolentia mitius per confessionem Christum laudare fecit? Omnes corporis & animę curauit ægritudines, verbi gratia, errore contractos veritatis cognitione fecit erectos. Hinc peccati mundauit lepram, & de facie gregis sui omnem abstersit maculam. Hinc gaudio præuaricationis occisos, vipereoq; temptationum veneno præmortuos ad virtutum opera restituit viuos. Bene igitur conuenit illi quod de Heliseo, sapien- *1. Cor. 13. 1. Cor. 9. Psalm. 14. Eccli. 48.*

tia clamat: In vita sua fecit monstra. Quod enim melius monstrum, quam de peccatore iustum, de ægro sanum, de obstinato credulum, vel de mortuo reddere vivum? Sed nec hoc silere dignum video, quod plurimorum fidelium didici testimonio. Contigit enim quod ad Ecclesiam quæ TALE dicitur, in festo sancti ANDREÆ ipsam dedicaturus exierit, siluamq; pertransiens, ramusculum ex arbore frangens arripuit, quem cum non diu manu tulisset, flores peperit & in signũ sanctitatis eius, à quibusdã fidelibus, diu custoditus fuit. O signum mirabile, & plusquam dici possit, commendabile. O nouitas ab antiquo non discrepans. O Hartvvici virga, virgæ Aaron sub figura concordans. Sed illa in archa, & hæc in manu floruit, nec tamen inter se dissentiunt, quia vtriusque possessor, archam Domini rexit, & archa Domini fuit. Quod tamen in ipso materialiter fuisse, si quis obstinate contradixerit, spiritualiter tamen completum, vt credat ratum sit. Quid enim signat eius via qua vadit vt *E*cclesiam dedicet, nisi Christum in quo moraliter graditur, vt in mente sua Deo sacrificium paretur? Quid est arbor, de qua ramum fregit, nisi quilibet legisdoctor, de quo disciplinæ formam sumpsit? Ex hac virga scriptum est: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vel aliter, Disciplina tua, ipsa me docebit. Vel & hæc virga pastoralis est, quæ in medio sub typo disciplinæ est rigida; subtº causa seruitutis, ferrea; superiº quasi floret, quia pœnitẽtes attrahit cũ misericordia. De parte ferrea scriptum est: In virga ferrea confringens eos. De medio virgæ dicit Psalmista: Disciplina tua correxit me in finem. Superior pars virgæ typum tenet misericordiæ. Tria quidem doctori conueniunt, vt scilicet impios districtius feriat; in bono stabiles non facti moneat; compungentibus misercorditer consulat.

Exod. 7.

Psalm. 22.
Psalm. 17.

Psalm. 2.

Psalm. 17.

Hanc virgam beatus HARTVICVS habuit, & ipsa virga æqui-

æquitatis fuit. Vt de ipso dici possit Ecclesiæ per Prophetam: Virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon. Quid enim nõ extitit virtutis in quo omnium virtutũ schola fuit? Quomodo etiam non sit plenus omni virtute, quem ecce præuenit dominus in dulcedinis benedictione? Ipse autem Ecclesiasticæ virtutis est virga, cuius doctrina vel fide legalium mandatorum in populo connectuntur laquearia. Ex Syon vero vel emittitur, dum speculo fidei Ecclesiæ administratur. Omnia autem opera sua, quæ fecit, fuerunt signifera, quia virtutũ quas Deus in ipso fecit, fuerunt signatiua. Consummato igitur fœlici vitæ suę cursu, exuta humanitatis tunica, indutus est immortalitatis stola. Migrauit autem sanctus Hartvvicus ad Dominum anno ab incarnat. Dn. M. xxiij. Episcopatus autem sui, xxx iiij. Heinrico imperatore II. huius nominis regnãte, Domino nostro Iesu Christo rege Qui viuit & regnat cũ Deo patre & spiritu sãcto vnus Deº per omnia sęcula sęculorũ, Amẽ. *Psalm. 109.* *Psalm. 20.*

II. *Miracula ad sepulchrum S. Hartvuici.*

Ad laudem & gloriam nominis, cum quadam die populus in capella sanctæ Dei genitricis deuotus adstaret, cereus in altari extinguitur, sed vtaccendatur à quodam iuuene quantotius accurritur, cereum festinus arripuit, & ad tumbam beati Hartvvici accensurus accedit, sed cum iam tumbæ appropiat, iam cereum sancti virtus inflammat. Mirum in modum, per se luminare succenditur, vt lucerna Ecclesiæ fuisse beatus Hartvvicus approbetur. Flamma etenim rubedine apparebat, vt sanguis, sed in illo reor aliquid mystice fuisse significatum. Veruntamen populus in admiratione vertitur, & flammam huic similem nũquam vidisse profitetur. O mirabile, ex eius virtute accenditur cereus, cuius beneficiorum claritate illustratur fidelium populus. Fama igitur tantæ rei vniuersam patriam transuolat, sanctumq; Dei in populo virtus patrata magnificat. Accurrunt subitò debiles, sed sanitati citius fiũt efficaces. Sanicurrunt & languidi, & in sancto glorificant nomen

domini, signis ad fidem prouocantur increduli, spem concipiunt desperati, caritate solidantur qui fuerant odiosi. Accedit interea puella quædam paralytica, quæ dum sepulchro aduoluitur, optatę sanitati restituitur lętabunda. Quidam etiam iuuenis transEnum genitus, annos circiter xxx. agens cæcus adducitur, sed sancti prouolutus sepulchro, visu perfunditur desiderato. Item quædam puella decennis ad præfatum sanctum defertur, sed illico ad plenum erigitur, vt eo miraculo sancti virtus commendatur. Simili quoq; modo mulier quædam iam diu omnium membrorum virtute priuata, per alios adducitur, statimq; sanitati restituta, cum gaudio sola reuertitur.

Puer itaq; de PINZGAV eatenus infirmans vt mulier pari modo fertur ad sanctum, pariq; vice Dei gratiam salutarem experitur & fructum. Nec non & puer quidam de OLHVSEN affertur contractus, sed Deo operante, sanctiq; meritis, refertur erectus. Similiter & puer in tantum manibus contractus fuit, quod iam amplius posse sanari populus desperauit, beati Hartvvici allatus tumbæ plenissima restauratur sanitate. Quidam homo de **Eringen**/ puerum suum cæcum reliquiis sancti superposuit, genuq; flexo largissime lachrymans visum puero fœlix obtinuit. Vir quidã de Ivlbach miserabiliter flexis reptans poplitibus, sed sancti nomine sæpius inuocato, plantis & basibus solidatis donum recepit optatæ sanitatis.

DE OTTONE IMPERATORE.

III. ACCEPIMVS à patribus nostris, quod OTTO imperator HISPANIAM cum multo apparatu profectus in ciuitatem TVRONIORVM hospi-

hoſpitandi gratia ingreſſus eſt. Vbi per aliquot dies cum magnatibus ſuis moram faciens, manſionarios ſimul & cuſtodem pretio corrupit, & ſic corpus beati MARTINI auro & argento comparauit. Datis ergo quæ pepigit, recepit quæ voluit, regreditur feſtinus ad patriam, furtim deferens tanti corporis glebam. Quia vero tam precioſum theſaurũ ſuo vectigali cõtineri duxit indignum, Archiepiſcopo IVVAVENSI HEROLFO, ſibi vt credidit, fideliſſimo tradidit conſeruandum, ſibiq; vbi vel quando præciperet perferendum. At ille gaudenter ſuſcepit, & in ſuam Eccleſiam piè tranſuexit. Cryptam in qua eum abſcondit, nomini ſuo conſecrauit. Sociosq; ſibi adiurat, vt lateat; titulo literali conſignat, vt pateat; vt quod lingua neſciret, hoc intitulato poſteris propalaret. Decedente itaq; aliquo tempore citatus ad curiam venit, vbi á rege de ſupradictis inquiſitus reſpondit. Sanctum quem quæritis, in ſanctuario permanendum repoſui. Vnde amodo nullatenus debet remoueri. Tunc Imperator ſe defraudatũ conſiderans irascitur. At ille fugam inijt, ne ſi expectet in aliquo periclitetur. Tunc HAINRICVS dux frater imperatoris, & quidam milites PLANGENSES ſcilicet regi placere volentes, quia & ipſi SALZBVRGENSIS Eccleſiæ inimici fuerunt, ipſum perſequuntur, vt feriant; quem ſequentes arripiunt & excæcãt. Sic nec ille reddidit, nec imperator rehabuit. Sed vir bonæ memoriæ HEROLFVS repoſuit, & vſq; ad tempus beati HARTVVICI latuit, neſcio quo caſu hoc inueniens, ſed vt error cœlitus inſpiratus, vel titulo edoctus inuenit, & ſolenniter & eminentius tranſtulit, & hoſpitatum hoſpiti MARTINVM ſcilicet B. RVPERTO conſepeliuit & dignè Apoſtolis parem. BAVARICÆ gentis ſociauit Apoſtolo, quorum vterque ſicut in vna continentur tumba, ſic inuicem conſociantur gloria. Sepulturam quoq; eorum argento ſi-

Herolfus Archiep. Salisb.

mul vestiuit & auro, vt dum in thesauro decus appenditur, quam splendida vel potius quam preciosa sit eorum virtus significetur. Quod vero corpus beati MARTINI beato RVDBERTO consepultum sit, miraculis, quæ per ipsos fiũt, creditur, & vt nulli dubium sit, antiquorum patrum legimus testimonio fuisse approbatum. Cum etenim aliquando RATISPONÆ imperator HAINRICVS, quartus rexit Cõcilium inter duos Archiepiscopos GEBEHARDVM IVVAVENSEM scilicet & ADELBERTVM BREMENSEM, coram omni curia altercatio facta est. Qui vt verum fatear omni virtute commendabiles, & honore inuicem præuenientes, in die sancti MARTINI coram rege officium celebrare Iuuauensis Bremensem monuit. At ille indigniorem se iudicans restitit, & in hæc verba prorupit, Constat o Gebharde, quod mihi instanter præmineas cum vel cum apostolicæ sedis legatione recenseas, vel quia in solennitate sancti, cuius corpus in Iuuauum continetur, pallio indui debeas. Hoc tam à progenitoribus meis, quam ab ipso imperatore percepi, Martinum in vestra Ecclesia contineri. Celebrauit igitur Gebehardus Iuuauensis indutus pallio; cessit alter, & vtriusq; commendatio, nostræ sit veritatis attestatio. Huius itaq; rei non incertus bonæ memoriæ Hartvvicus Episcopus absconsum in obscuro sustulit, & supplicantium fidelium aspectibus honorifice reposuit. Hæc ideo huius patris nostri Hartvvici gestis inscripsimus, vt dum bona, quæ fecit attendimus, cum vtrisque Martino scilicet & Hartvvico terrenis ad cœlestia meritorum vice transferri curemus.

DE

De VITA ET MIRACVLIS Sancti GEBEHARDI Sueui

Archiepiscopi Salisburgensis
&
Apostolicæ Sedis
Legati

AVCTORE

Sancti Eberhardi
discipulo.

DE

DE SANCTO GEBEHARDO *Archiepiscopo.*

GLorioſus igitur GEBEHARDVS alto SVEVORVM ſtemmate, patre CHADOLDE matre AZALA progenitus, in primæua ætate ſua liberalibus ſtudijs traditur imbuendus. Vbi cum docilis puer nõ tam ætatis incremento, quàm liberalis ſcientię ſuccreſceret faſtigio. *E*menſa igitur pueritia partimque adoleſcentia, ingenuitatem generis, morum nobilitate, ac ſapientiæ iubare tranſcendit. Euacuatis enim quæ erant paruuli diuinis ſe mãcipat obſequijs, & lectionibus, quamuis in ſæculari pompoſo ſtemmate, forinſecus ſplenderet ornatus, Per ſingulos itaq; gradus ſacris ordinibus inſignitus, ad ſacerdotij deniq; gradum, quia dignus eſt inuentus, iiij. nonas Martij anno incarnationis Domini M. LV. à venerabilibus. SALTVVINO, ſanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſub ſancto LEONE Papa eſt promotus, prædicti Deo digni Archiepiſcopi futurus *E*piſcopus ſucceſſor, ac Chriſti & Eccleſiæ indefeſſus propugnator. Huius ergo celebri fama illectus Imperator HEINRICVS III. cognomento pius, HEINRICI BABENBERGENSIS ſucceſſor, eum ad ſe aſcitum, regiæ aulæ ſummum præfecit Capellanum. Quo poſt paucos annos rebus humanis exempto, & HEINRICO IIII. filio prioris in ſceptra regni ſuccedente, GEBEHARDVS item primus inter primos palatij habebatur. Et quamuis in terreno conuerſaretur palatio, cœleſtis tamen regis famulatui ſummopere inhærebat. Anno deinde incarnati Domini M. LX. qui ſextus ſacerdotij ipſius GEBEHARDI fuerat annus, poſt dormitionem præſcripti venerabilis BADVVINI Archiepiſcopi, concordi

1. Cor. 13.

Saltvuinus Archiepiſcopus Saltsburg.

Supra Saltvuinus dictus

concordi & alacri totius Cleri, ac ministralium electione in Salzburgensem Metropolitanum diuino nutu est sublimatus, vtpote virtutum omnium gratia adornatus.

Igitur Deo dignus metropolita GEBHARDVS, iij. Idus Iunij, in loco Eschinwanch dicto, accepto à rege HEINRICO, & castæ desponsationis sacrosanctæ matris Ecclesiæ annulo, & reuerendæ pastoralitatis baculo sanctæ IVVAVENSIS Ecclesiæ sedi, ab ADELBERONE BVRZBVRGENSI Episcopo, XII. Kalend. Augusti: intra sanctæ canonum inthronisatur. Nec longe post, conuenientibus RATISPONÆ GEBEHARDO eiusdem vrbis Episcopo, ENGELBERTO PATAVIENSI præsule, ELLINHARDO FRISINGENSI Episcopo, ALTVVINO SABIONENSI antistite, ADELBERONE VVIRZBVRGENSI Præside, GVNZONE EICHSTETENSI Episcopo, in gradū Episcopalis honoris per læta popularium suffragia, iij. Kalend. Augusti. fœliciter est prouectus. Ab hinc vno & semis anno pallij insignibus & priuilegio singularis præ cæteris coēpiscopis principatus ab ALEXANDRO Romanæ sedis Episcopo per VVEZILINVM præpositum, viij. Kalend. Martij glorioſissime perſplenduit honoratus. His ille honoribus nesciebat superbire. Sed magis humilia de se ipso nouerat sentire. Diuitijs etiam affluentibus cor non apposuit, his tripliciter vsus, aut in augmētum & proficuū Ecclesiæ suæ expendit, aut monasteria & basilicas ex eis construxit, vel pauperibus erogauit. *Psal. 61.*

Præterea tàm regno quàm Romanæ sedi accommodatissimus existens, dilatauit gloriam populo suo & Ecclesiæ, quousque inimicus superueniens zizaniam discordiæ inter regnum & sacerdotium proch dolor seminauit. Præ-

Præsul ergo egregius cum instar lucernæ candelabro superpositæ omnibus, qui in domo Dei erant, scientiæ & vitæ merito luceret, cum sancta Romana *E*cclesia, quasi specialem filium suum, quasi verum Catholicum iudicauit esse dignum, cui legationem suam super omnes TEVTONICI regni Ecclesias committeret. *Sic* itaque ex archicapellano regni Archiepiscopus IVVAVENSIS, & legatus Apostolicæ sedis prouectus est, immobilis Ecclesiæ columna enituit.

Salisburg. Archiepiscop. fit legatus Apostolicæ sedis.

Operæ precium est hic inserere, qualiter prefatus & sæpe nominandus pater & Dominus GEBEHARDVS Archiepiscopus ab ineunte ætate in proposito habuerit, vt si ex voluntate Dei facultas sibi post hac suppeteret, monasterium aliquod, vbi diuinæ laudes iugiter hymnizarentur, construere, quod ex subsequenti relatione potest perpendi. Dum enim aliquando in pueritię flore constitutus cum collegis suis ALTMANNO, postea Patauiensi Episcopo & ADILBERONE postea VVIRZBVRGENSI *E*piscopo, studijs liberalibus imbueretur, contigit vt cum his, quos prędiximus fidissimis sodalibus timore puerili fugam iniret.

In via igitur ad quendam fontem diuerterunt, & ibi de sistarciolis suis panem quantulumcumque proferentes corpuscula recreabant. *E*t licet puerili affectione, Dei tamen magis, vt post patuit inspiratione, præsagio virtutis suæ spiritu inter cætera, quæ confabulabantur, *E*piscopos se futuros prædixerunt, & monasteria se ad Dei seruitium fundaturos vouerunt, quod postea efficaciter compleuerunt.

Primus igitur ALTMANNVS subintulit se Patauiensis *E*cclesiæ præsulatum velle conscendere, quo adepto, monasterium se constructurum, ibiq; nouissimam tubam ad resurgendum expectaturum. Tum ADILBERO, *E*go vero VVirz-

ro VVirzburgenſi Eccleſiæ pontificatum ſuſcipiam & cœnobium Chriſti ſeruorum inſtituam, vbi & ego recondar, communem omnium præſtolaturus reſurrectionem. At tunc GEBEHARDVS, ego veſtrum amborum magiſter futur⁹ ero, quia volente Deo Salzburgenſi Eccleſiæ Metropolita, ſublimabor, monaſterio, quod regulari inſtitutioni ordinauero, vltimum examinis diem præſtolabor.

Hæc ideo hîc interſerere dignum duximus, vt oſtenderemus, quam grata Deo ſimplicitas fuerit iſtorum, & cordis mundicia, quorum puerili quodammodo ioco prolata, tam mirabiliter ad effectū perduxit. Nam GEBEHARDVS in Saltzburg. metropoli poſtea ſublimatus ADMVNTENSE cœnobium conſtruxit in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ virginis, ſanctiq; BLASII Epiſcopi & martyris. ALTMANNVS Patauienſis Epiſcopus factus, TOTHVVISENSE monaſterium inſtituit. ADILBERO ſimiliter ante ambos VVirzburgenſem ſedem adeptus, LAMBACENSE cœnobium conſtruxit, &c.

Videntur quædam deeſſe quia in m. ſ. eſt, &c.

LIBRI TRES
de
Vita
BEATI OTTONIS
Sueui Comitis, Ducis Poloniæ legati, Imperatoris Heinrici Cancellarij,
Episcopi Bambergensis, &
Confessoris, &
Pommeranorum Apostoli.
AVCTORE,

Anonymo, συγχρόνῳ.

Vbi

Præter multa de rebus Pommeranorum, Saxonum, Danorum, Polonorum, Ruthenorum, Hungarorum, Boemorum, Teutonum, aliaq; scitu digna, continentur etiam

Epistolæ
- *Sancti Ottonis tres*
- *Paschalis Pontif. tres*
- *Kalixti Pontif. duæ.*
- *Innocentij Pontif. vna.*
- *Polizlai Ducis Polonorum duæ.*

&
Imbriceonis Episcopi Herbipolensis oratio in funere S. Ottonis,

Omnia nunc primum edita è m.s. codice monasterij Monsee. & notis illustrata ab
Henrico Canisio Nouiomago. IC.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INCIPIT PROLOGVS IN vitam beati OTTONIS Episcopi Babenbergensis.

SCRIPTVRVS vitam beati OTTONIS Episcopi, ac POMMERANÆ gentis Apostoli, grandi quidem affectu, sed impari facultate materiam ingredior sacram, duo hæc finaliter intendens, vt virtutum & meritorum eius Auctor Deus, in illo glorificetur, & de lucerna in domo domini sublimiter accensa, pietatis ac deuotionis lucem fideles accipiant. Christo enim bonus odor est in ipso & vniuersa Ecclesia. Tamquam paranymphus & amicus sponsi flagrans & ipse vnguentis optimis, vnguento contritionis ac deuotionis; & in Deum ac proximum preciosæ pietatis. Vnguentum enim contriti cordis & humiliati, tamquam pauper spiritu pedibus domini suppliciter exhibuit, aperiens os suum in oratione, & pro delictis suis iugiter interpellans; vnde & Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu ipsius. Vnguentum autem deuotionis, in quo recordatio diuinorum beneficiorum intelligitur, in obsequium diuini cultus, tamquam in caput redemptoris, tam piè ac copiosè effudit, vt expresse de illo dictum videatur: Et domus impleta est ex odore vnguenti. Non solum enim sua persona, tamquam sacerdos & pontifex per exhibitionem cœlestium sacramentorum obtulit domino sacrificium iustitię oblationes & holocausta accedēs per semet ipsum ad Deum, sed etiam in diuersis locis, in vicinis & remotis Episcopis grandi sumptu & labore Christo multas fundauit & restaurauit Ecclesias in quibus miserationes Domini

Matth. 5. 2. Cor. 2.

Ioan. 12.

recolantur, & ſpiritualibus diſciplinis, ac diuinis ſacrificijs mors domini annunciatur, donec veniat. Vnguentum autem pietatis, quod de latiſſimo ſinu caritatis, ex omni ſpecie miſericordiæ, tamquã ex aromatibus, & omni puluere pigmentario, vniuerſo corpori præparatur, quis abundãtius membris Chriſti exhibuit? Taceo infinitas eius expenſas, & miſerationes quas fecit in Eccleſijs domini coram Deo immortales, tranſeo Eleemoſynas illius, quas in locis definitis, in hoſpitalibus, & manſionibus pauperũ diligentiſſima cura, redemptiones captiuorum, quas in terras alienas ac remotas mittendo erogauit, & immenſam pecuniam, quam de manu eius in cœleſtes theſauros manus pauperum quotidie deportauerunt, quis enumerare ſufficiat? Profecto miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Nam non ſolum ſua, ſed etiam ſeipſum pro lucro animarum Chriſto impendit, diuinitus ab ipſo directus in pœnitentiam POMMERANÆ gentis, cuius per Euangelium Chriſti tulit abominationes, & gubernauit ad dominum cor ipſius, perferens in ea, contumelias, perſecutiones, paſſiones: & feruentiſſimo cordis affectu, pro lege Dei ſui mori, coronamque martyrij adipiſci deſiderans. Hæc idcirco breui epilogo præmiſi, vt quantus ſit iſte, de quo ſermo habendus eſt, in capite libelli, videatur, & de tanto pontifice, de nouo patrono, non ſolum noſtra ſpecialiter, ſed etiam omnis generaliter Eccleſia glorietur, qui ſenescente iam ſæculo & ad occaſum vergente, ſecundum incrementa & conſumationes perfectionis apparuit, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi lux plena in diebus ſuis lucens, & quaſi ſol refulgens, ſic ille refulſit in templo Dei, Romani imperij ac ſacerdotij firma mentũ, gemma ſacerdotum, ſpiritualis ordinis decus & præſidium, prædicator veritatis, & doctor gentium, Marcha

frequens, & feruens in obsequio Domini Iesu, pater, minister, ac susceptor peregrinorum, captiuorum, & omnium membrorum Christi. Scripta sunt autem in libro hoc, quæ religiosi ac probatissimi viri, ab ipso gesta oculis suis viderunt, & nobis fideliter enarrauerunt, vt in testimonio veritatis nihil priuati amoris & gratiæ inferatur, sed opera eius quæ in DEO facta sunt, summa sinceritate & veritate in honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ proferant.

INCIPIT VITA VENERabilis ac Deo digni OTTONIS Episcopi & Confessoris Apostoli Pommeranorum.

SEMPER honorandæ ac diuinæ memoriæ, Otto beatissimus ex SVEVIA duxit originem, Parentes eius equidem Patrem & matrem, ingenuæ conditionis nobilitate clari & honorabiles, in diuitijs autem & opibus mediocres, filium suum in primæua ætate literis erudiendum, disciplinis scholaribus tradidernnt. Qui cum diligenter enutritus, in spe bona ad annos discretionis peruenisset, ipsi defuncti sunt, & quæ in possessionibus, & pecunia reliquerunt; alter filius eorum FRIDERICVS miles futurus possedit. I.

OTTONE igitur gratia studij apud extera loca demorante, frater eius puer, domum pro suo posse gubernabat, tenuiter adiuuans fratrem suum in studio positum. OTTO autem percursis aliquibus Poetis & Philoso-

Philosophis, & Grammaticæ, metrorumq; regulis, tenaci memoriæ commendatis, cum ad altiora studia non haberet sumptus fratri suo siue alijs cognatis importunus esse noluit, vel odiosus, iam cum in ipsa adolescentia verecundiam secutus, & bonæ opinionis pulchritudinem. Itaq; in POLONIAM peregre vadens, vbi sciebat literatorum esse penuriam, scholã puerorum accepit, & alios docendo, seq; ipsum instruendo breui tempore ditatus, atque honori habitus est, linguam quoque terræ illius apprehendit, atque ad altiora paulatim progrediens, parsimoniæ, frugalitatis, & castimoniæ disciplinis literaturam adornabat. Ob ea igitur studia omnibus gratus, magnorum virorum atque potentum, suffragante sibi etiam corporis elegantia, contubernio ac familiaritati sese applicuit, legationibus etiam & responsis, inter magnas personas differendis, adprime aptus erat. Deniq; occasione legationum duci POLONIÆ innotuit, magnamq; in oculis eius & totius curiæ gratiam inuenit, ita vt Duci placeret talis clerici obsequio domum suam honestare. Ita ergo se multa oportunitate, ac modestia Duci aptauit, & toti curiæ gratum fecit. Cumq; aliquot annos probe & sapienter ibi mansisset, vxor Ducis defuncta est. Expletis igitur diebꝰ lamentationis ac luctus, cum se lætius Dux habere cœpisset, OTTO cum maioribus terræ, qui frequentes erãt in tanta re, & inuestigare cœpit de animo Ducis, si quomodo vellet ad alios thoros venire cogitaret, adiungens quod in partibus THEVTONICIS, honestissimum posset inuenire matrimonium, per quod magna nobilitas, immo totius THEVTONICI regni potentia summis amicitijs cõiungeretur. Dum hæc OTTO crebro mouet, sermo ad Ducem perlatus est.

Primo autem apud se ille tractare, deinde consilium habere

habere cum alijs, postmodum ipsum OTTONEM ad consilium vocare, plenius ab eo rem cogniturus. Itaque OTTO de maiestate ac potentia ROMANI Imperij, & de antiqua & clarissima Regis prosapia pauca præmittens, de viduitate sororis eius, domino viduæ, quodq; eam Imperator dignis thalamis sociare volens, totius curiæ, ac Principum, super hoc consilium exspectaret, plurima subiunxit, fœlicem fore affirmans, cui ante pulchritudinis thorus contingeret.

Ex parte autem Ducis monebat vltra in Imperijs nihil ei quærendum, nisi amicos, genus, potentiam, vtpote cui opes abunde suppeditarent. Quid plura? Dux ipse omnesq; consilij participes à Deo sermonem esse dicunt. Deinde magis ac magis ducem hortantur sui, monent publicè ac priuatim, hoc tàm ingens decus, tàm oportunè venientem gloriam maturè captandam. Vbi autem ad plenum Duci res animo sedit, non prius adgredi voluit, nisi & hoc principibus POLONIÆ placeret. Habito igitur colloquio inuenit assensum; id idem omnes sequuntur, probant, cupiunt, tanta claritate, tantaque nobilitate illustrari POLONIAM.

OTTO igitur pro tali consilio magnus & clarus habitus est. Cum ergo de nuncijs ageretur, ipse eligitur, & magni summiq; viri ei decernuntur; vestitur, ornatur, ditatur, omnibusque necessarijs, quæ vsus honorq; poscebat, habunde expedituri, sicq; in multa gratia dirigitur in summæ legationis secretissimo officio gratiam & gloriam recepturus. Eo tempore soror Imperatoris in contubernio us digno honore & apparatu manebat, de qua ille magnæ affinitatis sperans necessitudines, secundum magnificentiam generis ac potentiæ, fœlices de illa nuptias exspectabat. Acceptis igitur nuntijs & petitione Ducis rex hilari-

ter respondit, magnæ legationi, consilio principum se responsurum pollicetur, gratias tamen agens DEO, vota sua de honore sororis oportune promotum iri. Consilium igitur de tanto negotio habens cum *Episcopis* & Archiepiscopis alijsq; principibus seu magnis viris, magnificè tractat rem & retractat, nuncijs interim ad decus imperiale bene habitis. Denique vbi satis omnia exquisita viderent, vocatis eis, rem per se breuiter exequitur Imperator; Ducem POLONIÆ, nobilitate, opibus ac potentia dignum altis thalamis, sororem suam vnicam vnici fratris, gratam sibi pro cunctis rebus libenti animo tali viro copuletur, quia suis fidissimis hoc visum sit Consiliarijs. Addit etiam hoc commercio duos populos cõfœderari, POLONIÆ res nobilitari, Duci amicos potentiam & gloriam conquiri. Figitur ergo contractu, locus & tempus, remittuntur nuncij, magnis cumulati muneribus, ingens vtrinque apparatus pro personarum dignitate nuptialibus rebus componitur. Duce igitur optatis thalamis potito, maior iterum gratia OTTONI accessit, suique paranymphi Domina oblita non est, in omni domo sua inditum ei erat, & familiarem eum habens.

Et quotiens germano suo Imperatori dona vel responsa mittebat, OTTO internuncius & fidus mediator fuit, factaque est per eum vna res publica, domus Imperatoris & domus Ducis. Cumque inter eos sæpe iret, & rediret Imperator, vir sagax legati fidem & prudentiam animaduertit; & quamuis sorori ac sororis marito, commodum cum ac naturã agnosceret, intelligebat tamen altiori dignitati hunc fore oportunum.

Quare clementi beneficentia eum alliciens, sorori pro eo scripsit verba postulationis, suis dicens talem Clericum obse-

obsequijs necessarium. Soror autem & Dux in multis diuitijs benefacientes Capellano suo, in multa honestatis gratia Imperatori eum quamuis inuiti dimiserunt.

QVOMODO TRANSLATUS IN CURIAM FUERIT IMPERATORIS.

IMPErator vero primo in leuibus eum rebus exercens, familiari eius seruitio in multis benè vsus est, Psalmos & orationes priuatas sed quãdo vacabat cum eo ruminare solebat. Nam adeò literatus erat Imperator, vt per se breues legeret ac faceret. Videns igitur hoc placere Imperatori, psalmos & hymnos, capitula & orationes per totum annum, vt memoriter versum dicens posset affirmaret Clericos elaborabat, alijsq; capellanis aliàs intentis, hic semper præsto erat, & PSALTERIVM, quo vti solebat Imperator sub * asella sua iugiter habens vel ad sellam suam iugiter dependens, quociens opus erat requirenti obtulit Imperatori. Nihil enim OTTONIS solercia negligẽdum putabat, quo sibi gratiã Domini putabat cõciliare valeret, vnde mane, vesperi, omni tempore cum Psalterio suo ad manum Imperatoris præsto se OTTO exhibuit. II.

* l. axilla.

Porro illis diebus inuestituras *Ecclesiarum* Imperatores * solebant, & quotiens *Episcopi* decedebant, id moris erat, vt Ecclesia illa baculum & annulum Imperatori transmittens, de curia expostularet *Episcopum*.

fort. habebãt, vel: conferre solebant.

Multi ergo nobiles & magni viri, cognati ac filij prin-

cipum in curia degebant spe promotionis, vice Capellanorum Imperatori obsequentes. Inter quos omnes tam æqualiter & composite OTTO se gerebat, vt neque ex elatione inuidiam, neque ex vilitate despectum incurreret. Deniq; quod eo qui Cancellarius fuit, ad Episcopatum sublimato, OTTO sigillum Imperatoris & officium Cancellariæ suscepit; tantaque industria & bonitate se in illa gessit, vt ab omnibus curialibus amaretur, & á cunctis ei deferretur. Imperator vero famosum ac laboriosum opus SPIRENSIS monasterij habebat in manibus, omnes sapientes ac industrios architectos, fabros cementarios, aliosque opifices regni sui, vel etiam de alijs regnis in ipso opere habens, aurum & argentum & pecuniam multam sumptusq; infinitos annis singulis expendebat. At magistri operis, partim negligentes, partim etiam sua commoda sectati rem tarde promouebãt. Cõmonitus ergo Princeps à fidelibus suis, de iactura impensorum, diligentius tractare cœpit, ac securus de OTTONIS fide, diligentia, & sagacitate, omne opus ei commisit; præcipiens vt tam opifices, quam magistri eorum illi soli parerent, omnemque pecuniam, sumptus, & impensas ab eo expeterent, illique retaxarent. Sed Quid? Non facile dici potest, quanta conseruatio rerum facta sit, & quanta structuræ promotio. Ita ergo in omnibus rebus, Deo propitio, præstabilem se & charum summis & mediocribus Otto faciebat, in aula regis, quasi alter Ioseph, curã gerens vniuersorum.

***

QVO-

QVOMODO BABENBERGENSEM EPISCOPATVM ADEPTVS SIT.

INTEREA RVPERTVS BABENBERGENSIS III.
Episcopus de hac vita migrauit. Itaq; ex more temporis, insignia Episcopatus ad curiam allata sunt, & petitio Ecclesiæ pro pastore. Sed Imperator consilio sex mensium ponit inducias; Ecclesia vero Babenbergensis cum Clero & populo, Deo interim deuotissime pro idoneo rectore, supplicabat. Elapsis ergo induciarum diebus, cum iam tempus esset mittendi ad curiam pro Episcopo, Imperator benignitatis & gratiæ literis nuncios euocans, idoneum illi Ecclesiæ inuentum, indicat Episcopum. inter spem & metum anxij attentius rem domino Babenbergenses commendabant. Abeuntibus ergo nuncijs, in summis & præcipuis de ipsa Ecclesia viris, tam Clericis quam laicis, reliqui omnes à minimo vsq; ad maximum, in proxima dominica ante Natiuitatem domini, elatis CRVCIBVS cum processione montem beati MICHAELIS ascendunt, angelica suffragia quæsituri; scilicet Beatus Michael archangelus cœlestis militiæ signifer negotio huic se ingereret, vt eius strenuo interuentu, strenuum, bonum & gnarum super se prouisorem accipere mererentur. Quos in misericordia & veritate summa diuinitas, interuentu archangeli, exaudiuit, vt ipse rerum probauit euentus. Nam & legati Ecclesiæ ab omni Imperatoria maiestate honorabiliter suscepti sunt, & optime de negotio suo expediti. Imperator etenim annuens eis, Quantam, inquit, solicitudinem geramus pro Ecclesia vestra hinc aduertere potestis, quod non temerè aut subito rectorem vobis destinandum putauerimus; sed magis con-

ſilio & deliberatione, mora temporis & cura diligenter exquiſita. Nec mirum ſane; à noſtris enim proximis ac progenitoribus, vt noſtris, Eccleſia fundata, prædijs & poſſeſſionibus * fcõ datis, & miniſterialibus & omnium rerum affluentia ditata & ſublimata eſt: & quas de alijs Eccleſijs non poſſumus, hæc omnino illi adhuc integra manent, & conſueta. Quare intelligibilem dominum, prouidum & ſagacem, & rerum conſeruatorem, non vanum, non ſuperbum cõuenit intromittere rectorem. Vnde aliàs non ita ſolliciti ſumus, ſed cito, & abſq; temporis datione fecimus q; faciendum erat. Cumq; his & huiuſmodi verbis conſilium ſuum legatis ſemel & iterum cõmendaret Imperator, quidam ex eis tanq̃ proteſtaretur dilationem, vbi nam, vel quis eſſet ſciſcitantur. Imperator, nonne, inquit, pręſto eſt? & manu arripiens OTTONEM capellanum ſuum, (ibi enim erat, elegantis perſonæ, ac indutus bonis veſtibus, tonſura, forma, totoq; habitu intus & exterius clericum præferens) En, inquit, Hic eſt, hic eſt dominus veſter, hic eſt BABENBERGENSIS Eccleſiæ Antiſtes. Conſternati ad horam illi ſeſe inuiti reſpiciunt, illumq; oculis deiectis ſumunt & reſumunt; alijq; nobiles circumſtantes, qui aut ſibi aut ſuis cupiebant, nutu ac muſſitatione legatos, quaſi ad contradictionem inſtigabant. Legati autem ſubtriſtes, Sperabamus, inquiunt, aliquem ex dominis & principibus curiæ noſtræ, parentatum, ac nobis notum, dominatorem nos accepturos. Nam hunc, quis ſit aut vnde ſit, ignoramus. Imperator autem reprobationem perſonę haud ſuſtinens, Et vultis, ait, ſcire quis ſit? Volum⁹, inquiunt, profecto, ait, Ego pater eius ſum, & BABENBERG. mater ei⁹ debet eſſe. Verbum hoc mutare non poterimus. Si quis autem huic noſtræ ordinationi, quæ à Deo eſt contrarire temptauerit, offenſam indignationis procul dubio incurret. Non

enim

enim leuitate aut priuatis commodis ducimur, sed quod honestissimum,& maximè illi Ecclesię necessariũ esse perspeximus, id simplici animo in hoc negotio sectati sumus. De expertis rebus non necessarium iudicium est. Longa hunc hominem experientia & probatione didicimus; pacientiam,prudentiam, sagacitatem, & diligentiam in exequendis paruis rebus, strenuitatem eius in magnis negotijs notam habemus. Deniq; absentatio eius magnum domui nostræ impedimentum fiet, quam ipse de omnibus rebus strenuè ac fideliter expedire solebat. Otto igit' audita clementia Imperatoris, ad pedes eius sternitur, vbertim lachrymas fundens. Accurrerunt legati prostratum leuant; ille humiliter recusat; se pauperem, se indignum tantæ dignitatis affirmans; illustrius esse, viros ingenuos, claros, nobiles, potentes, ac diuites, & concapellanos suos,ad tales honores conscendere. Cernitis, ait Imperator, qua hic homo feratur ambitione?iam tertio recusat; iam duos Episcopatus sibi oblatos ad socios transferri rogauit. Quid vobis videtur? AVGVSTIENSI Episcopatui eum locare voluimus; sed iste sciens, quod hæreditas ad quam primo festinatur, in fine benedictione carebit,eos qui se priores in laboribus & exercitijs curiæ nostræ excitantur,prius ad quietẽ venire iustum esse dicebat. Postea vero de Halberstadensi Episcopatu sibi à nobis oblato similiter fecit. Quid ergo? Spero ait BABENBERGENSIS Ecclesiæ,hunc diuinit' esse reseruatũ. Hæc dicens, annulũ Episcopalẽ digito eius infixit, & baculũ dedit illi;sicq; vestitũ legatis consignauit. Moxq; ab omni curia ei acclamat'. Legati ergo rẽ à Deo esse cognoscentes suscipiunt,amplectuntur,dominũ & patrem suum illum vocantes. Quos etiam alloquens Imperator, Assumite,ait, dominum vestrum, & omni reuerentia,dilectione ac bonitate ipsum complectimini. Testor eum

Prou 20.

qui

qui nouit omnia, nõ me hominem noſſe mortalẽ, cui honeſtius ac tutius eius loci cura credi potuiſſet. Me quoq; viuo & in Imperio Romanorum poſito, qui hũc tetigerit, tanget pupillam oculi mei. His modis, hoc ordine, ad pontificatus gradus ſcandere coactus, ægre quidem, & cum multa hæſitatione conſenſit, propter de inueſtitura contentionem inter regnum & ſacerdotium, & propter electos *E*cclefiarum, quas euacuare, ac ſibi vendicare, vi magis quam iuſtè laborabat imperialis auctoritas. Cogitabat etiam non abſq; diuinitatis nutu, tertia iam vice *E*piſcopatum ſibi offerri, quem ſi tertio repudiaſſet, timuit ne ſententiam incurreret illam, qua dicitur noluit benedictionem & elongabitur ab eo.

Itaque in his anguſtijs poſitus, quod ſolum ſalutare putabat ad ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis Catholicæ matris auxilium confugere delegit. In ipſo igitur articulo adhuc in curia poſitus, vouit Domino votum vouit Domino, nunquam ſe in Epiſcopatu manſurum, niſi & conſecrationem pariter, & inueſtituram canonicè conſenſu & petitione *E*cclefiæ ſuæ à manu Domini Apoſtolici ſuſcipere, mereretur. Diem autem Natalis Domini Moguntiæ cũ Imperatore celebrauit, dehinc retentis ex parte atque ex parte dimiſſis legatis, qui pro ſe venerant, in curia manſit diebus pene XL. decore magno & honeſtate, Imperatore ipſo & omni aula plurrimum deferente.

QVOMODO IN EPISCOPAtum deductus ſit.

IV. POST hæc Princeps AVGVSTENSI & VVIRZBVRGENSI mandat *E*piſcopis, alijſq; de curia ſua honoratis viris, qui honeſtiſſima ſocietate, atq; ingenti comitatu ad ſedem ſuam in vigilia purificationis beatæ ſemper virginis MARIÆ BABENBERG

BERG eum deducebant, omni Clero & populo in magno desiderio & expectatione positis. Itaq; propinquante illo ad locum, vbi primitus conspicere potuit monasterium cathedrale, ab equo descendit, calceam ēta soluit, humilitatem cordis, habitu corporis ostendit frigora, niues, & glaciem Februarij, nudis pedibus, vsque in ædem beati GEORGII calcauit, occurrentibus ei longo examine Clericis & monachis, nobilibusque laicis in multitudine copiosa cum vniuersa plebe BABENBERGENSIS Ecclesiæ, in pompa & processione glorioſa, in ornamentis & reliquijs sanctorum in hymnis & confessionibus, persona ac tempore oportunis, tantaque fuit exultatio & decus susceptionis, vt verbis explicari non queat. Salutatione autem completa, penetrabile gelu pedes *Episcopi* ita adusserat, vt vitæ sedem cor, & vitalia frigus ex toto pene possederit; *Episcopus* autem rerum gnarus, alijs aquam calidam ad lauādos pedes offerentibus; ille frigidam popoſcit, & imponens pedes, frigore frigus pulsauit. Memor ergo * non sui, post paucos dies susceptionis suæ, antequam de alijs rebus suis ordinaret, nuncios Romam mittit & literas in hunc modum. * al. vob.

QVOMODO LITERAS APOstolico miserit.

DOMINO & patri suo PASCHALI sanctæ & Apostolicæ sedis vniuersali *Episcopo*, OTTO BABENBERGENSIS *Ecclesiæ* id quod est, tam devotæ quam debitæ subiectiones, orationes & seruitium. V.

Quia totius Ecclesiasticę dignitatis ac religionis firmamentum in Christo petra est, & in Petro eius discipulo, *Matth. 16.*

Psalm 44. & eius succeſſoribus; ideirco ab hac linea, ab hac virga directionis, virga regnorum pontificatuum, & omnium poteſtatuum in Eccleſia, inſanum duxi aberrare. Vobis igitur pater ſanctiſſime, & ſanctæ matri noſtræ Romanæ Eccleſię collum deuotè ſubmittens, auxilium & conſilium de rebus meis flagito. In obſequio enim Domini mei Imperatoris per annos aliquot degens & gratiam in oculis eius inueniens, ſuſpectam habens, in manu principis inueſtituram; ſemel & iterum, cum dare vellet, renui Epiſcopatum. Nũc vero iam tertio in BABENBERGENSI Epiſcopatu me ordinauit, in quo tamẽ minimè permanebo, niſi veſtræ complaceat ſanctitati per vos me inueſtire & conſecrare. Quidquid ergo placeat diſcretioni veſtræ, de me per nuncios mihi ſignificate ſeruo veſtro; ne forte in vanum curram, ſi ad vos currere incipiam. Omnipotens mihi propitium incolumitatem veſtram cuſtodiat.

Gal. 2.

Dominus autem Apoſtolicus viſis literis gauiſus, eo quod pauci Epiſcopi TEVTONICI regni, in ea malignitate temporum, matri ſuæ vt iuſtum eſſet, deferrent, ac ei tales literas deſtinauit.

RESPONSALES DOMINI Papæ ad Ottonem.

VI.

Pro. 10. PASCHALIS ſeruus ſeruorum Dei OTTONI dilecto fratri Babenbergenſis Eccleſiæ electo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Filius ſapiens lætificat matrem ſuam. Operatua & conſilium tuum, virum præferunt ſenſatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos iuuare congruum duximus. Nihil ergo de noſtra beneuolentia dubitãs tua nobis * quod totius valens præſentiam exhibeto. Certi enim ſumus quod diuina ſapientia etiam malis hominibus bene vti nouit.

leg. quãtotius.

Quomo-

QVO MODO SEDEM APOSTOLI-
cam post electionem adierit, & curam resignauerit.

VII.

IGITVR acceptis literis iuxta verbum Domini Apostolici, beatus OTTO ROMAM, in ascensione Domini veniens, transiuit, & * Mananiam ciuitatem Campanię dominum Apostolicum inuenit. Porro viri honorati, qui cum eo erant, data & accepta salute, dominum Apostolicum etiam ex parte salutant * calcee; subdentes petitionem & vota pro electo. OTTO vero nihil cunctatus ordinem & modum ascensionis aperit, fatetur omnia, baculum ponit & annulum ad pedes Apostolici, temeritatis vel errati veniam petit; insinuans tamen non voluntate sua, sed potestate factum aliena. Pro quo & seuerius in se canonicę districtionis sibimet imprecatur vltionem. Apostolicus vero, vir summæ prudentiæ, constantiam eius admiratus, leuare iubet insignia. Negat ille; indignum se & peccatorem protestatus. Cum Apostolicus, sancti spiritus, inquit, festum propinquat, tanti * arbitrij consilijs rem hanc commodare debemus. Deinde vbi de his satis vtrinq; dictum est, benedictione accepta, OTTO cum suis ad hospicium adgreditur. Ibi multa secum tota nocte, & sequenti die tractabat malitiam temporum, anxietates & pericula pastorum, inobedientiam & inquietudines subditorum; postremo quidquid in tali re, duri vel aduersi esse potest ante oculos ponebat, ac plena deliberatione omnibus depositis, priuatus & quietus apud se viuere decreuit. Itaq; * astitis socijs viæ, quid deliberasset aperuit. Moxq; valefaciēs domino Apostolico, & curię, per viam qua venerat, redire cœpit. Cumq; iter cucurrisset missis legatis, sub sāctę obedientiæ mādato Apostolicus redire iubet abeūtem, mittit dona donorum significantia, monet cor & corpus aptare * spiritus sancti. Quid faceret? Obediēta retrahitur, à comitibus repellitur, & cū tremore ac reuerentia iuxta man-

l. in Anagnia ciuitate.

l. Ecclesiæ intellige nomine Ecclesiæ Babenbergensis.

l. arbitrij.

f. accitis.

l. Spiritui sancto vel donis spiritus sancti.

datum domini Apostolici reuersus, in sancto die sacrosanctæ Pentecostes, petentibus nuncijs * talis suæ ab ipso domino Apostolico inuestitur, multoq; decore aclętitia totius curiæ, sancti spiritus inuocatione, inter missarum solennia in Episcopum consecratus est. Et reuertens de itinere literas exspectanti Ecclesiæ suæ præmisit.

LITERÆ OTTONIS CHORO & Capitaneis post reditum a sede Apostolica destinatæ.

VIII. OTTO Dei gratia Babenbergensis Episcopus, EBERHARDO Præposito, ADALBERTO Decano, cæterisque fratribus omne bonum.

Quantum ego noui & expertus sum caritatem vestram, scio vos iam diu exspectare euentum nostri laboris, vt de nostro successu siquidem bene, per misericordiam Dei gaudeatis. Ne ergo diutius suspensi aut dubij sitis de nobis, aut si iustum est sinceriſſime gaudeatis, literis istis vobis significare decreuimus, quàm misericorditer Deus more suo post immensos labores, & sudores plurimos, nobiscum operatus sit. In die Pentecostes sancto, qui ex aduentu sancti spiritus factus, & cunctis fidelib⁹ vniuerse solennis est, illo inquam die, Deo sic ordinante in ANANIA ciuitate CAMPANIÆ, quæ ROMANAM diuidit & APVLIAM, Episcopalis benedictionis munus, quamuis indignus, domino largiente suscepi; venerabili Papa domino PASCHALI manum imponente; cæteris vero Episcopis plurimis cooperantibus; Clero quoq; Romanæ Ecclesiæ, cuius magna pars ea die in eandem ciuitatem conuenerat, astante

astante & consentiente & quod nulli à Romano Pontifice consecrato nostris temporibus contigit, sine obligatione alicuius iuramenti consecratus sum. Huius loci, huius diei, huius gratuitæ misericordiæ Dei semper memores esse debemus, vt vos memores esse velitis cum gratiarum actione, obnixè precamur; præcipue cum aliæ quam plures venerandæ personæ de magnis rebus ad Apostolicam sedem agentes infecto negotio redierunt. Valete.

COMMENDATIO DOMINI Papæ pro Ottone.

APOSTOLICVS vero has commendacias literas Ecclesiæ scripsit, pro dilectione Ottonis Episcopi. IX.

PASCHALIS Episcopus, seruus seruorum Dei Clero & populo Babenbergensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Quantæ affectionis debitæ Babenbergensis Ecclesia ab ipso suo constitutionis primordio, sedi Apostolicæ constringatur, & si nos lateret, literarum vestrarum significatio manifestat. Quod affectionis debitum, venerabilis frater OTTO, vestræ Ecclesiæ electus, non instanter tenuisse ac tenere cognoscitur; cum per tot & tanta pericula ad Apostolicæ sedis visitationem percurrat. Nos igitur eum debitæ benignitatis affectione susceptmus, & iuxta vestræ dilectionis desiderium, nostris tamquam Beati PETRI manibus, saluo Metropolitani iure vobis per Dei gratiam Præsulem ordinauimus. Hunc igitur sub præsentium literarum prosecutione ad Ecclesię vestræ regimen remittentes, plena hortamur affectione diligi, plena humilitate ve-

nerari. Confidimus enim eum disciplinę Ecclesiasticę futurum esse custodem, & salutis vestræ sollicitum prouisorem. Huic ergo sedulis officijs obedite, & gratiam vobis in eo conciliate cœlestem. Integritatem Catholicæ fidei firmam semper in omnibus conseruate, sedi Apostolicæ semper deuotius adhærete, vt per eius consortium à contagijs omnibus liberi, ad æternæ salutis portum fœliciter peruenire, domino largiente, mereamur.

Cunctis ergo diebus, quocunque statu Ecclesiæ, Apostolicæ sedi costanter ac fideliter adhæsit OTTO Episcopus, adeo vt in illa dolenda excomunicatione Imperatoris Hainrici iunioris, toto tempore schismatis, cum sacerdocio perstiterit canonicis, nō sine ingenuo quidem imperio pro conseruatione rerum * temporalibus fauentibus. Tali igitur ordine & honore in Episcopū consecratus multis virtutib⁹ enituit; sed vna in eo tanta claritate resplenduit, vt in morē solis, cætera sidera prænitentis, sua luce alias quodammodo minus redderet fulgentes. Dico autē beneficētiam, vel liberalitatē quæ in eo speciali quadā prerogatiua sic enituit, vt sine ambitione glorię inanis, gratiā consequeretur apud Deum & homines. Tanta enim in dando vius est discretione vt numquam prodigus, semper autem liberalis inueniret. Immanes autē iacturas & sumptus infinitos paruipendebat, si aut * suæ, aut etiam augendæ ratio postularet. Equidem homo grauis, omnia facta sua certo iudicio ponderabat. Vnde si aliquando res maior & vtilior magna largitione acquirebatur, nequaquā manum cōtraxit. Causa igitur largitionis semper ei fuit aut vtilitas, aut necessitas, honestas, aut diuinæ remunerationis intuitus. Hinc autem super omnia intentus, omnium indigentium, vel qualibet calamitate oppressorum comune fuit cōsiliū. His tamen beneficentiæ modis plus afficiebatur, quorum memoriam posteris relinqueret.

leg. temporalium

f Vræ aut etiā Vtaugia ratio Hæc enim duo monasteria ædificauit.

DE

DE VSV PALLII DVplicato.

POST Dei autem honorem, quem in cunctis factis suis glorificare iocundum habebat, etiam *Ecclesiæ* cui præerat, gratiam & decorem cumulare satagebat. Vnde factum est, quod in ipso introitu suo, cum eatenus quandam specialis honorificentiæ prærogatiuam Babenbergensis Ecclesia, vsum scilicet CRVCIS & PALLII, quater in anno haberet; ille quando ex more, p accipienda Episcopali benedictione, Romanæ matri venerandum caput offerebat, non quidem ex ambitione, quod illa vehementer execrari solet, sed ex gratuita ipsius matris benignitate, quæ dignos filios honorare gaudet, eodem honore duplicato vsum PALLII & CRVCIS quatuor alijs vicib⁹, eo quod idoneus & honore dignissimus videretur, ad omnes successores suos transmittendū, à Beatæ memoriæ Papa PASCHALI percepit, in sacro die Pentecostes, ab ipso in Episcopum, sancti spiritus cooperāte virtute consecratus. Ex eo igitur tempore operante in se gratia eiusdem spiritus sancti tam in sæcularibus quam in spiritualibus causis & negocijs, consilio viguit & prudētia, ita vt dignitatem sibi augeret & gratiā apud omnes quidē, sed apud illos specialius, quibus non magis præesse quam prodesse incipiebat. Itaq; multa cura ei fuit, viam & instituta nosse maiorum: & quidquid honoris vel emolumenti alicui ordini vel professioni vel etiam dignitati, debite vel gratuito exhibere potuit, nunquam sponte prætermisit. Ac omnium synodalium, & legum prouincialiū, vel synodaliū processus vel excessus sum̄e cognitos habebat, atq; ad dep̄mendum q, sentiebat, graui & grata & ornata dicēdi facultate comptus est. Vnde licet non Philosophicè, nec tā profundæ X.

fundæ in literatura esset eruditionis, tamen in populari sermone, ad erudiendos in diuinis & Ecclesiasticis rebus homines, nihil eius eloquentia præstabilius, quam admiratione audientium, & ædificatione compunctorum, & peccata sua deplangentium sæpe constat probatam. Huic enim ab omnibus sui temporis Pontificibus in docendo populum naturali sermone principatus minimè negabatur; quia disertus & naturali pollens eloquio, vsu & frequentia in dicendo facilis erat, quid loco, quid tempori, quid personis competeret obseruans. Sed quia pluris est benefacere quàm benedicere, licet vtrobiq; valuerit, & vtrumq; rectoribus Ecclesiarum conueniat, tamen plerumq; contingit in altero aliquem esse propensiorem. Vnde ad benefaciendum maluit esse procliuior, & in eam partem bonitatis, quæ de fonte rei familiaris emanat in proximos, quia copia sinebat, studium inflexit, multaq; in præsentes erogans, etiam posterorum, & absentium, vel nondum natorum oblitus non est. Hinc est quod illis rebus, quæ posteris etiam manere possent, maiores sumptus impendit, vt sunt, muri, põtes, aquarum ductus, & quidquid ad multorum in longum posset durare commoditatem. Amen.

DE MONASTERIIS AB IPSO *fundatis.*

II. ap. Snr. Vrangia.

ET primitiæ quidem operum eius duorum fuit structura cœnobiorum in Episcopio Herbipolensi, quorum primum Vrangia dicitur, sub patrocinio beati Lavrentii. Alterum Vra in honore beati Petri Apostoli, his autem honesta & eleganti fabrica compositis sicut omnibus cœnobijs faciebat suis, prædia emere, siluas, & agros & prata com-

ta comparare, vel alijs iustis modis acquirere satagebat. Ipsa vero nominare, & enumerare vniuersa, ne longus aut fastidiosus fiam, omitto.

Deinde * Nilbabergensi Episcopio tertia & quarta ædificatio duorum cœnobiorum fuit, quorum vnum * MICHILVELT dictum, in honore sancti IOANNIS Euangelistæ. Alterum LANCHEIN, in honore beatissimæ virginis Mariæ de ordine CISTERTIENSI. Nam ista tria fecit de ordine CLVNIACENSI. Et MICHILVELT & VRANGIA in patrimoniali fundo Ecclesiæ; LANCHEIN vero & VRAH in aduentitio locata sunt. Porro in Episcopatu RATISPONENSI sex monasteria construxit; quinq; de ordine CLVNIACENSI, quorum vnum ENSTORFF dictum in honore sancti Iacobi Apostoli.

leg. in Babergensi. § ap. Sur. Michelenvalt.

Lanheim.

Secundum est **Priffling**, sub patrocinio beati GEORGII martyris: Vtraque autem in aduentitio fundo locata sunt. Sed ENSTORFF ab OTTONE Palatino Comite acceptum, magnificæ liberalitatis munificentia ditatum, ædificijs, ac prædiorum largitionibus decorauit ac prouexit. **Priffling** vero quomodo diuinæ reuelationis, & Angelicæ visionis occasione à fundo cœperit, ad notitiam posterorum scripto trãsmittere nõ inutile credimus.

al Prunening.

HEINRICVS proinde quintus HEINRICI quarti Imperatoris filius, æstiuo quodam tempore curiam Episcoporum ac Principum totius THEVTONICI regni frequentia celebrem RATISPONÆ celebrabat, cui venerandum OTTONEM, vtpote magnum consilio, & omnium primatum aspectibus gratiosum, quippe qui gratia & affabilitate, & vitæ etiam merito omnium sibi conciliabat fauorem, regia non patiebatur deesse vocatio. Sed pius OTTO, qui cum Psalmista dicere nouerat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo & requiescam, si

Psalm 54.

si quando locus dabatur & oportunitas, ne tumultu ac strepitu curialium, meditationis eius impediretur propositum, à curia se absentabat; vt solus soli DEO, quo liberius eo licentius vacaret.

Erat itaque in occidentali ciuitatis parte in vicinia villæ **Prüffling** dictæ à qua & monasterium pro * condignitate nomen contraxit; ager pascuus, arborum vmbra, & graminis viriditate admodum delectabilis, in quo venerandus præsul pro loci amœnitate, cum tentorium subrigi sibi fecisset, meridiano tempore fessa quieti membra dederat. Cum ecce in morem scalæ illius, in qua IACOB patriarcha angelos vidit descendentes, & ascendentes, à capite dormientis ad cœlum vsq; porrigi beato Pontifici visa est; & angeli in ea alternis vicibus descendentes & ascendentes.

Gen. 28.

Ille ergo excitatus, Capellanos reliquosque commilitones, suscitatos aduocat, & seriem visionis auide auscultantibus exponit.

Omnes itaque visionem à Deo esse considerantes, non somnum vanum; diuinæ reuelationis glorificant dignationem: & Episcopum, vt inibi obsequium DEO prouideat per visionem huiusmodi admonitum dicunt. O fœlicem præsulem, omni laude & honore dignissimum, cuius quia in cœlis esset conuersatio, diuina reuelatio, & cœlestium ciuium visio declarauit.

Philip. 3.

Ipse proinde agri possessore requisito, agrum comparauit, & altare in eo vbi sponda steterat, & desuper Ecclesiam exstruxit, donec agrum conterminabilibus comparauit spacioſum locum monasterio, & cellæ constituendæ conquisiuit. Talis itaque ei fuit occasio cœnobij BRYVINGÆNSIS à fundo exstruendi.

Tertium est cœnobium MVNSTER, quod cum adiacen-

adiacente Parochia, eiusdem nominis, auri & argenti precio ab HEINRICO duce BAVARIÆ & à DYPOLDO Marchione comparauit; & regali priuilegio LOTHARII in proprietatem VVABERGENSIS Ecclesiæ collatum suscepit. Quartum * VVIBVRCH. Quintum MALENSTORF. Sed VVIBVRCH sub patrocinio est beatę Dei genitricis; Illud autem in honore sancti IOANNIS Euangelistæ; vtrumque autem fundi aduentitij. Sextum est VVINDEBERG de ordine NORTPERTINORVM, in honore beatæ semper virginis Mariæ; & ipsum de fundo aduentitio. In Episcopatu HABERSTADENSI, vndecimum ei est, congregatio REGINSTORF de ordine CLVNIACENSI, sub patrocinio Ioannis Baptistæ Abbaciam, VVIRTZENBVRCH, quæ nunc mutato loco & nomine REGINSTORF appellatur, cum omnibus pertinentijs ab HEINRICO Imperatore acceptis, priuilegijs VVABERGENSI adiecit Ecclesiæ. Bona quoq; eiusdem cœnobij duplicauit. Nam cum prius non nisi sexaginta habuerit mansos, eundem numerum totidem additis ipse ampliare curauit.

ap. Sur. Diepoldo.

Clotarii in proprietatem Babenbergensis.

ap. Sur. Biburg.

VVindelberg.

Sur. Halberstat.

S. Vicebach.

In Episcopatu AISTETENSI duodecimum illi est, congregatio de ordine CISTERCIENSI HALSBRVNN dicta, sub patrocinio beatę Dei genitricis. Ipse autem finibus à venerabili OTTONE multa pecunia comparatis magnis sumptibus in Abbaciã promotus est.

In Episcopatu PATAVIENSI decimum tertium cõgregatio ALDERBACH dicta. Et decimum quartum CLVNIACENSE sub patrocinio beati Andreę Apostoli iuxta fluuium ANISEN. Hanc à LYOPOLDO Marchione datam suscepit, & cuius promotione viginti mansos & quinquaginta marcas expendit.

ap. Sur. Alrispach.

Et in Patriarchatu AQVILEIGENSI quintum decimum cœnobium, in castro ARNOLDENSTEIN, destructa munitione construxit. Quadraginta vero & quinque annis hoc castrum cum nonaginta quinque mansis ad se pertinentibus Ecclesiæ BABERGENSI abalienatum fuit. Sed ipse multo labore & impensa recuperauit, & additis ei sexaginta mansis abbaciam esse fecit. Has quindecim congregationes opera illius & benignitas fœcũda semper propagauit. Quinque enim cellulas quasi totidem grana seminis seminare curauit, sciens, quod neq; qui rigat, nec qui
2. Cor. 3. plantat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Ex eisdem autem granis quidam iam surculi pullulant; poteruntq;, Deo præstante incrementum, in arbores consurgere. Sunt autem hæ vna quæ dicitur **Aspach** in honore sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ, ipsum autem fundum & prædium eius Babergensis Ecclesia multo tempore perdiderat; sed ipse illud solerti cura requisitum, cellam fecit monachorum, eaq; in Abbaciam conualuit; prædiorum donatione copiosa ab ipso primum, deinde ab aliis fidelibus ditata. Secunda est in loco BABERGENSI in domate sancti Michaelis sita, sub patrocinio sanctæ FIDIS, virginis & Martyris. Primo hanc sanctimonialium esse voluit; sed altiori consilio septem monachis eam instituit, & cum omnibus pertinentijs suis sancto MICHAELI consignauit. Tertia est ROTHA, sub patrocinio sancti GEORGII
ap. Sur- martyris in Episcopio HERBIPOLENSI. Quarta est VER-
VVessera. ZERA in eodem Episcopio, in honore sanctæ Dei genitricis MARIÆ de ordine NORPERTINORVM. Sed alterius fœcunditas, alteri fecit sterilitatem: **Rotha** enim in sua permanens sterilitate, proficienti **Verzerã** tamquam meliori ad seruiendum subdita est. Hoc tamen sciendum quod Episcopus **Rotham** ab AGNETE Palatina & eius so-

soro

rore **Adelheyde**, cum sexaginta mansis *Ecclesiæ* Babergensi donatum suscepit; circumiacentia vero Ecclesiæ cellæ emit bona ducentis septuaginta quinq; marcis, cum ministerialibus, scilicet agris, siluis, & pratis, pascuis, ac molendinis, & cum vtilitate ac iure, quo CHVNO dux idem prædium noscitur habuisse. VEZZERA autem GOTEBOLDVS Comes ædificare inchoauerat, quam Episcopus ab eo sibi datam suscipiens suis eam promouit impensis. Quinta ei cella fuit in Episcopio Herbipolensi, **Richardelßhausen**/ in pago **Tullenelt**. Atq; si quod verum est, fateriliceat, sextam illi **Tückelnhausen** in eodem *Episcopio* annumerare debemus. huius enim structores, dum eius promotioni minus sufficerent, scientes Episcopum talium rerum studiosissimum, vt eius opitulatione locus promoueretur, ipsius hunc titulo ascripserunt, atq; vt eum Babergensi *Ecclesiæ* omni iure firmarent coram idoneis testibus promiserunt. Hac igitur conditione multa eidem loco impendit. Hæc de cellis & monasterijs eius dicta sufficiant.

Tuckelhausen postea Cartusiense monasterium.

QVID RESPONDERIT QVÆrentibus ab eo causas, tot ab eo monasteriorum constructorum.

XII.

INQVISITVS autem familiariter à suis, quare tot & tanta in sumptus Ecclesiarum Christi tam diligenter expenderet. Parabolam illam Euangelicam de Samaritano & homine à latronibus cæso, & stabulo & stabulario ad reddendam rationem caussæ suæ humiliter inferebat, Mundus, inquiens, iste totus exilium est, & quamdiu viuimus in hoc mundo, peregrinamur á domino; vnde stabulis egemus

Luc. 10.

2 Cor. 5.

atq; diuersorijs. Stabula vero & diuersoria, cellas dicebat & monasteria; & ea non indigenis, sed peregrinis seculi esse oportuna. Quid multa, inquit, vel nimia esse, vel fieri queruntur diuersoria, non semper in peregrinatione positos se putant, sed in patria. Quod si à latrunculis occupati fuerint, si spoliati, cæsi, atq; plagati fuerint, & ita semiuiui relicti, certe vel inuiti experientur, quam melius est, iuxta esse stabulum quàm procul. Cum enim repentinus superuenit infortunium, & dolor sicut in vtero habentis; ita vt euadere nó possint, quomodo illuc leuari poterunt, si procul est? Et si tales multi in locis multis, nonne melius est stabula multa esse quam pauca? Si enim pauca fuerint, quomodo multis peregrinis, multis sufficiēt ægrotis? Præterea inquit, nouissima hora est, & mundus in maligno positus est; sed propter eos, qui ab illo fugere ac saluari cupiunt, quia homines multiplicati sunt super terram, & cœnobia multiplicari absurdum non est. Ab initio sæculi cum pauci essent homines, necessaria erat propagatio hominum, & ideo non continebant; tempus est; continere debent homines, quicunq; possunt, atq; vacare Deo. Continentia vero & alia sanctitatis opera in cœnobijs melius quàm extra obseruari potest. Hæc mihi causa, inquit, fuit, hæc intentio multiplicandi cœnobia. Et vt aliquid secundum hominem loquar, dum proficiunt ac succrescunt cœnobia studijs & oblationibus fidelium, sicut in plerisq; locis videmus, quia tribuente Deo, promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ; ipsorumq; prouidente solertia, non est ruina maceriæ, neq; transitus inutilis in satis eorum & pratis; possunt nonnunquam honori atq; vtilitati esse suis Episcopis. si vero tenues sunt & pauperes, habent successores mei, apud quos oportunè

collocent

1 Ioan. 5.

Psalm. 143.

collocent eleemosynas suas, & occasionem inueniunt benefaciendi honestam, si meos surculos irrigando suas arbores faciunt, sicut & ego aliorum meas feci aliquas. Et facilius quidem inchoata promouere, quam ea, quæ nulla sunt, inchoare. Initia enim rerum difficilia sunt. Vnde si qui ad inchoandum talia tardi fuerint & timidi, vel meis inicijs, meisq; fundamentis in nomine domini superædificare accingantur. Tales suorum operum ille rationes reddere dedignatus non est; hoc fine concludens omnia, vt in omnibus honorificetur Deus, & proximus adiuuetur. Nec eum vtiq; spes fefellit, multa enim bona ex eius studijs in Ecclesia prouenêre, atq; proueniunt quotidie. Quid enim putamus in tot cellis & cœnobijs Deo seruitij & honoris, quid proximo solatij exhibetur & vtilitatis? Signa illic & portenta per eum & per eius opera fiunt quotidie; & si non corporaliter, profecto quod melius est, fiunt spiritualiter. Ibi enim cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. His enim malis & incommodis circumuenti homines peccatores de sæculo ad meliorem vitam secundum animam in cœnobijs conualescunt. Ibi lectiones sacræ, Psalmodia & orationes, missæ, atq; diuinarum rerum contemplationes & cordis eleemosynarum largitiones & hospitalitates. Quis negat ex magna parte meritis eius hæc omnia posse asscribi? cuius labore & impensa ipsa cœnobia contigit fundari. Considerans autem quod ipsorum cœnobiorum suorum structura robustius consisteret, si eam Apostolicæ auctoritatis petra solidaret, nec facile conuelli posse, si vallata esset munimine Petri, sub eius defensione omnia constituens, à sede Apostolica huiusmodi scripta suscepit. *Matth. 11.*

PRIVILEGIVM CALIXTI.

XIII. KALIxtus Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri OTTONI BABERGENSI *Episcopo* salutem & Apostolicam benedictionem.

Bonis fratrum nostrorum studijs, non solum fauere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare. Tuis ergo charissime & venerabilis frater OTTO Babergensis *Episcope* supplicationibus inclinati, monasteria, quę ipsi proprijs sumptibus extruxisti, & Babergensi Ecclesiæ conferēs Apostolicæ sedis roborari mnimine quæsiuisti, in beati Petri eiusq; Romanæ Ecclesiæ protectione suscipimus, contra prauorum hominum nequiciam, defensanda. Statuimus ergo, vt possessiones, prædia & bonaomnia, quæ & fraternitas tua eisdem monasterijs diuini amoris intuitu contulit, quæque aliorum fidelium iusta oblatione concessa sunt, aut in futurum iustè, legaliterue acquiri vel offerri contigerit, firma eis & illibata domino auctore permaneant. Ordinationes sane Abbatum vel monachorum suorum à Catholicis Episcopis diœcesanis accipiant. Rerum vero ipsorum monasteriorum curam & administrationem in tuo tuorumq; successorum arbitrio & potestate manere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs fatigationibus vexare; sed omnia integra conseruentur eorum, per quorum sustentationem & gubernationem concessa sunt vsibus commodis profutura. Si qua igitur *Ecclesiastica*, sæculariue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit,

nerit, secundo, tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat.

Cunctis autem eisdem monasterijs iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem, præmia æternæ pacis inueniant.

Scripta per manum GERVASII SCRINIARII regionarij & notarij sacri palatij.

Sed sicut in rebus temporalibus perpetuam securitatem, & immunitatẽ, suis cœnobijs, per Apostolicam auctoritatem prouidere studuit, ita in religione & disciplina spirituali stabilitatem atq; immutabilitatem monastici Ordinis eiusdem sacræ sedis auctoritate corroborauit, sicut in priuilegio quod à domino INNOCENTIO Papa accepit, perspicuè considerari potest.

ITEM PRIVILEGIVM *Innocentii Papæ.*

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum DEI, Venerabili fratri OTTONI BABERGENSI *Episcopo*, eiusq; successoribus canonice substituendis salutem & Apostolicam benedictionem. XIIII.

Quotiens à nobis petitur illud, quod religioni & honestati conuenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, & congruum impartiri suffragium, vt fidelis deuotio celerem sortiatur effectum. Proinde venerabilis frater OTTO *Episcope*, petitionis desiderijs tuæ ex cõsue-

ta sedis Apostolicæ mansuetudine clementer annuimus; in primis siquidem statuentes, vt tenor religionis, qui in Ecclesijs tibi commissus est, per tuam diligẽtiam, cooperante domino, institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conseruetur. Constituimus ẽtiam, vt in eisdem Ecclesijs nullus per simoniacam hæresim statuatur, sed honestæ personæ, quibus vtiq; morum & status dignitas suffragatur, inibi ordinẽtur. Sanè in cœnobijs, quæ vel antiquitus in tua parochia constructa sunt, vel tu ipse deuotionis intuitu constituisti, seu alijs iustis modis Ecclesiæ tuæ inire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam diœcesim diuina inspirãte gratia, cõstruentur, sacrę religionis ordinem manere decernimus. Nec alicui liceat eiusdem institutionis formam vllatenus permutare; nisi fortè ad melioris status prærogatiuam, præstante domino, promouere voluerit; nec id alicui° singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babergensem Ecclesiam pertinentium, aut sanioris partis consilio ac consensu fieri debere sancimus. Si quis autẽ huic nostrę constitutioni temere contraire temptauerit, secundo, tertioue commonitus, si nõ factum suum digna satisfactione correxerit, à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Dn. redemptoris Iesu Christi alienus fiat, atq; in extremo examine districtæ subiaceat vltioni. Conseruantes eisdem locis, quæ iusta sunt; omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostram gratiam consequantur.

His ita se habentibus manifeste vides beatum OTTONEM satis, quantum in se fuit prouidisse, vt in omnibus cœnobijs suis ordo ac tenor religionis sacrę, qui per eius diligentiam, cooperante domino institutus est, firmiter perpetuis temporibus conseruetur. Aperte enim sancitum est ab auctoritate Romana, vt in eisdem eius cœnobijs

nobijs sanctę institutionis forma nullatenus alicui mortalium liceat permutare; nisi fortè ad melioris status prærogatiuam præstante domino, voluerit promouere.

QVO MODO MONASTERIum Cathedralis Ecclesiæ ad vsum restaurauerit & ornauerit.

IN diebus ipsius semper honorãdæ memoriæ OTTONIS, Cathedralis Ecclesiæ monasterium, quod sub antecessore suo domino permittente, vsque ad solos muros superstites conflagratum erat incendio, multis sumptibus ab eo ad pristini decoris nobilitatem reparatum est. Ipse pauimẽtum strauit, columnas *Ecclesiæ*, quas ignis afflauerat opere gipseo & firmauit & ornauit, Chorum sancti GEORGII exaltauit, picturas quoq; non ignobiliores prioribus effecit; & ne vltra similes formidare debeat euentus, totũ monasterium & turres cupreis tabulis contexit, sphæras quoque & CRVCES turrium deaurauit, omnia deniq; ædificia claustri per officinas singulas renouare, & in meliorem statum promouere curauit. Quantum vero eidem *Ecclesiæ* bonorum & prædiorum, præter ea quæ à fundatoris liberalitate ipse pridem habuerat, benignitate ipse superaddiderit, in redditibus & oblationibus quotidianis canonicæ præbendæ considerari potest. Ecclesiam quoque sancti MICHAELIS cum terræ motu soluta, ruinam sui minari videretur, à fundamento destruxit, & ingenti sumptu ac pecunia maioris & elegantis fabrefactæ monasterium in laudem & gloriam DEI & militiæ cœlestis XV.

erexit. Stipendia quoq; fratrum talentis pluſquam nonaginta redituũ per ſingulos annos cumulauit. Multa quoq; ornamenta eidem loco contulit, ipſumq; vſq; ad nouiſſimam tubam & vocem filij Dei locum habitationis ſuo venerando corpori elegit. Multa hic ſtudio breuitatis prætereo, quæ huic & alijs cœnobijs & Eccleſijs ſuis ab ipſo collata ſunt, in pallijs, ſtolis & caſulis, in calicibus aureis & argenteis, in thuribulis & acerris, in candelabris & varijs Eccleſiarum vtenſilibus, in cortinis, aulæis, & tapetibus, in libris vtriuſq; teſtamenti, & varijs codicibus, quorum omnium tam ingens copia eſt, vt numerus æſtimationem videatur excedere; mirumq; ab vno Epiſcopo tot locis tanta potuiſſe conferri. Sed hæc omnia de fonte rei familiaris hauriens, Deo ſubminiſtrante abundantiã, ipſum nõ exhauſit; quia, ſicut fateri conſueuit, quanto magis in opera Dei erogabat, tanto magis quod erogabat habebat. Nã licet totus in Deo fuerit, & omnia ſua in cœleſtes theſauros præmittere feſtinaret, ipſe tamen vtpote prudens & potens Deo, quæ Dei erant reddidit, & mundo quod ſuum erat non negauit. Regibus quippe ſæculi regni, pontifices honorificando, fideliter domi foriſq; ſeruiuit: principum quoq; ſibi familiaritates & amicitias intimas conciliauit: miniſterialibus & ſcodatis Eccleſiæ propria iura & honorem intemeratum conſeruauit, familiam deniq;, & omnia ſibi adhærentia firmiſſimo pietatis præſidio, & maternæ affectionis ala confouendo protexit; ſtipendia Epiſcopalis menſæ nullius vnquam neceſſitatis occaſione minorauit; ſed quod de parſimoniali fundo Eccleſiæ matricis propter adiacentiam & oportunitatem cœnobijs contulit, empticijs & aduentitijs prædijs recompenſare cum augmento ei curauit; quia de iniuſto non poſſe fieri dicebat eleemoſynam. Iniuſtum autem, imo iniuriam maximam eſſe

esse affirmabat, aliqua largitione aut feudatione, sine recompensatione, tabulam minuere successorum. Ad hanc ergo excludendam suspicionem, & ne cuiquam succedentium sibi *E*piscoporum fas sit dispositioni eius quidquam superordinare, vel ab ipso bene ordinata rescindere, sedes apostolica, eius postulatione, super his omnibus huiusmodi ei confirmationis priuilegium postulauit.

PRIVILEGIVM CALIXTI Papæ.

CALIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babergensi *E*piscopo salutem & Apostolicam benedictionem. XVI

Sanctorum *P*atrum præceptis & Canonicis sanctionibus demonstratur, quod prædia & possessiones *E*cclesiarum, quæ vota fidelium, precia peccatorum & pauperum patrimonia non immerito nuncupantur, vendi vel alienari non debeant. Quæ enim diuinæ maiestatis obsequio, & cœlestium secretorum usui sũt dicata, non decet in alienum ius redigi, vel in alterius seruitij formam transmutari. Nempe vt beati SYMMACHI *P*apæ verbis loquamur: Possessiones quas vnusquisque *E*cclesiæ propriè dedit, aut reliquit, arbitrio alienati quibuslibet titulis aut distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur. Ea propter nos tuis iustis postulationibus annuentes, mansos qui Episcopalis mensæ tuæ seruitio dediti sunt in eodem statu, in quo benè à te dispositi cognoscuntur futuris temporibus permanere præsentis scripti nostri confirmatione sancimus; statuentes, vt nulli successorum tuorum, vel alicui hominum liceat eos vendere, siue in laicorum beneficium tradere, vel in vsus ali-

os commutare. Sed sicut à te dispositum est, de vnoquoq; prædictorum mansorum denarius vnus annuis singulis BABERGENSI pro anima Imperatoris HEINRICI fundatoris eius ad concinnanda luminaria conferatur. Abbacias vero & REGVLARES CANONICAS, per industriam tuam in religionis ordine stabilitas, & alia à te recta constituta, nulli hominum facultas sit in posterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario ausu præsumpserit, excommunicationis vinculo subiacebit. Data Laterani. Idibus Aprilis, Indictione secunda.

QVANTVM EPISCOPIO contulerit in ædificiis &c.

XVII. REM quoque familiarem Episcopii, sicut prædijs & possessionibus, ita etiam ædificijs & castrorum munitionibus adiuuit atque sublimauit. Nam per diuersa loca & curtes Episcopij, quatuordecim basilicas & quatuor cænacula elegantis fabricæ construxit. Præterea sex Castella, quæ pridem non habuit, dominio Episcopatus adiecit, * commi videlicet **Albuinestein**. Secundum **Lupoldenstein**. Tertium **Gönlenreüt**. Quartum **Hemphenveld**. Quintum **Ebersperlach**. Sextum **Eßkenveld**. Castrum vero **Albuinenstein** / quod etiam dicitur **Bottenstein** / fere in meditullio situm Episcopatus, octingentis argenti libris, nec non XVII. auri talentis comparauit. Prouidens in hoc sibi & posteris non modicum pacis subsidium; quia bonis Ecclesiæ in circuitu positis defensio est, & terror inimicis. Multa quidem commemorare possem, quæ illius studio ac labore in rebus temporalibus Episcopatui accessere; sed

logo castrum

sed parcius hæc laudanda puto; quia pænè omne genus hominum acquirendi studiosum est, & sua cumulandi, neque vt id faciant, egent exemplo; sed ne male id faciant. Hic ergo non in eo quidem magno opere laudandus, quod rem familiarem quærere aut augere solicitus fuit; sed hoc in eo non temere laudatur, quod his rebus à quibus abesset turpitudo & auariciæ suspicio .... diligentia videlicet & frugalis parsimonia.

Hic videtur a. liquid deesse.

DE FRVGALITATE Ottonis Episcopi.

XVIII.

NON in veste, non in cibis, rebus Episcopij vnquam indulgentius vti voluit; nec voluptati, sed necessitati suæ tantum prouidebat. Quin etiam, aiunt, illum humilitatis causa ocreas vel * suptlares dissolutos, plerumq; ad sartorem misisse. Murmurantibus autem de hoc aliquibus, Sinite, inquit, fratres sinite. res Episcopij, eleemosynæ sunt fidelium; vanis vsibus eas profligare non debemus. Nec in vestitu ei frugalitas defuit. Ac in victu quomodo se restrinxerit, vix vlli credibile videbitur. Nam dixisse hunc pro certo accepimus, nunquam se ad satietatem panem in Episcopatu comedisse. Semper enim sobrius ac pæne ieiunus de cæna vel prandio surrexit; apposita omnia infirmis, pauperibus ac mendicis imperciens. Quodam ieiunij tempore multa penuria piscium fuit, sed quidam procurator eius * luceum paruæ quantitatis emptum duobus solidis, prandenti attulit bene paratum, modeste obsecrans, vt se vberius reficeret vel cibo, qui tam ma-

f. subtalares

λύκον *lupum seu callionymũ Athenæo intelligit Höchst.*

magno precio constabat. Cui *E*piscopus, Quanto? inquit. Procurator, duobus, ait, solidis. *Et E*piscopus, absit vt miser OTTO solus hodie tot denarios absumat, leuansque * Astum, Defer, ait, hunc precioſum cibum Christo meo qui mihi me ipso precioſior esse debet; Defer, inquam, ei, ſicubi ægrotus in lecto iaceat, vel paralyticus. Nam ego robustus hoc me pane reficiam. Sic ille in opulentia ſua delitijs affluebat. Præterea in consuetudine habuit, à manibus ſacerdotum, in conclaui, corporales accipere disciplinas, ſane adeò acres, vt cruor aliquando latera eius vngeret. Ipſe quoque pater cœleſtis, qui ait: *E*go quos amo arguo & caſtigo, ſuo interdum verbere, ad eruditionem eum tangebat.

ap. Sur. discum.

Apoc. 3.

DE AEGROTATIONE EPISCOPI.

XIX. REFERam vnum de flagellis eius, cauſamque ſiue ordinem monſtrabo, quidnè inde boni prouenerit. Dum forte in vico, qui dicitur **Buchelbach** diuinarum rerum ſtudioſus CHARTVLAM PATROCINIORVM legiſſet, & in ara Eccleſiolæ multas & permaximas ſanctorum reliquias reconditas cognoſceret, ad nobiliora loca eas transferre cogitabat, vbi ampliori honore diuinæ ſeruitutis ac religionis colerentur. Itaque aſſumptis clericorum, ieiunio & oratione præmiſſa, pia, vt dictum eſt, intentione, ſigillum altaris ſolui præcepit, ſed hæſitantibus cunctis ac trepidantibus, ipſe ferramentum corripiens, Abſit, inquit, vt tantum decus ſub tam vili * ſtemmate remaneat. Cumq; bis aut ter ſigillum malleo percuteret, ſanguis de ſciſtula plumbi

ap. Sur. Buchelbech.

tegmine.

plumbi cucurrit, ac si de corpore animalis flueret. Sed quid? Turbatur Episcopus, ferramentum proijcit, stupent omnes, opus cœptum omittitur, ad orationem tàm ipse, quàm omnes qui aderant se prosternunt, commissi veniam postulantes. Sed pater omnipotens, sapiens & benignus, qui ad disciplinam filium erudire parabat, graui statim languore tetigit OTTONEM suum, adeo, vt vitæ terminum putaret. Igitur inualescente morbo cũ euadere nõ speraret, eum quem maximè fidũ ac familiarem habuit Abbatem sancti Michaëlis VVOLFRAMVM vocauit, vt siue ad vitã siue ad mortẽ res vergeret, fide & obsequio fidelis amici vteretur, qui dũ eius lectulo assisteret, eiusq; dolores quibus poterat consolationibus releuare curaret, OTTO beatus, monasticæ religionis præcipuus semper amator, habitum monachicum ardentissimè flagitabat; à multis annis se dicens in proposito habuisse depositis pontificalibus in paupertate spiritus & cõtritione cordis Deo seruire sub magistri obedientia. Verum Abbas vir gnarus ac prudens, & magni consilii, obedientiam quidem promittens, suscepit desiderium laudans, ac petitionem: porro de habitu distulit ingeniose. Hinc post aliquot dies, melioratur ægrotus, voti memor, habitum quærit religionis; disponit de rebus suis; ad monasterium se portari iubet. Abbas igitur lætus de feruore votiui sui, adhibitis sui nominis compluribus honestis viris, de hoc verbo cum eis communicat. At hi quidem perspectis omnibus, inutile factum dicunt personam talem Ecclesiæ & pauperibus Christi tam necessariam, ad silentium monasterij transire. Itaque cum reuerentia Episcopum interrogat; si promissam sibi obedientiam implere vellet. Ille vero, in eius inquit, nomine qui pro nobis DEO patri

tri vsque ad mortem obediuit, tibi obedire paratus sum. Cui ille, *Et* ego, inquit, in nomine ipsius tibi iubeo, pater sanctissime, sub honore accepti regiminis vsque ad diem vocationis tuæ permanere, & honorem & vtilitatem Ecclesiæ, ad consolationem egenorum & pauperum, in subleuatione viduarum & orphanorum facere, sicut facis, ad consumanda cœpta tua in operibus tuis bonis; &, vt breuius dicam, facere quod facis, operari quod operaris pro æterna vita & centuplo. Quis enim monachorum tantæ perfectionis est, vt eius merita vel paupertatem tuis diuitijs adæquemus? Igitur post hæc tempora *E*piscopatus Babergensis totus in eleemosynas, totus in hospitalitates pauperum & peregrinorum versus est. Quidquid frumẽtorum aut victualium, quidquid auri vel argenti vsquã vel vnquam inueniri potuit, per egentium manus in thesauros cœli transmissum est.

QVID EGERIT FAMIS tempore.

XX. EO tempore orientalis FRANCIA sterilitate annorum magna panis inopia laborabat. Ipsi namque opulentiores fame & necessitate squalebant; Inopes autem & mendici passim per plateas & agros mortui iacebant, ita vt præ multitudine in cœmeterijs humari non possent. Sed vir DEI misericordia plenus, memor TOBIÆ, modo per se, modo per alios sepeliendo officium compleuit: Vbi autem cadauerum multitudo sepulturam ordinatam fieri non sinebat, ingentes fossas præparauit, & centenos & mille-

nos

nos simul quandoque terræ mandabat, precio conducens homines, qui talibus officijs, iugiter inseruirent. Ipse autem per se omnia lustrabat, vicos, plateas, ac domos pupillorum, vespere, mane & meridie, nec non etiam nocturno tempore visitando ægrotos, reficiendo famelicos, omnique ingenio benè operandi vias inquirebat.

Accidit ergo die quadam æstu meridiano, quando in vmbraculis & refrigidarijs suis soporantur homines, *Episcopus* accito cubiculario, more suo, ad hospitale pauperum pergebat. Dum autem iret, fœtor inhumati corporis non procul à via desub vitieis nares eius tetigit. Substitit ergo & cubiculario suo digito locum demonstrans, *Sentio*, ait, tanquam illic corpus humanum iaceat. Pergente puero sequitur *Episcopus*, diligenter quærunt, ac tandem inter herbas & siluam stantis vrticæ proiectum ad sepem cadauer inueniunt mulieris, lacero vultu, & ab auibus comesto.

Episcopus autem, conspecta miseria, ferit pectus, sortem deflet humanam, flagellum diuini confitetur iudicij. Postremo seipsum culpabilem, se reum addicit, qui ea die qua hæc fame perijsset, multis panibus abundaret.

Dehinc dicta breuiter oratione pro anima iacentis, manum mittit ad corpus, cubicularium hortatur leuare secum. At ille, Noli, ait, Domine, noli sacras manus tuas inquinare. Curram & vocabo alios, ac sepeliem' eam. Cui Episcopus, Absit, inquit, vt sororem meam filiam Adæ, immo filiam Ecclesiæ tangere despiciam. Portabo mortuam, quam viuã pauisse debueram. Sed tu rogo iuua me; certus q; à Deo & à me quoq; mercedẽ accipies.

Ille autem, & si horrore, & fœtore pariter propelli potuisset, tamen dum luctantem & laborantem, ipsiq; horrori humerum iam aptantem videt, vicit semetipsum, & clausis naribus, auersoq; vultu dorsum inuitè subiecit sarcinæ, & cum Episcopo cõmunicato labore ad cœmeteriũ cadauer fœtidum deportant cantante ac flente sacerdote, Heu me domine. Videns ergo, quia tempus eum monet, omnes apothecas suas aperuit, panes præparat, alit egentes, & ecce quasi ad vniuersales ordines nundinarum de tota prouincia famelicorum turbæ concurrunt, de monasteriis virorum ac fœminarum præpositi ac dispensatores, omnesq; quos annorum egestas premebat, ad promptuaria Episcopi currebant, sperata subsidia sine mora inuenientes. Cumq; messis appropinquaret, & maturæ segetes vbique locorum falcem postularent, multa millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, præparata distribui fecit, atq; refectis omnibus, in festiuitate sancti IACOBI; *Ecce*, inquit pater optimus, filioli mei; terra coram vobis est, finita est dierũ malitia. *Et* accipiens singulas falces singulos addidit denarios, vnicuiq; denarium & falcem, instrumentum operis & viaticum, sicq; valefecit eis, & bonitate & gaudio eos dimisit. Iis modis id officium ei fuit omnibus annis inopiæ ac sterilitatis. His aliisq; operibus misericordiæ, maximam sibi fiduciam apud Deum altissimum conquirebat, & temporalibus expẽsis in cœlis sibi thesaurisans, disperfit dedit pauperibus, vt iustitia eius maneat in sæculum sæculi. Psalm. 111.

PRÆFATIO LIBRI *sequentis*.

IAM tempus est, vt in memoriam æternam beati Ottonis Pontificis peregrinationem, & laborem eius stilo fideli prosequamur, qualiter

ter Apostolica autoritate beati HONORII Papę POMMERANICÆ genti Apostolus destinatus, prædicauerit, baptizauerit, & ministerium suum fideliter adimplendo opus Euangelistæ fecerit, in quo reuera simile illud fecit dominus gloriæ sanctorum, quam magnificè adeptus est in conuersatione gentis illius, in cuius pœnitentiam diuinitus est directus. Magna quidem sunt merita ipsius, quæ secundum dilectionem proximi in operibus bonis, & eleemosynis, membris Christi exhibuit, magnæ & indeficientes miserationes eius, quas fecit in domo Dei sui, & in cæremonijs eius; sed oleum diuinæ charitatis in ipso abunde effusum virtutibus eius supereminet vniuersis. Venit enim non solũ reducere oues perditas, & conuertere ad pastorẽ & Episcopũ animarum suarum, sed etiam animam suã ponere pro testamento Dei ardentissimo desiderio amplectens contumelias, plagas, & persecutiones expectans, etiam vincula & carceres, & ipsam mortem pro nomine domini Iesu fœlici constantia relictis omnibus sustinere. Credim' repositam ergo illi coronam iustitiæ in illum diem regenerationis, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ quando veniens in exultatione cum Apostolis, doctoribus & Euangelistis, tamquam fidelis operator dominicæ messis, plures adducet manipulos à principe pastorum percepturus duplicem stolam iocunditatis & immarcessibilem gloriæ coronam. Nunc ergo quibus de caussis, quibus auctoribus, quo ordine & tempore conuersionem Pommeranicæ gentis sit aggressus exequamur, de situ & qualitate ipsius terræ, de reditu gentis pauca præmittentes.

2. Tim. 4.

DESCRIPTIO POMMERAnia, & quare sic dicta sit.

POMMERANIA prouincia ex ipsa nominis etymologia, qualitatem sui nominis & situs indicare videtur. Nam Pommo lingua SCLAVORVM, iuxta, sonat, vel circa; moris, ante mare. Inde quasi POMMORIZANIA, id est iuxta vel circa mare posita. Est autem terra hæc, si totam eius positionem tam in stagnis & refusionibus marinis, quam in locis campestribus considerare velimus, quasi signatur triangula, quia tribus lateribus, quasi tribus lineis per capita sibi cohærentibus tres angulos habere deprehenditur, ita tamen, vt vnus angulus duobus reliquis sit extensior, qui etiam quasi ad LEVTITIAM & prope SAXONIAM, versus Aquilonem ad fluctus Oceani paulatim recuruatus demittit. Itaq; POMMORANIA post se in Oceano DACIAM habet, & regiam insulam paruam, sed populosam, super se autem idem ad dexteram septemtrionis FLAVIAM habet & PRVSCIAM, & RVSCIAM. Ante se vero, id est versus aridam parua extremitate se attingentes fines respicit VNGARIÆ ac MORAVIÆ. Deinde POLONIAM spacioſa contiguitate vsq; ad confinia LEVTITIÆ & SAXONIÆ se habet, attingendo extendentem. Gens ista terra marique bellare perita, spolijs & raptu viuere consueta, naturali quadam feritate semper erat indomita, & à cultu & fide Christiana penitus aliena. Terra vero ipsa, piscium & ferarum copiosam incolis præbet abundantiam, omnigenumque frumentorum & leguminum siue seminum fertilissima est; nulla mellis feracior, nulla pascuis & gramine fœcundior. Vinum autem nec habent nec quærunt, sed melleis poculis & ceruisia curatissime confectâ vina superât

faler-

falernica. Sed de his alias. Nunc autem expediendum, quod multis admirationi est, quare videlicet, hi homines tam procul ab orientali FRANCIA, & à BABERGENSI Ecclesia, immo à toto pene orbe diuisi non alium quemquam de vicinioribus regnis, vel Ecclesijs baptistam & prædicatorem, quam Babergensem Episcopum habere potuerint. Sed hic fructus ad incrementum beatitudinis eius illi à Deo donatus est.

INCIPIT LIBER II.

QVÆ CAVSA SIT POMMERANIORUM CONVERTENDORUM.

I.

TEMPORE quo dominus Episcopus Babergensem regebat Ecclesiam, POLIZLAVS vir strenuus & prudens & ingenuæ atq; auitæ nobilitatis decore illustris Ducatum POLONIÆ administrabat. Qui dum se gnauiter ac prouide gereret, omnes terræ suæ terminos sub prædecessoribus suis hostium violentia inuasos & perturbatos, & castra, vrbesq; à sua potestate vi alienatas manu robusta recuperare prævaluit. Cumq; bellicos actus suos fœlici exitu sæpe prosperari videret, erga Deum quidem à quo sibi sciebat præstari victoriã, humilior atq; deuotior, erga hostes vero erectior atque animosior factus, mutua vice terminos eorum ferro & igne attemptare, prædasque & manubias frequenter abstrahere, & personas captiuare solebat, quousque assiduis cladibus ac terrore confracti multis obsequijs & dono-

& donorum impensis, animum eius delinirent, datisque & acceptis dextris fidem pacis firmissimè pangerent & pacta reciperent. Erant autem diuersi cum quibus diuersis temporibus certamen habebatur ex parte vna POLONIÆ, BOHEMI, VNGARI, MORAVII, ex alia RITHERI, gens crudelis & aspera, qui FLAVORVM PRVSORVM & POMERANORVM freti auxilijs acrius, diutiusq; illi restiterunt; sed frustra; qui tandem superati ab eo & contriti post multas clades pacem ab eo postulare cum rege suo decreuerunt. At ille, vt erat bellis ac laboribus semper infractus non continuo de pace acquiescere voluit, nisi prius aliqua memorabili honorificentia satisfactionem accepisset.

Infra Rithemi vocantur.

DE EODEM.

II. REX vero & omnes principes, RITHENORVM sine amicitia & pace Ducis, non se quietos fore perpendentes, viam inueniendæ mutuæ pacis & gratiæ illius prudentiæ ac fidei committendam præsumpserunt. Ille vero hanc honestissimam ratus viam statuēdæ ac firmandę pacis, filiam ipsius regis petiuit & accepit vxorē, videlicet, vt hoc affinitatis commercio, tàm principes ipsi, quàm subditi eius terræ vtriusq; populi pacem ad inuicem, haberent perpetuam, atque in necessitatibus & oportunitatibus suis mutuo contra hostes sibi præsidio forent atq; auxilia portarent. Colebant ergo se mutuis beneficijs socer & gener; magnificatusq; est POLIÆLAVS & confortatus ac prosperatus vndiq; est. Nec vlla ei erat contradictio vniuersis potestatis suæ terminis hoste nullo turbatis. Verum ea perfunctoria & breuis tranquillitas. Nam post paucos annos RVTENISSA vxor POLIZLAI moritur, vnum tantum ei filium relinquens. Vnde qua-

de quasi rupto vinculo, quo tota inter generum & socerum constabat amicitia, dudum consopita bella paulatim recrudescunt. POLITZLAVS igitur feritate gentis permotus, cum suis consilium habuit, quo nam rediuiua mala hæc propulsare potuisset. Habebat autem PETRVM quendam militię ductorem, virum acris ingenij, & fortem robore, de quo dubium, vtrum in armis an in consilijs maior fuerit, qui erat Præfectus à Duce super viros bellatores. Hic ascitus consilijs, si suis tantum, inquit, RVTENI viribus dimicarent, illos nobis conteri non esset laboriosum; sed habent FLAVOS, habēt PRVSCOS, habent etiam POMMERANOS gentem idolatram inuisam ac minus indomitam, quos omnes simul in arma prouocare, quam durum sit, inexperti non sumus; quamuis ante de his triumphos habuerimus. Quo circa meo animo consilium incidit RVTENOS arte melius superari. Et ne quis impossibile hoc existimet, ecce vadam ad illos, & incruētam nobis de tyranno victoriam reportabo, Deo mihi præstante ingenium. Sed quid multis? Placuit Duci & Principibus experiri, si effectum habere verba Petri queant. Assumptisque viris, quasi triginta robustissimis, ficta necessitate Petrus ad Regem transfugit RVTHENORVM, eumque arte sermonis circumuentum, quod malè de Duce sentiret, æstimare fecit. Et rex eo quod fidem haberet homini, quem etiam prudentem sensit, ad multa negocia sua, eius familiaritate vsus est, sperans quod tandem per eum de POLONIA tota triumpharet. At Petro aliud mētis erat. Nam cum die quadam fictus transfuga, ipsiusque socij cum rege in saltu nemoris venandi gratia vagarentur, rex nihil mali suspicatus occasione ferarū longius à mœnibus abscesserat, elongatisque alijs Petrus cum suis, circa illum remansit. Qua fretus oportunitate

capto rege incruentam vt pollicitus erat de RVTHENIS victoriam domino suo duci reportauit, mirumque dictu, efferа gens illa hoc facto ita edomita est, vt nunquam postea viuente duce nec quidem de bello cogitarent. Nam pro ereptione sui tyrannus quidquid maiorum suorum studio ac solertia in thesauris collectum habere poterat, dare coactus est, aurum & argentum, & quæq; preciosa in vasis & vestibus, & varijs opum speciebus, quadrigis & camelis in POLONIAM adportantibus, ita vt RVTHENIA totain * prælita paupertate contabesceret.

Deinde vbi fœdera mansuræ pacis iureiurando tàm rex, quàm optimates RVTHENORVM solidauerant, etiam hoc polliceri fide firmissima rogati sunt; ne POMMERANIS extra forent auxilio. Contra illos enim totis viribus dux manum leuare cogitauit.

ITEM DE CAVSA eadem.

III. * IS ergo omnibus ipsius * adeò cum compositis POMMERANIAM insultibus crebris concutere, vastare ac populari cœpit. Et quia paganismo tenebantur, dux eos aut penitus elidere aut ferro ad fidem Christianismi conatus est impellere. At illi suis fisi viribus, eò quod ciuitates & castra, natura & arte firma in introitu haberent quam plurima, se inexpugnabiles fore arbitrati sunt, omnemq; substantiam suam in vrbibus collocantes, armorum præsidia præparare moliuntur. Sed quia DEO placuit, aliquas ex eis conterere, vt cæteros ad fidem cõuerteret, ingenium & vires contra eos POLIZLAO ministrauit, ita, vt multis & magnis cladibus eos frequenter afficeret. Nam & ciuitatem STETINENSEM, quæ stagno & aquis vndiq; cincta, omni hosti inaccessibilis putabatur, quæ etiam totius POMMERANIÆ Metro-

Metropolis fuit, hyemali tempore ſtrictam per glaciem, non ſine periculo exercitum ducens, inopinata clade percuſſit. BADAM quoq; ciuitatem munitam & fortem, valde fregit & ſuccendit; Et omnem in circuitu eius regionem, igni & ferro vaſtauit; adeò, vt ruinas, & aduſtiones, & aceruos cadauerum interfectorum, per diuerſa loca, monſtrarent poſt annos tres, ac ſi de ſtrage recenti. Tam grauiſſime autem in illarum ciuitatum expugnatione ſubacti ſunt, vt quos neci & captiuitati dux ſupereſſe paſſus eſt, cũ ſuo principe, Chriſtianos ſe atq; tributarios fore, quod iurare licuit, pro ingenti lucro ducerent. Ferunt autem, quod 18000 virorum pugnatorum neci traditis, 8000. cum vxoribus & paruulis, ad terram ſuam captiuos abduxerit, & in periculoſis marchiarum locis, in vrbibus & caſtris eos collocans, quo terræ ſuæ præſidio forent, & cum hoſtibus ſuis, gentibus ſcilicet extraneis bella gererent, indixit. Hoc addito, vt abdicatis Idolis, Chriſtianæ ſe religioni per omnia conformarent. Sed cum reliquos de gẽte perfida, quos in terra propria tributarios dimiſerat, dux fidei Chriſtianæ apponere curaret, omnes Epiſcopos terræ ſuæ conueniens, nulli perſuadere potuit, vt illò ire atq; in tenebris & vmbra mortis ſedentibus, lumen vitæ vellet oſtendere; ſingulis ſuas excuſationes prætendentibus. Sicq; per triennium dilata eſt prędicatio.

QVOMODO LITERAS EPISCOPO Ottoni miſerit Polizlaus dux. IV.

TANDEM inſtinctu admonitus diuino, ad hoc opus OTTONEM Babergenſem Epiſcopum, cuius tũc fama latè in regnis efflоruit, eò quod & hunc inadoleſcentia eius pater, ſui capellani more obſequentem, notum & charum habuerit, inuitare decreuit: oportunum fore autumans, cum tali viro & an-

tiquas renouarum amicitas,& tam ſancti operis gratiam, illius iniungere ſanctitati. Mitt ens ergo legatos & munera,ſcripſit ei literas,ſecundum verba hæc.

Epiſtola Polizlai

Domino ſuo & patri amantiſſimo OTTONI, venerabili *E*piſcopo, POLIZLAVS dux Polonorum filialis obſequij, humilem deuotionem.

Quia in diebus iuuentutis tuæ, apud patrem meum decentiſſima te honeſtate cõuerſatum memini,& nunc quoque dominus tecum eſt, firmans te & benedicens tibi in omnibus vijs tuis, ſi tuæ non diſplicet dignitati, veteres tecum renouare amicitias, tuoq; conſilio ſimul & auxilio vti ad DEI gloriam promouendam, ipſius gratia coadiuuante. Noſti enim, vt arbitror, quomodo POMMERANORVM cruda barbaries, non mea quidem ſed DEI virtute humiliata, ſocietati Eccleſiæ, per Baptiſmi lauacrum ſe admitti petunt. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum *E*piſcoporum vel ſacerdotum idoneorum mihiuè affinium ad hoc opus inducere queo. Vnde quia tua ſanctitas ad omne opus bonum prompta & indefeſſa prædicatur, rogamus, pater amantiſſime, non te pigeat, noſtro comitante ſeruitio, pro Dei gloria, tuæque beatitudinis incremento, id laboris aſſumere. Sed & ego tuæ paternitatis deuotus famulus, impenſas omnes & ſocios itinerum, & linguæ interpretes, & coadiutores presbyteros, & quæcunq; neceſſaria fuerint, præbebo, tu tantum ſanctiſſime pater venire dignare.

QVOMODO CONSILIO CHOriſut, literas Apoſtolico miſerit, prolicentia petenda euangeliZandi.

V.

HIS auditis *E*piſcopus, quaſi de cælo vocem Dei loquentis accepiſſet, toto pectore abundantia lætitiæ repletus, gratias egit omnipotenti DEO, quod

quod ad tale negotium, suo vti dignaretur ministerio. Habito igitur Chori & Cleri sui consilio; missis ad Apostolicam sedem legatis, pro petenda licentia, benedictione, atque obedientia, venerandæ memoriæ domini HONORII Papæ huic grauissimæ sarcinæ humerum deuotè applicuit. Sed quia terram POMMERANORVM, fama ferente, opulentam audiuerat, & egenos siue mendicos penitus non habere, sed vehemẽter aspernari, & iamdudum quosdam seruos Dei prædicatores egenos ac censu tenues, propter inopiam contempsisse, quasi nõ pro salute hominum, sed pro sua necessitate releuanda, officio insisterent prædicandi; studiosè procurauit, vt non solum illis non indigẽs, verum etiam opulentus appareret, nec opes eorum sibi, sed ipsos potius velle Deo lucrari. Assumptis ergò Clericis idoneis, & eisdem ad iter abundè procuratis, Missales, aliosque libros & calices cum indumentis sacerdotalibus, & alia quæque altaris vtensilia, quæ in gente pagana subito non posse inuenire sciebat, prouida liberalitate secum fecit portari, ne sine instrumento agricola fidus in agrum domini sui exire videretur. Vestes quoque & pannos pretiosos aliaque donaria, nobilibus ac diuitibus apta, Euangelista simplex & prudens in viam portauit Euangelium ne fortè indigentiæ causa, prudens videretur euangelizare: sed nouellæ plantationi sua potius conferre, quam illius appetere.

QVOMODO PROFECTVS *sit ad Pommeranos.*

PARATIS ergo omnibus quæ profectioni erant necessaria, proxima die post festum sancti GEORGII martyris, salutato clero VI.

& populo suo, tam quam hoc opere viam sanctificaret, duas Ecclesias vnam in LVCHENBERGE, & alteram in VOHENDRERE consecrauit. Hinc transito nemore BOHEMICO venit ad CLADRIM Cœnobium, CLVNIACENSIS ordinis; vbi honorificè susceptus, dedicauit Ecclesiam in honore sancti NICOLAI. Ibi etiam quasdam sorores velauit, quarum vnam nomine RICHAM amarissimè flentem, blandè consolatus est, dicens, Noli flere filia, quia secura esto, quia in die iudicij ego animam tuam, sponso tuo domino nostro Iesu Christo consignabo. In huius promissionis argumentum, post multa annorum curricula, in anniuersario depositionis Beati OTTONIS die, defuncta est. A CLADARIM digrediens, peruenit BRAGAM, inde per SAGISCHAM in ALBE fluminis ripa sitam Ecclesiam, ad castrum ducis Boemici, quod MILECIAM dicunt, vbi à duce ipso susceptus & donis honoratus est. Inde per aliud eius castrum BVRDA nomine, vsque ad VENETIAM vrbis ducis Poloniæ: atque inde per tres Episcopatus Poloniæ, BREZLABENSEM videlicet, & CALISSENSEM atque POZNENANENSEM, vsque ad Archiepiscopatum GNEZNENSEM, cum gaudio & pace conducti sunt. Omnibus illic Ecclesijs, vna salutationis forma, Episcopum suscipientibus; festiuè scilicet processionis honore gaudentes, quod per loca singula, vno eodemque exultationis cantu, eius proposito alludentes, CIVES APOSTOLORVM ET DOMESTICI DEI ADVENERVNT HODIE. Et cætera quæ in illo Responsorio sunt, deuote cecinerunt.

Præterea dux ipse & omnes optimates Poloniæ, quasi ducentis passibus, ab vrbe GNEZNA, nudis pedibus procedentes, cum magna susceptum reuerentia principalem

vsq;

vsque ad Ecclesiam conduxerunt. Dux ergo tali hospite lætissimus & glorioſus per dies septẽ eius fruens præsentia, multa eius humanitate & benignitate, omnia etiam viæ necessaria solerti curâ instítit præparare: deditque Domino Episcopo de gente illâ, tàm POLONICÆ quàm TEVTONICÆ linguæ gnaros satellites, ad diuersa eius ministeria, nè quam incommoditatem per linguæ ignorantiam, in gente externa pateretur. Quid dicam? currus & quadrigas, ordine longo, victualia & omnes sarcinas Episcopi portantes, monetam quoque illius terræ liberalitate contulit ingenua: nulla eos sustinens laborare inopia; sed neque propria expendere, ac si omne illius viæ meritum, suis impensis emere cogitaret. Tres etiam sacerdotes capellanos de latere suo princeps Episcopo sociauit coadiutores verbi, & centurionem quendam PAVLICIVM nomine, virum strenuum & catholicum; qui etiam naturali facundia idoneus esset concionari ad populum.

Taliter à duce Poloniæ dimissi, scilicet Episcopus & qui cum eo erant, per castrum in extremis Poloniæ finibus transeuntes, nemus horrendum & vastum, quod Pommeraniam Poloniamque diuidit, intrauerunt. sed viam in inuio quam difficilè sit tenere, etiam illic experiri potuerunt. Nemus quippe hoc, nulli ante mortalium peruium erat, nisi quod superioribus annis dux latrocinandi causa, priusquã subegisset totam POMMERANIAM, sectis signatisque arboribus, viam sibi exercituique suo exciderat.

Quæ signa tenentes magna quidem difficultate propter serpentum, ferarumque diuersarum monstra, nec non & gruum, in ramis arborum nidos habentium, eosq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium, eosq; garritu & plausu nimis infestantium, importunitatem, simulque propter loca palustria, quadrigas & currus præpedientia vix diebus sex emenso nemore ad ripam fluminis quæ limes POMMERANIÆ est, consederunt. Dux verò POMMERANORVM aduentus eorum præscius, cum quingentis viris occurrens, ex alia parte aquæ castra metatus est, moxq; amne transmisso, cum paucis Episcopum salutat, atq; salutatur ab illo, & quia Christianus erat, occultè autem, propter metum PAGANORVM, corde magis quam ore locutus, in amplexu Pontificis diu pẽdens, alta deuocatione super viæ causa Dei clementiam collaudat, Episcopo & duce cum interprete PAVLITIO seorsum in colloquio demorantibus. cæteri qui venerant cum duce Barbari, quia Clericos aliquãtum trepidare videbant, ficto eos terrore amplius vexabant, ita, vt articulum passionis imminere metuentes, confessione & orationibus atque psalmodia domino suum commendarent agonem. Nam primo illic paganos viderunt, & qua mente dux aduenerit, nondum omnes sciebant: Sed & horror solitudinis, & loca insolita, & nuper euasi nemoris nigra densitas, & crepusculum noctis propinquæ, & hominum Barbarorum crudelis aspectus, materia eis non parui timoris erant. Nam & cultros acutissimos educentes, viuos eos excoriare aut transfigere, ac humi eos defodere vsq; ad verticem, coronasq; eorum eisdem cultris punctare ac secare minati sunt. Et alia multa genera tormentorum, rictu fremituque eos terrentes eis imminere dixerunt. Sed cito respirauerunt, duce ipso eos placidę benignæque consolationis eulogio releuante, quodque inani pauore pulsati fuerint, vtrinque pro ioco esse cœpit. Nam vbi eis ducem ipsum aliosq; milites, qui eos terruerant, Christianos esse compertum est, paulatim quidem animose

animosè, deinde fiducialius agere, ipsosque etiam adhortari ac docere præsumpserunt, quos antea vel intueri, metu percussi, non potuerunt. Ipsis ergò iam mansuescentibus, & religioni Christianæ magis magisq; deferentibus, repletum est gaudio os illorum, & lingua eorum exultatione; dicebantque inter gentes, quorum Deus tetigerat corda, magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes; quia Episcopo veniente ad eos dissoluisset dominus captiuitatem eorum, sicut soluitur glacies à sole meridiano. Episcopus igitur benè agendi semper auidus, benè se venisse ominatus, donarijs ducem honorans, baculum quoque dedit, quo ille statim vsus, ipsoque incumbens, gratulabundus huc illucq; ambulat, conuersusq; ad milites, Qualem, ait, patrem nobis Deus dedit, & qualia patris dona, & hæc nunc quidem magis quàm alio tempore gratiora? Hinc ad castra discessum est; factoq; mane, dux demum qui secum venerant ductores & ministros reliquit Episcopo, mandans in tota POMMERANIA, per cuncta loca suæ possessionis, liberalia ei præberi hospitia. Christiani verò & *Episcopus*, transito fluuio, terram POMMERANORVM, in nomine domini, intrauerunt, & conductoribus eorum viam demonstrantibus, iter ad castrum PIRISSAM direxerunt. Dux verò ab eis ad sua negotia diuellitur.

In ipso autem itinere viculos paucos bellica vastatione & raros incolas, qui nuper se, post dispersionem recollegerant, inuenimus, qui de fide Christiana conuẽti, an credere vellent interrogati, humiliter pedibus aduoluuntur *Episcopi*, catechizari se atque baptizari postulantes. Hos ergò quasi primitias messis dominicæ, in aream domini sui messor deuotus, cum gratiarum actione componens, baptizauit illic homines triginta, fidemq; sanctæ Trinita-

tis & Decalogum legis in numero tacitè considerans, opus euangelicum, mysticè à se inchoatum gauisus.

Deinde ad castrum ducis PYRISSAM, vndecima hora diei propinquantes, ecce, illic hominum ad quatuor millia, ex omni priuincia confluxisse, vt erant eminus aspexerunt: erat enim dies festus Paganorum, quem lusu, luxu, cantuq; gens vesana celebrans vociferatione alta, eos reddidit attonitos. Non igitur vtile vel cautum eis visum est illa nocte, in turbam, potu læticiaq; feruentem, eos tam insolitos hospites aduenire; sed manentes, vbi fuerunt, noctem illam insomnem duxerunt; nec ignem in castris habere ausi, nec verbis ad inuicem loqui præsumpserunt.

Mane verò Episcopus PAVLACIVM, & nuncios BRADIGLEZII ducis ad castrum mittit. At illi salutatis maioribus ex nomine ducum, ab eis missum nunciant Episcopum, qui fidem & religionem Christianam terræ illius debeat prædicare: atque sub eorundem authoritate mandant & suadent, vt digne ac reuerenter susceptum audiant: addentes, virum esse honorabilem, domi diuitem, & quoque in aliena terra suis opibus sufficientem; nihil illum petere, nullius egere; pro illorum salute aduenisse, non quæstus gratia. Memores sint fidei ac sponsionis, memores diuinæ vltionis & recentis exterminij, ne denuò iram Dei exasperent: orbem vniuersum Christianis legibus (viuere) se solos vniuersitati resistere non posse. At illi diu cunctabundi & diuersas excusationes molientes, indulgentiam temporis consilio petunt, non oportere dicentes, rem tam grandem subitò aut inconsulte aggredi.

PAVLACIVS vero & legati astute ea dici animaduertentes, nō inquiunt tempus est productionis consilij; quod facturi

turi estis, facite citius, ecce iuxta est; sero intraturus erat ad vos dominus antistes, sed quia ludo & iocis occupatos audiuit, distulit intrare, in campo figens tentoria: sed vestræ hoc conuenit prudentiæ, vt non illum despectiua dilatione contristetis, ne fortè & domini Duces se doleant super hoc iniuriatos. Et est, inquiunt, tam prope? Quibus, ita esse, respondentibus.

Et omnia, inquiunt, consilia nostra ruptum eunt. Quomodo ergo rerum conuenientia, postulat, faciamus sponte & alacres, quod facturi sumus. Nam & altissimus Deus sua nos virtute circumuentos vndique trahere videtur. Declinare non possumus, sequamur ergò trahentem ad vitam, ne reluctantes bonitati eius præcipitemur in mortem. Dij nostri, sicut apparet, Dij non sunt, contra eum nos iuuare non possunt.

Melius ergo est, vt relictis desertoribus ad verum DEVM, qui non deseruit sperantes in se, ex toto corde transeamus. Verum vbi eam sententiam tàm bonam tamque salubrem diligenti retractatione probauerant; primo quidem apud se in conclaui, deinde vero cum legatis & PAVLICIO ad plenum vigorem laxiori consilio firmauerant, cum eisdem ad populum egressi; qui sicut ad festum confluxerat contra morem indispersus, DEI nutu in loco manebat, nec in rus discesserat, luculenti sermonis dulcedine, multo beneuolentiæ captu, eos de hoc verbo allocuti sunt. Sed quid multa? mirum dictu, quàm subitò quàm facili consensu, omnis illa multitudo populi auditis somatum verbis in eandem sese inclinauerunt.

Et quia dici audiunt, Episcopum in proximo esse, facto ingenti clamore, vt aduocetur, vniuersi rogant,

rogant, quo illum videre queant, & audire, antequam soluto cœtu singuli in loca sua discedant. Redeuntibus itaque PAVLICIO & legatis, abierunt quidam de castellanis cum eis ad Episcopum qui obnixa veneratione ad se illum inuitarent, salutatum ex parte Nobilium, plebisque vniuersæ, quiq; fidem facerent sine omni periculo vel iniuriæ metu eum ostendere posse; quin etiam in omnibus obaudituros se ex animo. Episcopus vero tam quieto successu rebus se promouentibus, gratias agens Deo, ad castrum se leuabat, sed ecce cum quadrigas, archicula, & saginarios eorum victualia portantes, iumenta quoque & qui cum eis veniebant eminus videre cœperunt, quasi apparatum belli suspicantes, modicum turbati sunt. re autem sicut erat recte agnita, pauore abiecto, in modum torrentis omnis populus in occursum eorum effunditur, ambiens & circumdans, ammirans & contemplans, & eos & omnia eorum vsq; ad hospitij locum eos conducendo. Fuit autem ante introitum castri area spacioſa, quam occupantes fixerunt tentoria, in eodem loco ipsis barbaris mansuete ac familiariter eos adiuuantibus & in omnibus se eis oportunos exhibentibus.

DE PRÆDICATIONE eius in Pyrissa Ciuitate.

VII. INTEREA vero Episcopus Pontificalibus indutus monente PAVLICIO & primatibus de loco editiori populum cupientem ore alloquitur interpretis; ita dicens: Benedictio domini super vos, benedicti vos à domino: benedicimus & vobis gratias referimus in nomine domini; quia grata & iucūda & benigna susceptione nos refouistis. Et causa quidem

dem aduentus nostri ad vos, quæ sit, forte iam audistis & iterum si dignamini audire debetis & diligentius attendere. De via longa venimus. Salus nostra, beatitudo vestra: gaudium vestrum, tantæ nobis viæ causa fuit. Nam læti salui atq; beati eritis æternaliter, si creatorem vestrum agnoscere & illi seruire vultis. Hæc & his similia, quæ inserere studio brevitatis omitto, populo rudi simpliciter euangelizante Pontifice, omnis illa multitudo, quasi vnus homo, fidei sanctæ concordantes, illius doctrinæ se commiserunt. At ille cum clericis & sacerdotibus septem diebus eos catechizans, & de omnibus quæ Christianæ religioni conueniebant, diligentissime instruens, indicto trium dierum ieiunio, iussit, vt corpora sua balneis mundarent, & lotis albisque induti vestibus, mundo corpore, mũdoq; habitu, ad sanctum baptisma concurrerent. Interim vero tribus exstructis baptisterijs, ita ordinauit, vt ipse solos mares pueros in vno baptizaret; alij autem sacerdotes in aliis fœminas seorsum, & viros seorsum. Tanta quoque diligentia tanta munditia & honestate, Pater optimus sacramẽti operationem fieri edocuit, vt nihil indecorum, nihil pudendum, nihil vnquam quod alicui vero gentilium minus placere posset, ibi ageretur. Namq; dolia, grandia valde, terræ altius immergi præcepit, ita vt ora doliorum vsq; ad genu hominis vel minus de terra prominerent, quibus aqua impletur, facilis erat in eam descensus, cortinas circa dolia, fixis columnellis funibusq; inductis, oppandi fecit, vt in modum coronæ velo vndiq; cuppa cingeretur, ante sacerdotem vero & comministros, qui ex vna parte astantes sacramenti opus explere habebãt, luteum sine traiecto pependit; quatenus verecundiæ vndiq; prouisum foret; nequid ineptiæ aut turpitudinis notaretur in sacramẽto, neue honestiores personæ pudoris occasione se à ba-

ptiſmo ſubtraherent. Cùm ergo ad ſtadium Baptiſmi turbæ venirent, ſermone qui talibus competeret, Epiſcopus eos omnes communiter alloquēs, ſexumq; â ſexu dextrorſum & ſiniſtrorſum ſtatuens, catechizatos oleo perunxit; deinde ad baptiſteria degredi mandat. Igitur ad introitū cortinæ venientes ſinguli tantum cum paternis ſuis intrabant ſtatimq; veſtem qua fuit amictus is qui baptizandus erat, & cereum, illo, inquam, deſcendente, paterni ſuſcipiebant; & ante faciem ſuam illam tenentes, exſpectabāt, donec eam redderent de aqua exeunti. Sacerdos vero qui ad cupam ſtabat, cum audiſſet potius, quam vidiſſet, quod aliquis eſſet in aqua, velo paululum remoto trina immerſione capitis illius, myſterium ſacramenti perfecit, vnctumque liquore chriſmatis in vertice, & alba proposita, reductoq; velo, de aqua iuſſit exire baptizatum; paternis, veſte quā tenebant, illum cooperientibus atq; deducentibus. Hic modus, hæc ſpecies, hic ordo eis fuit baptizandi viros, & mulieres, pueros & adultos, qui a ſacerdotibus in aquam leuari non poterant, tam in Pyrissa quam in vrbibus alijs & caſtellis, vbicunq; populi copia eos moram facere coëgiſſet: imbyeme quoq; in ſtubis calefactis & in aqua calida eodém nitore atq; verecūdię obſeruatione, infoſſis dolijs & cortinis adhibitis, thure quoq; & alijs è diuerſis ſpeciebus, cuncta reſpergentibus, veneranda Baptiſmi confecit ſacramenta. Namq; in omni occaſione ſua (quod & paganis dignum laude videbatur) quandam à ſpiritu ſancto cuiuſdam ſingularis munditiæ atq; elegantis & vrbanæ diſciplinæ prærogatiuam habebat; ita vt nihil vnquam indecens aut ineptum inhoneſtum neq; in cibo, aut potu, ſermone, geſtu, vel habitu mitteret, ſed in omni officio exterioris hominis, quænam eſſet compoſitio interioris, oſtendebat, bonitate, diſciplina, cautela prudentiæ conſpicuus.

DE

DE INSTITVTIONE Baptisatorum.

MANSERVNT autē in eodē loco quasi diebꝰ viginti, Euangelizantes populo & Baptizantes eos in nomine domini; docētes eos seruare vnitatem fidei in vinculo pacis, instruētes de festuitatibꝰ & obseruationibꝰ Christianæ religionis, de ieiuniis quatuor temporū, de quadragesimali ieiunio, de incarnatione, de Natiuitate, Circumcisione, Apparitione, Præsentatione, Baptismate, Trāsfiguratione, Passione, Resurrectione atq; Ascēsione domini nostri Iesu Christi, de Aduētu spiritus sancti, de vigilijs & natalitijs Apostolorū & aliorū Martyrum & sanctorū, de die Dominica, de sexta feria, de distributione Mensium & Institutione totius anni, secundum Christianos, exstructoq; & sanctuario: totum enim corpus basilicæ tam subito fieri non potuit, altare sanctificauit, & interim missas illic celebrari præcepit, dans eis sacerdotem, libros, & calicem, paraturam, & omnia vtensilia, quæ ad officium altaris pertinebant. Quæ omnia illi cum multo gaudio, alacritate, ac deuotione suscipientes, & gratias agentes, omnes veteres, & profanas superstitiones suas & gentiles obseruantias penitus abijciebant, & exuti veterem hominem, cum actibꝰ suis in vitæ nouitate ambulare cœperunt, & proficere. Erat autē numerus conuersorū ibi ad fidem quasi septem millia. Rom. 6. VIII.

Videns autem Episcopus quia messis multa & quod & alijs ciuitatibus oportet eum Euangelizare regnum DEI, cum inde processurus esset, vocata concione hoc sermone allocutus est Ecclesiam: Fratres æmulor vos DEI æmulatione: vos enim omnes qui in præsentiarum ad me audiendum conuenistis & me docente, Christo credidistis & Christiani facti estis, vna in Domino Ecclē-

cleſia, eſtis deſponſati per fidem Domino meo Ieſu Chriſto; vna, inquam, vos omnes *E*cclesia eſtis, vna & vnica ſponſa Domini mei Ieſu Chriſti, quia vnicæ vniuerſali *E*cclesiæ per fidem incorporati eſtis. Sed quia ego per eius gratiam huius veræ deſponſionis auctor eſſe videor, (Nam ego ei vni viro deſpondi vos virginem caſtam exhibere) hinc eſt quod æmulor vos non tamen qualibet, ſed Dei æmulatione. Nam & mala æmulatio eſſe poteſt iuxta illud Apoſtoli: Sunt quidam qui æmulantur vos non *Gal. 4.* benè, æmulari autem eſt, velle indignari, & paratus vobis ſum indignari quod pridem dixi; æmulor vos: quia ſine triſtitia & indignatione ferre non poſſum, nec potero, ſi quod abſit, ad iniuriam Domini mei Ieſu Chriſti, cui per fidem vos deſpondi, cum Dijs alienis vos denuò contaminari volueritis. hoc enim eſt fornicationis genus, quod maximè ſeparat à Deo. Fratres attendite, ecce omnes in Chriſto baptizati eſtis, & omnes Chriſtum induiſtis, originalium & actualium peccatorum indulgentiam accepiſtis ab ipſo, mundi eſtis & ſancti non per nos, ſed per eum ſanctificati & mundati: quia ipſe in ſanguine ſuo lauit peccata mundi: nolite ergo iterum inquinare vos cultura idolorum, nam hæc eſt immũdicia, qua omnino Deus offenditur, & penitus ſeparat à gratia Dei, nolite vos proſtituere corruptionibus, & immundis ſpiritibus, ſoli creatori vero, nulli autem creaturę diuinum honorem exhibeatis, ne indignatio eius & furor veniat ſuper vos: ſed magis in fide, & ſpe & charitate perficite, vt benedictio eius veniat ſuper vos & ſuper filios veſtros, & vt ei credentes & fidem operibus exornantes, vitam habeatis in *1. Pet. 2.* nomine ipſius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. certi enim eſſe, & nullatenus dubitare debetis, quia ſi hanc, in qua hodie poſiti eſtis, innocentiam ſeruaueri-

uaueritis, & istam sanctificationem, ipsius adiutorio seruare vsque ad finem vitæ vestræ studueritis, non solum mortem euadetis æternam, sed etiam gaudium regni cœlestis possidebitis in æternum. Sed quia vita præsens sine peccatis duci non potest: luctamen enim & temptatio est vita hominis super terram; discessurus â vobis, trado vobis, quæ tradita sunt nobis â Domino. Arram fidei ---- inter vos & domini fidelis septem Sacramenta Ecclesiç, quasi septem significatiua dona Spiritus sancti, quibus intendendo in laboribus & certamine huius vitæ non deficere, vt sciatis diligenter enumerare quæ tradimus vobis, discedentes â vobis.

Primum ergo Sacramentum est quo iam imbuti estis, sacrosanctus Baptismus. hoc Sacramentum, fratres mei, abhinc & semper tenerè venerari debetis, & paruulis vestris oportuno tempore, scilicet in Sabbatho sancto Paschæ ac Pentecostes per manus Sacerdotum tradere debetis; certissime scientes, quod quicunque sine illo de hac vita emigrauerit, regno Dei carebit, & insuper maledicti originalis pœnas luet æternas.

Secundum sacramentum est Confirmatio, id est, vnctio Chrismatis in fronte. hoc Sacramentum victuris est necessarium: videlicet, vt Spiritus sancti corroboratione muniantur & armentur contra omnes tentationes & nequitias vitæ præsentis pugnaturi. Non autem vsque in senectam differendum est, vt quidam putant, sed in ipsius adolescentiæ feruore percipiendum: quia illa ætas magis obnoxia est temptationibus.

Tertium Sacramentum est vnctio infirmorum, quod ideò morituris est necessarium, quia in illa vnctione per virtutem Spiritus sãcti remissio datur peccatorum, & ipse qui morituus est, cõtra spirituales nequitias, id est, con-

tra malignos ſpiritus in exitu vitæ animabus inſidiantes eadem ſpiritus ſancti virtute pugnaturus armatur, hoc omni Chriſtiano in agone mortis ardentiſſimè deſiderandum, & deuotiſſimè percipiendum eſt, vtpote remedium animæ certiſſimum.

Quartum Sacramentum eſt *E*uchariſtia, id eſt, corpus & ſanguis DOMINI. hoc *S*acramentum victuris, & morituris eſt neceſſarium. *S*iue enim viuimus, ſiue enim morimur, hoc viaticum ſemper vtendum eſt. *E*ſt enim cibus animæ verus, vitam in ſe habens æternam. Vnde frequenter Miſſæ celebrandæ ſunt, & vos ad eaſdem deuotè conuenire debetis, vt ſæpius huic viatico communicetis. Quod ſi non poteſtis, quia carnales eſtis, huic tàm ſanctiſſimæ rei per vos ad omnes miſſas participari ſaltem per mediatorem veſtrum, ſcilicet *S*acerdotem, qui pro vobis communicat, fideliter, reuerenter, ac deuotè miſſas audiendo communicate. Oportet tamen & vos ipſos ter vel quater in anno, ſi amplius fieri non poteſt, & confeſſionem facere atque ipſi Sacramento communicare.

Quintum Sacramentum eſt per pœnitentiam reconciliatio lapſorum, id eſt, eorum, qui poſt Baptiſmum propter grauiores culpas ab Eccleſia proiecti, per ſatisfactionem pœnitentiæ iterum ei conformantur. Et hoc Sacramentum quaſi malagma & recuperatio eſt cadentium in pugna & vulneratorum.

Sextum Sacramentum eſt coniugium, id eſt, copula matrimonialis. Quinq; autem ſuperiora Sacramẽta, quaſi generalia ſunt, & omni Chriſtiano neceſſaria: iſtud autem quaſi particulare eſt; quia nõ omnibus neceſſarium, ſed eis tantum qui ſe continere non poſſunt, & ſicut ad ſuperiora Sacramenta omnes homines trahendi ſunt & inuitandi, ita

di, ita nullus ad hoc trahendus est, & inuitandus: nisi qui, vt dictum est, se non continent, sed vago & illicito concubitu sese polluunt & commaculant: his enim suadendum est, vt infirmitati suæ honestiori subueniant remedio.

Vos autem qui vsque ad hæc tempora non Christiani sed pagani fuistis, Sacramentum coniugij non habuistis: quia fidem vni thoro non seruastis. Sed qui voluistis, plures habuistis vxores; quod deinceps vobis non licebit. Sed vnus vir vnam tantum habere debet vxorem, & vna vnum. Quod amplius, à malo est. Si quis ergo in vobis est, qui plures habuerant vxores ante Baptismum, nunc vnam de illis, quæ sibi magis placet, eligat, dimissisq; alijs hanc solam habeat, ritu Christiano. Et partus, inquit, fœmineos, audio, quia vos ô mulieres, necare consueuistis. Quod quantum abominationis habeat, exprimi sermone non potest. Videte si hoc vel bruta animalia faciant fœtibus suis. Parricidium hoc non fiat amodo in vobis: quia sine grauissima pœnitentia dimitti non potest. Siue igitur sit masculus, siue fœmina, diligenter enutrite partus vestros: Dei enim est & marem procreare & fœminam.

Septimum itaque Sacramentum est, ordinatio siue consecratio clericorum, quod & ipsum particulare est & non generale, quia non omni homini necessarium est; quamuis enim omnes homines indigeant clericis, non tamē est necessarium omnes homines fieri clericos. Ad ipsum tamen Sacramentum, qui moribus ac scientia magis idonei sunt, inuitandi potius, quam trahendi. Vnde adhortor vos & inuito: quia cogere non debeo: vt

de liberis vestris ad clericatum tradatis, liberalibus studijs prius diligenter instructos, vt ipsi per vos, sicut aliæ gentes, de lingua vestra, latinitatis cõscios possitis habere Clericos & sacerdotes. Ista ergò septem sacramenta, quæ iterum vestri causa enumerare libet, & baptismum, confirmationem, infirmorum vnctionem, Eucharistiam, lapsorum reconciliationem, coniugium, & Ordines, per nos humiles suos paranymphos sponsus cœlestis in arram verę dilectionis vobis, *E*cclesiæ ac sponsæ suę transmittere dignatus est. Quapropter omni honore ac reuerentia eadem sacramẽta seruate diligẽter, & veneramini; docete ea filios vestros, vt memoriter teneant, & diligenter obseruent in omnes generationes. *E*cce habetis Ecclesiam, habetis sacerdotem de his omnibus, & quæcunq; sunt necessaria vobis, abundantius vos instruere scientem. Ipsum ergò sicut me audietis, honorantes & amantes eum, & quæcunq; vobis dixerit facientes. *E*t nunc ego vado, iterum citò reuersurus ad vos. Valete in domino dilectissimi.

QVOMODO PER MATRONAM multiplicatus sit numerus credentium.

IX. POSTQVAM confirmata & instructa est *E*cclesia in PYRISSA, VBERRIME, CACERMATI, populoq; primitiuo eorum, caro affectu, vace facientes, legatis eos deducentibus, ad ciuitatem ducis CAMINAM deuenimus. Erat autem illic ducissa vxor videlicet ducis legitima, & licet inter paganos, Christianæ tamen religionis memor, de eorum aduentu lætissima efficitur, & cum omni domo sua tanto eos deuotis-

notissimè susceptit, quanto & hoc marito placere suæq; illius saluti profuturum non dubitauit. *Eis* enim PYRISSÆ demorantibus, omnia quæ illic gerebantur, immissis clam exploratoribus diligenter edidicit, magnoq; tripudio cordis de illuminatione illius plebis exultans, ipsam quoq; suæ fidei scintillam, quasi sub mortuis cineribus eatenus consopitam, inter suos familiares modestè primò; deinde fiducialius apud omnes quos potuit ventilare cœpit. Et quia scriptum est: De scintilla consurgit ignis, totam illam ciuitatem, etiam ante eorum introitum, tantus ardor fidei, operante domino per matronam, inuaserat, vt non solum nil contradictionis, verum etiam totius populi consensum, de suscipiendo Baptismo, inuenerint, in multa gaudij plenitudine. *Eccli. 28.*

QVANTVM BAPTIZANDO laborauerint.

QVADRAGINTA ergò fermè diebus in eodē loco manentes, tam ipse pontifex, quam alij eius cooperatores, sacerdotes, & Clerici, id pene solum operis habuerunt; suscipere veniētes ad fidem, ducere, catechizare, prædicare & baptisare: videbanturq; in tam copiosa messe, pauci messores. Nam & ipsius loci atq; circūiacentis prouinciæ populus cateruatim accedebat cottidie ac recedebat; quibus omnibus dū satis fieri oporteret, immenso labore, maximè qui fuit in baptizando, *Episcopum* (licet solos mares, pueros tingeret) sæpenumero sudantem aspexerunt; adeo profecto, vt alba eius ab humeris vsq; ad vmbilicum antè & retro sudore manaret. Sæpe etiam ipsius ministerij nimietate lassatus, X.

satus, breui sessione, vires recuperans, modicumq; sedēdo respirās, quasi annosus operator & strenuus, denuo se subleuabat in idem opus sibi dulcissimū; gratias agens omnipotenti Deo, quod ipsius præstante clementia, tot manipulos in eius horrea cum sudore ac lassitudine sua congereret.

QVOMODO DVX FRATIZ. *superuenit, & quid eis humanitatis impenderit.*

XI. DVM ea CAMINAE gerebantur, atq; de successu rerum & *E*piscopus cum suis & populus ciuitatis cum ipsa matrona nobilissima, & Christianissima, spirituali gaudio fruerentur, ecce cum suo comitatu dux terrę VRATISLAVS, non modicum lętitiæ salutaris augmentum, superuenit; nihilq; moratus, quasi filiali fiducia, in amplexus ruens *E*piscopi, Salue, inquit, Pater sanctissime. Deinde, Non, quæso, ait irascaris, quod post primam illam salutationem tam diu fui te non videns, sed causa fuere inexcusabiles reipublicę administrationes. Nunc autem ecce assumparere ac seruire tuæ paternitati pro vt vis. *E*tenim nos ipsi & omnia nostra tui sumus, vtere sicut vis. Et hæc dicens, conuersus ad clericos & ad alios quosq; meliores de comitibus *E*piscopi, Et hos, inquit, pater tuos collaboratores tua licentia salutabo: apprehendēsq; manus singulorum tenebat, & benedicebat illis atq; deosculabatur, eos filios & fratres appellans charissimos: benedixitq; Deum omnium bonorum largitorem, quod hospites tam gratissimos sua domo suscipere meruisset. Quia vero deinceps nauigio de ciuitate ad ciuitatem eundum fuit, omnes equos & iumenta eorum, villicos suos

ad

ad oportuna loca terræ, pastus gratia, deducere iussit; neq; ante eis vehebantur, quam etiam consumatis omnibus de terra fuerant iam exituri. Quos certe ita receperunt alteratos, vt præ crassitudine vix cuiq; suus cognosceretur. Milites ergo qui cum duce venerant catechizati, statim & baptisati sunt; multiq; ex eis qui ipsius Christiani fuerant, sed ex consortio incredulorum metas Christianitatis excesserant, ex quorum numero ducem etiam ipsum fuisse constat, per confessionem & pœnitentiam ecclesiæ confirmati sunt; promittẽtes deinceps omnia quæ Christiano inimica sunt nomini, respuere, & ea quæ sunt apta sectari.

QVOMODO IPSE DVX seu reliqui egamiam abdicauerunt.

*polygamiam.

DVX etiam, Scio, inquit, Christianæ sanctitati esse contrarium plures Vxores vel concubinas habere, simulq; tactis sanctorum reliquiis, sicut Christianis iurare mos est, coram populo, aspiciente Episcopo, viginti quatuor concubinas, quas ritu gentili suæ legitimæ vxori superduxerat, publice abiurauit. XII.

Quod videntes alij complures, eiusdẽ enormitatis præsumptores, abiurata & ipsi coniugij pluralitate, vni thoro, exemplo ducis, fidem seruaturos se pollicitisunt. Creuit ergo Ecclesia in loco illo, & confortata est in timore domini ambulans, & spiritu sancto replebatur, Episcopo & clericis instantibus & Euangelizantibus regnum Dei.

Exstru-

Exstructa quoque illic basilica & sanctificato altari & sanctuario, collatisque illuc per ducem prædijs ac dote, in sustentationem Sacerdotis, pater liberalissimus sicut omnibus in terra illa Ecclesijs faciebat, libros contulit, & indumenta Sacerdotalia, calicem quoque argenteum cum cęteris vtensilibus, deque suis Sacerdotibus vnum, qui populum posset instruere, eidem præfecit Ecclesiæ.

DE MATRONA METENTE & mortua die Dominica.

XIII. CVM hæc omnia ritè peracta fuissent, & non solum de ciuitate, verum etiam de rure populus ad Ecclesiam omni die conuenirent, & diem Dominicam aliasq; solennitates deuotè obseruarent; vidua quædam in rure non longè â ciuitate CAMINENSI, diues ac nobilis valdę, Christiana religione contempta, patrios Deos se colere nullaque occasione vanitatis nouæ, à patrum suorum veteri traditione declinare se velle dicebat. Erat autem multam habens familiam, & non paruæ auctoritatis matrona, strenuè regens domũ suam: &, quod in illa terra magnum videbatur, maritus eius, dum viueret, in vsum satellitij sui triginta equos cum ascensionibus suis habere consueuerat.

Fortitudo enim & potentia nobilium & capitaneorum, secundum copiam vel numerum æstimari solet caballorum. Fortis, inquiunt, & potens, ac diues est ille, qui tot vel tot potest habere caballos, sicut audito numero caballorũ numerus militum intelligitur. Nullus enim militum præter vnum caballum illic habere consueuit.

Sunt autem magni & fortes equi terræ illius, & vnus quisq;

quisque militum sine scutifero militat manticam per se gestans, & clypeum agiliter satis & strenuè sic militiæ suæ officium exequentes. Soli autem Principes & capitanei vnum tantum vel si multum est duobus clientibus contenti sunt. Factum est ergo in vna Dominica die tempore messis, populo vndique ad Ecclesiam properante, præfata matrona nec ipsa veniebat, nec suos permittebat; sed magis turbulenta: Ite, inquit, metite mihi agros meos, hoc enim vtilius est quã vacare illi nescio cui nouo Deo, quem de terra sua vobis affert ille OTTO Babergensis Episcopus, quid nobis cum illo? videtis ne quanta bona, & quantas diuitias nobis dederint Dij nostri. Ipsorum vtiq; largitate, opibus, & gloria omnibusque rebus abundantes sumus, quare ab eorum cultura discedere non leuis iniuria est. Igitur ite ad metendas segetes nostras; &, vt minus timatis, paratim mihi vehiculũ; ecce ipsa ego vobiscum in campos messura descendam. Cumq; in agrum veniisset, quod me, inquit, facere videtis omnes similiter faciatis, moxq; rebrachiatis manicis succinctaque veste, falcem dextra corripuit, stantes vero calamos sinistra tenens metere visa est. Sed mirum dictu, in actu ipso subitò, vt erat inclinis, misera diriguit, & quasi marmoris effigies, nec semetipsam erigere, nec falcem è manu dimittere potuit, nec segetem; sed muta, & nil loquens, similis simulachro, stabat, tantum intuens intuentes se.

Videntes autem famuli, timuerunt valde, & circumstabant eam aspicientes, & operientes finam melius esset habitura. Rogãt etiam, vt à temeritate sua resipiscat, dicẽtes, fortem esse Deum Christianorum. Sed illa nihil respõdebat. Iniectis ergo manibus violenter illam trahentes, erigere conati sunt, & falcem segetemque de manibus extorquere; sed minimè potuerunt.

Stabat autem quasi moles immobilis terræ affixa, At vbi satis miraculi ac stuporis hoc habitu infelix illa intuentibus ostenderat, ipsique famuli dolore ac tædio affecti, iam abire illamque dimittere vellent, soluta illa repente corruit fontemque animam in ignem tartareum efflauit. Quam leuantes in vehiculum, En, inquiunt, qualem manipulum de agro die Dominico reportamus. Quod factum vbi perferente fama passim vulgatum est: nam famuli statim ad Ecclesiam currentes Baptismum postulant, stupidi, quod acciderat referentes. Et credentibus quidem fides aucta est ex miraculo; non credentes autem & si qui adhuc blasphemi exstiterant, ad credendum ex pœna mulctaúe mulieris eruditi sunt.

Dies autem Dominicus & aliæ solennitates reuerentius obseruare cœperunt: & tamen ipsum cum suis omnibus Episcopum, quam omnem eorum doctrinam amplius reueriti sunt.

DE TRANSITV EPISCOPI ad Vilinam ciuitatem.

XIV. EXPLETIS autem illic fermè quinquaginta diebus, acceptis à Duce legatis, & conductoribus, de ipso loco, ciuibus, DOMEZLAO videlicet, & filio eius, viris honoratis, per lacus & refusiones marinas VILLINAM vecti sunt nauigio.

Est autem ciuitas hæc magna & fortis: homines ipsius loci crudeles erant & barbari. Cum autem appropinquassent ciuitati, conductores eorum hærere, pauere atque inter se mussitare cœperunt. Quod intelligens Episcopus,

pus, Quid est, ait, quod ad inuicem confertis? At illi, timemus, inquiunt, pater tibi ac tuis. Populus iste durus semper & indomitus fuit. Si ergo placet tibi applicemus, & moram in littore vsq; ad crepusculum noctis faciamus, ne forte ciuitatem manifestè ingrediendo, tumultum populi super nos suscitemus.

In singulis autem ciuitatibus Dux pallacium habebat & curtem cum ædibus, ad quam si quis confugisset, lex talis erat, vt quolibet hosce persequente, securus ibi consisteret & illæsus. Dixerunt ergo, si per noctem ad Ducis tecta intramus, freti securitate, paulatim ciues conueniendo, negotiumque nostrum illis pedetentim insinuando, melius fortasse proficiemus. Placuit consilium, vt cum dies abscessisset: tecti vmbra noctis, curtem & mœnia Ducis inuaserunt illis ignorantibus. In crastinum vero vbi eos viderunt, & qui nam essent, & vnde & quare venimus, maligni homines scrutati sunt.

Primo quidem moueri ac sensim turbari, currere ac distruere, videre illos, iterumque videre & alijs alij nuntiare

Postremo vero insano furore correpti, magno tumultu, securibus & gladijs alijsq; telis armati sine vlla reuerentia in ipsam Ducis curtem irrumpentes, mortem eis sine vlla retractatione, nisi quanto citius de curia & de ipsa ciuitate fugerent comminabantur.

*E*rat in ipsa curte ædificium quoddam fortissimum, trabibus & tabulis ingentibus compactũ, quod STVBA vel pyrale vocant, in quod scrinia & clitellas, & Capellani Episcopi & pecunias & quæq; preciosa de naui portauerunt: quin & propter impetum furentis populi cum *E*piscopo clerici omnes illuc confugerant.

Sed illi vociferabantur & clamabant, exire eos compellentes. Sed moram eis facientibus, quasi à furore illi essent cessaturi, magis eorum exarsit insania, factoq; impetu stubam aggrediuntur, & dissipant, lecto primum, dein parietibus disiectis, & excisis. Tunc vero Episcopus ad coronam passionis se inuitari sperans, alijs trepidantibus, quibusdam etiam prę pauore lachrymantib⁹, ille spiritu iocundo & hilari vultu stabat intrepidus optans & gliscens, vt vel vnum ictum aut vulnus in nomine Iesu accipere dignus habeatur. PAVLICIVS vero & legati videntes quia verè insaniunt omnes, & quia illic moram facere deterius est atque deterius; in medium populi exilientes, validissimo clamore, ac si & ipsi furerent, extentis manibus, silentium fieri postulant. Quib⁹ ad modicum sedatis, illi continuo prosecuti. Quid est hoc? inquiunt. Et causam totam in semetipsos transumentes, Nos, aiunt, hic in curia domini nostri ducis pacifice hinc exire permittite. Quid furitis in nos? Quem læsimus ex vobis? At illi, Impostorem, inquiunt, illum Episcopum & cæteros cum eo Christianos, Deos nostros blasphemantes interficere venimus. Sed si eos saluare vultis, ecce damus locum cito eos extra ciuitatem deducite. Plateæ autem ciuitatis palustres erant & lutosæ, & pontes extracti, & tabulæ vndiq; positę propter lutum. Arripiens ergo PAVLICIVS, per manum trahere cœpit Episcopum, & deducere, adhortans modestè, vt si posset properantius iret. Vt autem per medium turbæ omnes non inperturbatis passibus extra curtim vsq; ad pontes deuenimus: ecce quidam de turba vir barbarus & fortis, librata, quam gestabat ingenti phalanga, vasto ictu caput ferire visus est Episcopi: Sed ille auertens caput, humero ictum suscepit, eodēq; geminante cominus & alio eminus in eum iaciente contum, inter manus PAVLITII ac HILTANI

facer-

sacerdotis ducentium illum à ponte in lutum prosternitur Otto Episcopus. PAVLICIVS vero animo & corpore ibi se virum exhibens, iacentem Episcopum, nec propter imminentia tela deseruit, sed proprij corporis obiectu crebras percussiones excipiens, inque cœnum à ponte inguine tenus descendens subleuabat de luto prostratum. Similiter & alij Sacerdotes, & clerici dum protegunt illũ & iacenti manus porrigunt, fustibus & contis iuxta suum Pontificem in nomine Iesu vapulauerunt. Tandem multo discrimine ponte arrepto, rursum ire & abire cœperunt extra ciuitatem ibique à prudentioribus sedati cessauerunt, à nobis abeuntes. Ergo trans lacum de sicco ponte à tergo ne iterum impetum super eos facerent, in campo inter areas, & loca horreorum decumbendo respirauerunt videntes, & denumerantes socios; & quia nullus defuit, Deum benedicentes. ex hoc autem magis gaudentes, quod digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Postquam autem respirauerunt, & illi deseruierũt, Otto beatissimus, Proh dolor, inquit, bona spe cassati sumus. Palma in manibus erat; vos eam (Deus vobis ignoscat filij & fratres) extorsistis de manibus nostris. vix omnes illi ictus vnius passioni sufficerent. sed dum omnes ad coronam prosiluistis nec vnũ pervenire dimisistis. Cui PAVLICIVS, Satis, inquit domine, nobis visus es accepisse. Parum inquit ille quia voto minus. Tua quoq; audacia meam ex magna parte præripuit benedictionem. hoc autẽ dixit de ictibus quos ille intercœpit. Constat tamen Episcopum tribus plagis vapulasse. manserunt ergo per dies quinq; trans stagnũ quod cingebat ciuitatem, exspectantes, si forte meliori animo fierent. Interea vero Christiani ad illos sæpe ibant & redibãt; similiter & illorum primates veniebant ad istos, excusare se, stultis hominibus & vilioribus de plebe culpam illius tu-

multus imponentes. Habuit ergo Episcopus cum eis verbũ de fide Christianismi, quasi per ambages hortans eos & suadẽs. Præferebat etiã nomẽ & potentiã ducis POLONIÆ, & quomodo ad illius iniuriã spectat illata sibi suisq; contumelia, quidue mali contra eos inde oriri queat, nisi forte illorũ intercedat cõuersio, insinuauit. At illi consilium se accepturos dicebant; regressiq; ad suos omnia hæc tractabant diligenter atq; retractabant: tandemq; in vnius sententiæ formam concesserunt videlicet super hoc verbo se facturos quidcũq; facerent STETENENSES. hanc enim ciuitatem antiquissimam & nobilissimam dicebant intra POMMERANORVM, matremq; ciuitatũ, & satis iniustum fore, se aliquam nouæ religionis obseruantiam admittere, quæ illius auctoritate prius roborata non fuisset.

DE TRANSITV EIVS ad Stetinam.

XV. QVIBVS auditis Episcopus STETINAM nihil cunctatus adire festinat, & quendam de VILINENSIBVS ciuibus NEDAMERVM nomine, vt viam sibi monstraret, assumpsit. Hic autem familiaritate Episcopi bene vtens, cum filio suo quasi alter Nicodemus, occulte eos frequentabat, & quæ dicebantur, libenter audiebat. Alij quoq; nonnulli de ipsa ciuitate occulte Christum colebant tã viri quam mulieres. Isti etiam frequentabant eos, dum ibi moras facerent, deq; suis rebus eis humanitatem honeste impendentes, spirituali consolatione ab Episcopo recreati sunt; optantes, vt STETINA recipiente verbum Dei, VILINA quoq; recipere ex ratione pacti conuincatur. Quidam de ipsis quid de Christo sentiant, Christianis patefacientes, in locum suum occulte

occulte reuersi sunt. Ipsi vero peprepusculum noctis, applicantes ciuitati, egressi naues, curiam Ducis intrauerunt. Mane facto PAVLICIVS & legati primates adeunt; ex parte ducum se cum Episcopo missos referunt; causam viæ proponunt eis Euangelium, dant consilium, promittunt & terrent. At illi inquiunt, Quid nobis & vobis? Patrias leges nõ dimittemus, contenti sumus religione quam habemus. Apud Christianos, aiunt, fures sunt, latrones sunt, truncãtur pedibus, priuantur oculis; & omnia genera scelerum & pœnarum: Christianus execratur Christianum. Absit à nobis religio talis. Hæc & his simília protestantes, obdurauerunt aures suas ne audirent verbum. Omnibus igitur obstinatis per duos menses, & plus ibi morantes, nihil pæne profecerunt. Dum ergo tam longa & vtilis mora eis turbationi esset, consilium incidit legatos mittere ad Ducẽ POLONIÆ sciscitari, quid de Christianis iuberet, vtrum manere illic, an redire; & de contradictione ciuitatum, quid ei videretur. Quod consiliũ vbi ciuibus compertũ fuit, timebant quidẽ, tamen rogabant, vt mitterentur legati; suos cum illis hac ratione profectutos; dicentes, vt si apud Ducẽ perpetuæ pacis stabilitatem obtinere, tributũq; alleuiare queant; ni sibi coram suis & nostris legatis scripto firmatis Christianis se legibus sponte inclinarent. Abeuntibus ergo cum PAVLICIO Christianorũ & paganorum legatis, isti interim bis in hebdomada in dieb° stilicis mercatus, per medium fori populo ex omni prouincia conueniẽte, sacerdotalibus vestibus induti, CRVCEM portauerunt, & de fide atque agnitione Dei populum incredulum oportune & importune alloquendo, iugulum neci quodammodo cottidie aptauerunt: sed Deo protegente læsi non sunt. Plebs autem quæ de rure fuit, simplicitate sua & rerũ nouitate rapta, negocijs suis postpositis, prædicationem liben-

libentissimè accepit, quamuis credere non auderet. Et quia certis diebus CRVX portabatur, & sermones fiebant, magis propter verbum quàm propter forum ruricolæ cõfluebant.

DE CONVERSIONE DVORUM adolescentum.

XVI. QVOTIDIE autem fidei retia laxantibus, & nihil eis capientibus, & multum super hoc tædentibus, tandem benignus Dominus sedulitatem boni serui sui OTTONIS, laborem quoque ac mœstitiam miserando respexit. Nam duo pulcherrimi adolescentes filij cuiusdam nobilis de ciuitate, domum Christianorum frequentare, & familiares se præbere, paulatimque de Deo nostro, & de fide quærere cœperunt.

Episcopus autem sentiens quia in bono veniunt, futurorum bonorum præsagium captãdo ex his, blandis mulcet colloquijs atque de mundicia & honestate Christianismi, de immortalitate animarum, de resurrectione corporum, de spe & gloria vitæ æternæ, adolescentibus per singulos dies euangelizauit. Quæ omnia flante Spiritu sancto pueri altius suis inhibere pectoribus neq; diu cunctati credere se velle atque Baptismum percipere dixerũt. Episcopus ergò lætissimus pueros statim catechizat, ac de omnibus quæ Christianæ religioni competebant, diligenter instructos, iussit, vt loti & lotis induti, cum cereis suis, & albis sese præberent baptizandos. Illi vt moniti erant, silenter exequentes omnia, die statuto, parentibus inscijs, loti & purificati noiusq; ac mundis vestibus induti, cum albis & cereis percepturi sanctũ baptisma, se manibus

Episco-

Episcopi obtulerunt. Videres humano in corpore vultus angelicos. Videres expulsa Dæmoniaci squaloris inertia in vultibus iuuenum Christum, nouum hominem gratiosa iam coruscare aspectu. Pontifex ipse omnesque alij sacerdotes & clerici gauisi sunt, & admirati super gratia quam vidêre in pueris. Sed quid multa? baptizati sunt, propter octauam purificationis, octo dies apud Episcopum commorantes, in domos parentum non sunt reuersi.

DE ADVENTV MATRIS eorundem.

XVII.

MATER vero illorum (nam pater domo aberat) vbi quæ gesta sunt audiuit, pueris nõdum exalbatis, vltra quam dici queat, gaudio perfusa, cuidam de pueris suis, vade inquit, nuncia domino meo Episcopo, quia ipsum, & filios meos videre venio. Erat enim magnæ honestatis & potentiæ in ciuitate illa. Episcopus ergo audiens illam aduenire de subtecto exiens in graminis cespite sub diuo consedit, suosq; regeneratos adhuc in albis positos, circumsedentibus clericis, ad pedes suos collocauit. Sed vbi matrem eminus aduenientem conspiciunt, modestè consurgentes, & Episcopo inclinantes, quod aduertere pulchrum fuit, quasi petita licentia obuiam ei vadunt. Quos illa intuens albatos, magnitudine gaudij quasi amens & stupida, soluta in lachrymas subito in terram corruit. Accurrit Episcopus, accurrunt clerici, leuant, tenent, consolantur: putabant enim quod nimietate doloris defeciisset, at illa recuperato flatu, benedico, inquit, te Domine Iesu Christe, totius spei & consolationis auctor, quod filios meos tuis Sacramentis imbutos, tuæq; fidei veritate aspicio illu-

ſtratos. Scis enim Domine Ieſu Chriſte quod hos (tenensque oſculata pueros & amplexata) in ſecreto pectoris mei tuæ miſerationi iam per multos annos commendare non ceſſaui, petens vt hoc eis faceres quod feciſti.

Deinde ad Epiſcopum, Benedictus, inquit, introitus tuus in hanc ciuitatem, domine & pater reuerendiſſime: multum enim populum tua perſeuerantia domino hic habet acquirere. Non te fatiget dilatio. En ego ipſa quæ coram te aſto, Dei omnipotentis adiutorio, & tui, pater, animata præſentia, ſed & pignorum meorum freta ſubſidio, Chriſtianam me confiteor: quod hactenus non audebam.

Sicut enim proteſtata eſt, in diebus adoleſcentiæ ſuæ, de terra Chriſtianorum ablata fuit: & cum eſſet ingenua & ſpecioſa, gentili hominum marito ſuo diuiti ac præpotenti hero copulata eſt, & eoſdem filios ex eo ſuſcepit. Epiſcopus ergo ſuper his omnibus Deum benedicens, confitenti matronæ verbo confortationis fidem auxit & fiduciam, ſuæq; liberalitatis nõ immemor, griſeę pelliculę chlamidem precioſam ei dedit, & eadem petente atq; cum fiducia iam euangelizante, omnes eius domeſticos aqua tinxit regenerationis; deinde etiam omnes conuicinos eius ac familiares viros ac fœminas cum paruulis ſuis eadem ſocietas inuoluit. Pueros quoque ipſos poſt expletos octo dies, in die depoſitionis albarum, duabus camiſijs de ſubtili panno veſtiuit, & eaſdem camiſias aurifrigio in ora capiti & ſutura humerali atque brachiali ornari eis fecit, duoſque cingulos aureos tradens & calciamẽta picturata, verboque doctrinæ & Sacramento Euchariſtiæ & Communionis cum gaudio in matris domum remiſit. Ita miris modis aurum ſuum & donaria OTTO beatiſſimus expendit,

t. capitis vel capitij.

expẽdit. Vt enim salui essent homines precio cõduxit, verbo instruxit, rudesque alumnos, & spiritualibus documẽtis informabat, & corporalibus beneficijs conciliabat. Sed quanto fœnore donaria sua in thesauros domini sui aliquotiens congesserit, hoc proximo poterit aduerti eloquio.

QVOMODO PVERI REVERsi coæuis et conciuibus de pietate & liberalitate Episcopi prædicauerunt.

XVIII.

PRÆfati etenim pueri cum ad suos coadolescentes peruenissent, & quomodo ab Episcopo habiti & instructi essent, quanta esset apud illum disciplina & honestas, quanta pietas & mansuetudo nunciare cœperunt, mox etiam quantæ munificentiæ ac liberalitatis circa omnes existeret, prædicare obliti non sunt: atque in argumentum rei, cernite, inquiunt, his indumẽtis post omnia beneficia sua nos induit, his aureis cingulis honorauit. Pecunia sua captiuos redimit, suis impensis eosdem vestit, cibis reficit, & liberos abire permittit, quid vnquam simile visum auditumue est in terra POMMERANORVM? quid simile nostri pontifices & sacerdotes faciunt? Nunc certe aliquem visibilem DEVM inter homines adueniſſe ipsa gratuita redemptio captiuorum, in cippis & compedibus putrefactorum, multos ciues nostros fecerat autumare: sed ille hoc negans, non DEVM se, sed DEI altissimum seruum pro nostra salute ad nos directum, dici & credi optat; & animæ im-

mortalitatem, & corporum resurrectionem, & æternæ vitæ gloriam doctrinam dicit esse Christianorum. Quare non credatur ei? Hæc & his similia pagana iuuentus à iuuenibus audiens, aspirante gratia Dei, tracta est, & attracta per eosdem in eundem fidei feruorem; reuersiq; ad Episcopum, gregem non modicum adduxêre, Euangelium rudimenta suscipere cupientium. Quid multa? Catechizantur, baptizantur; & à pueris & iuuenibus cana patrum prudentia se passa est erudiri, flammaq; fidei paulatim progrediente concaluit ciuitas vniuersa: neq; iam occulte vel pauci, sed publice ac multi simul cotidie veniebant ad fidē. Interea præfatæ coniunx matronæ & pater primitiuorum in via domi absens vbi audiuit, quod vxor & filij totaq; domus eius proiecto paganismo, ritu viuerēt Christiano, mori voluit prę dolore. sed vxor prouida cognatos eius & amicos, qui malagma ei consolationis apponerent, obviam direxit ægroto; ipsa vero domi pro illius conuersione preces domino & vota non irrita offerre non cessauit. Itaq; reuersus ille cum non solum domesticos suos, verum & alios vicinos, & conciues suos, veterem hominem exutos, in nouitate vitæ conspiceret ambulantes, ad conformandum se illis, Deo visitante cor illius, facile inclinatus est.

QVOMODO POLISLAVS, *Dux Polonorum, literis suis Pommeranos ad fidem accenderit.*

XIX. DVM ea geruntur in ciuitate, PAVLICIVS & legati tam paganorum quam Christianorum, à duce POLONIÆ veniunt, peractis man-

mandatis & scripta tyranni secundum hæc verba reportantes.

POLISLAVS omnipotentis Dei fauente clementia Dux POLONIORVM, hostis omnium paganorum, genti POMMERANICÆ, & populo STETINENSI promissæ fidei sacramenta seruanti, Pacem firmam & longas amicitias, non seruanti vero cædem & incendia & æternas inimicitias.

Si occasiones quærerem aduersum vos, iusta esse poterat indignatio mea, quod quasi fidei vestræ transgressores vos retrorsum abire conspicio, & quod dominum & patrem meum OTTONEM Episcopum, omni honore ac reuerentia dignissimum, vita & fama in omni populo & gente præclarum, vestræ saluti, à Deo vero, & nostro ministerio, destinatum, sicut oportuit nō susce pistis, neq; hactenus secundum Dei timorem illius doctrinæ obediſtis. Omnia hæc vestræ valebant accusationi: sed interpellauere pro vobis responsales & mei & vestri, honorati viri ac prudentes, præcipue autem ipse pontifex, apud vos manens, Euangelista vester & Apostolus. horum ergo consilio ac petitioni acquiescere dignum iudicans, seruitutis ac tributi pondus, vt iugum Christi eo alacriores susci piatis, hoc modo releuare decreui. Tota terra POMMERANORVM ducis POLONIÆ, quicunq; sint illi, trecentas tantum argenti marcas publici ponderis annis singulis persoluant. si bellum ingruerit ei, hoc modo eum iuuabunt. Nouem patres familias, decimum in expeditionem armis & impensis abundè procurabunt, & eiusdem familiæ interim domi fideliter prouidebunt. Ista seruantes & fidei Christianæ consentientes nostram pacem porrectione pacis & manus, & æternæ vitæ gaudium consequemini, & in omnibus oportunitatibus vestris præsidia semper & auxilia POLONENSIVM, tanquam socij & amici experiemini. Igitur habita concione,

vbi coram populo & principibus verba hæc recitata sunt, multo quàm dum apud NADAM armis subacti sunt, lætiores, pacti sacramenta deuotè suscipientes, remota omni controuersia, *E*uangelicis traditionibus se submiserunt. Episcopus ergo arrepto tempore pulpitum conscendens, Nunc, ait, ad nostri sermonis officium ventum est. *E*t incipiens: Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete, modestia vestra, fides & conuersio vestra nota sit omnibus, nota sit omni mundo. Nam totus mundus pro vestra doluit infidelitate. Totus enim mundus, fratres charissimi, vsq; ad hunc terræ vestræ angulum, lumen veritatis agnoscit, & vos in tenebris remanere voluistis. Pudeat & pœniteat vos, creatorem vestrum hactenus vos non agnouisse. Nunc ergo tanto deuotius, quanto serius ad ipsum conuertimini, currite, festinate vt eos qui vos in fide præcesserunt, consequamini; hoc agere soliciti, vt qui de vestra cæcitate piè doluerunt, de vestra illuminatione possint in Christo gloriari. *E*t primo ipsis deceptionibus, dijs vestris, surdis & mutis, sculptilibus, & immundis spiritibus qui in eis sunt, signo CRVCIS armati, quanto citius renunciate, fana diruite, simulachra conuertite, vt hostibus eius ejectis à vobis dominus Deus vester Deus viuus & verus in medio vestri habitare dignetur. Nisi omnes enim alios DEOS abijciatis, ipsum habere propitium non potestis. fugit enim & indignum sibi reputat aliorum Deorum consortiũ; & nulla communicatio templo eius cum idolis. Sed scio quia nondum satis confiditis, scio quod timetis dæmones, inhabitatores fanorum & sculptilium vestrorum; & idcirco non audetis ea comminuere. Sed pace vestra sit, vt ego ipse confratribus meis sacerdotibus & clericis simulachra & concinas aggrediar; & si nos CRVCIS sanctæ signaculo præmunitos illæsos permanere videtis, eodem CRV-

CIS

cis muniti trophæo vos omnes nobiscum in securi & ascia excisis ianuis & parietibus deijcite illas & incendite.

QVOMODO IDOLA illorum confregerit.

QVOD cum audissent & annuissent, Episcopus & sacerdotes celebrata Missa & acceptæ communione, armati securibus & sarpis concinas aggrediuntur, & fana comminuentes & excidentes omnia scandentes tecta & conuellentes. Stabant autem ciues, aspicientes, quid dii facerent miserrimi, vtrum nam tecta sua defenderent, necne. At vbi de structoribus nihil mali euenire vident, Si inquiunt, aliquid diuinæ virtutis habent isti, quorum sacra & templa conuelluntur, vtiq; defenderent se. Si autem defendere se aut sibi prodesse non valent, quomodo nos defendere vel nobis prodesse poterunt? Et hæc dicentes, facto impetu diruunt & comminuunt omnia, ipsamq; lignorum materiam inter se diripientes, ad domos suas in vsum foci coquendis panibus & cibis comportabant. & quia plus habere fas erat, omnes illæ * concurræ numero quatuor mira celeritate confractæ sunt ac direptæ. Ne fortè vero minus pateat legentibus, quid significent, vel vnde dicantur concinæ, sciendum, quod sclauica lingua * in plerisque dictionibus latinitatem attingit & ideò concinere concinas antiquitus dictum esse putamus. XX.

alibi vocat concinas.

DE

DE IDOLO TRICIPITI destructo.

XXI. ERANT autem in ciuitate STETINENSI concinæ quatuor, sed vna, quæ ex his principalis erat, mirabili cultu & artificio constructa fuit interius & exterius sculpturas habens, de parietibus prominentes imagines hominum & volucrum & bestiarum tám propriè suis habitudinibus expressas, vt spirare putarentur ac viuere; quodque rarum dixerim, colores imaginum extrinsecus nulla tempestate niuium vel imbrium fuscari vel dilui poterant, id agẽte industria pictorum. In hanc ædem, ex prisca patrum consuetudine captas opes & arma hostium, & quidquid expræda nauali vel terrestri pugna quæsitum erat, sub lege decimationis congerebant, crateres etiam aureos vel argenteos, in quibus auguari epulari & potare nobiles solebant ac potentes, in diebus solennitatum, quasi de sanctuario proferẽdos, ibi collocauerunt, cornua etiam grandia taurorum agrestium deaurata & gemmis intexta, potibus apta, & cornua cantibus apta, mucrones, & cultros, multamq; supellectilem precioſam, raram & visu pulchram, in ornatum & honorem Deorum suorum ibi conseruabant, quæ omnia Episcopo & Sacerdotibus, vbi fanum dirutum fuerat, danda censebant. Sed ille, Absit à me inquit, vt à vobis ditemur, nam talia & his meliora domi nobis abundant: vos ea potius quorum sunt in vestros vsus cum Dei benedictione distribuite. Et aqua benedicta omnia conspergens, & sanctæ CRVCIS super ea benedictione facta, iussit, vt inter se illa diuideret. Erat autem ibi simulachrum triceps quod in vno corpore tria capita habens, TRIGLAVS vocabatur: quod solum accipiens ipsa capitella sibi cohærentia

herentia, corpore comminuto, secum inde quasi pro trophæo asportauit, & posteà Romam pro argumento conuersionis illorum transmisit, scilicet ad videndum domino Apostolico & vniuersali Ecclesię, quid ipse illius obedientiarius vellendo & plantando, ædificando & destruendo, apud gentem illam profeciſſet. Tres vero aliæ concinæ minus veneratiõnis habebant, minusq; ornatæ fuerant: Sedilia tantum intus in circuitu extructa erant, & mensæ: quia ibi conciliabula & conuentus suos habere soliti erant. Nam siue potare, siue ludere, siue seria sua tractare vellent, in easdem ædes certis diebus veniebant & horis. Erat præterea ibi quercus ingens & frondosa & fons subter ea amœniſſimus, quam plebs simplex numinis alicuius inhabitatione sacram æstimãs, magna veneratione colebat. Hãc etiam Episcopus cum post destructas cõcinas incidere vellet rogatus est à populo ne faceret. Promittebant enim se nunquam vlterius sub nomine religionis nec arborem illam colituros nec locum; sed solius vmbræ atq; amœnitatis gratia, quia hoc peccatum non sit, saluare illam potius quàm saluari ab illa se velle. Qua suscepta promiſſione, Acquiesco, inquit Episcopus de arbore: sed illum vnum, numen vnum sortium vestrarum de medio tolli oportet: quia nec augurium, nec sortilegium exercere Christianis licet. Ierem. 1

DE SORTILEGIIS ET AVgurijs penitus abrasis.

HABEBANT enim caballum miræ magnitudinis & pinguem, nigri coloris, & acrem valde. Iste toto anni tempore vacabat, tantæque fuit sanctitatis, vt nullum dignaretur sessorem; habuitq; vnum XXII.

de quatuor Sacerdotibus, templorum custodem diligentissimum. Quando ergo itinere terrestri contra hostes aut prædatum ire cogitabant, euentũ rei hoc modo solebant prædiscere. Hastæ nouem disponebantur humo, spacio vnius cubiti ab inuicem separatæ. Strato ergo caballo atque frenato, Sacerdos ad quem pertinebat custodia illius, tentum freno per iacentes hastas transuersum ducebat ter, atque reducebat. Quod si pedibus inoffensis, hastisq; indisturbatis, equus transibat, signum habuere prosperitatis, & securi pergebant; sin autem, quiescebant. Hoc ergo genus sortium aliasq; lígneas calculationes, in quibus naualis pugnæ vel prædæ considerabant auguria, quamuis multum renuentibus aliquibus, Deitãdem auxilio, penitus abrasit, ipsumq; profani Vaticinij caballum, ne simplicibus esset laqueus offensionis, in aliam terram vendi præcepit, asserens hunc magis quadrigis quàm prophetijs idoneum, cumq; omnes superstitiones & enormitates suas, Episcopo docente abiecisseht, monuit etiam, vt omnes Christianos fratres suos reputantes, nec venderent, nec interficerent, nec prædas ex eis tollerent, sed fraterne ac socialiter se cum omnibus gererent, eademq; ab illis mutuo sperarent. Et quod immanitate crudelius erat, fœmineos partus necare, ne vltra fierent mulieres *collaudaræ monebat. Nam vsque ad hæc tempora, si plures filias aliquæ genuissent, vt certis facilius prouiderent, aliquas ex eis iugulabant, pro nihilo ducentes parricidium.

DE SACERDOTE IDOLORUM mortuo.

XXIII. EMVNDATA igitur ciuitate ab immanitate scelerum & spurcitiarum, abdicata etiam coniugum pluralitate, adiuuantibus & coëuangelizantibus

busillis qui ante vniuersalem populi consensum fidē priuatim acceperāt, fiunt catechismi per vicos & capita platearum, tuba insonat Euangelij, CRVCES eriguntur, crucifixus adoratur, omnis ætas, omnis lingua Christum nominat, ruminat, verbaq; fidei aut discunt omnes aut docent. In tàm ingenti autem ciuitate, quæ nongentos patresfamilias absque paruulis & mulieribus, & reliqua multitudine numeratos habebat, non est inuenta persona quæ post generalem consensum Euangelij, veritati se subtrahere niteretur, nisi tantum ille Sacerdos qui præfati caballi curam susceperat. Hic autem cum multis importunitatibus fatigaret Episcopum, & bono semini zizania superiaceret, die quadam cum multa prece ab omnibus rogatus, & ab Episcopo multis rationibus superatus, ex obstinatione nullo modo vellet acquiescere veritati, nocte ipsa diuina vltione percussus tumore ventris ac dolore crepuit & mortuus est. Quod factum vniuersæ ciuitati magnum incussit terrorem, omnesq; Christum laudantes, fortem Deum suaq; legis æmulatorem vocitabant.

QVOMODO CATECHIZATOS baptizauit.

XXIIII.

DESTRVCTIS ergo fanis alijsq; simulachris, mutato diuinitus Sacerdote, victoria CRVCIS erigitur, construuntur Baptisteria, dolia humo infodiuntur, cortinis velantur, omnibusque religiose ac sancte aptatis', populus per aliquot dies ante catechizatus & instructus, ad aquam regenerationis cum multa grauitate ac disciplina se offerebat, toto corpore balneis prius abluti, & lotis ac mundis vestibus induti, cereos ardentes & albas suas gestantes, & Spiritus sancti accensi desiderio, singuli apud se in cordibus

Psalm.41. suis cantantes: Tamquam ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. quando veniam & apparebo ante faciem domini? Pater etiam eorum spiritualis feruorem & studia filiorum tacita mente considerãs abundantia lætitiæ spiritum excitante, obortisq; præ gaudio lachrymis inter agendum in vocẽ exultationis erupit dicens exhortando, Venite filij, audite me, timorem domini docebo

Psalm.33. vos; accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Neq; ab re fuit talis in omnes sacerdotis exhortatio: videbat enim quod & alij comites sui cum magnæ admirationis tripudio contuebantur, quodq; ipsi ciues nos contemplari monuerunt, in vultibus scilicet omnium baptizatorum quendam iucundum & spiritualis gratiæ rutilare fulgorem, ita vt baptizati à non baptizatis, veluti lux à tenebris, facile discerni possent; quiduè tenebrosus dæmon suis cultoribus, & quid Deus lucis auctor & amator suis dilectoribus conferre habeat, omnibus intueri promptum fuit. Currebãt ergo de ipsa ciuitate & de omni circum prouincia felices animæ, ad regales nuptias ingredi cupientes, & Episcopo seorsim tinguente solos mares pueros, alijs autem, atq; alijs sacerdotibus seorsum viros, & seorsum mulieres, apud omnes opera Dei seruabant, & de Ægyptia seruitute populo acquisitionis transito mari liberato, velut olim ad montem Sinai lex panditur Euangelij; & quid Christianis fugiendum, sequendumue sicut fide plena docentur, sic & plena intentione discunt, & facere

Ierem.1. ardent. Manserunt autem in eodem loco negotiosi operatores fere alijs tribus mẽsibus destruẽtes & ædificantes & euellẽtes, plantantes & plantata irrigantes, ipso agro dominico suis cultoribus grata & gratuita fœcunditate victũ præbente necessarium. In omnibus enim victui eorum com-

pe-

petentibus liberales eis exiſterunt & humani, optantes, vt ſi fieri poſſet, vt nunquam à ſe diuelleretur. Ordinatis illic autem omnibus quæ rudi Eccleſiæ profutura credebãtur, exſtructaq; baſilica diligẽti cura in medio foro STETINENSI, collatiſq; omnibus quæ ſacerdotalis officij ratio poſcebat, qui populo præeſſet, ſicut vbique faciebat, ſacerdotem inueſtiri curauit.

QVOMODO AD VILINAM *tranſierit.*

VLMENSES autem, Epiſcopo ignorãte, quoſdam homines cautos & gnaros STETINAM miſerant, exploraturi tacitè, quid nam illic ageretur, ſi Epiſcopus ab eis reciperetur, an non; & qui omnes vias & ſtudia Epiſcopi diſcerent atq; referrent. At illi vbi habita exploratione diligentiſſime nil impoſturæ aut doli circa Euangelizantes inuenerunt, & STETINENSES, licet tarde, fidem tamen vnanimiter ſuſcepiſſe viderunt; reuerſi ad ſuos, in ore Apoſtolorum vel Euangeliſtarum, pagani, paganis iſtis abſentibus, quanta bona vidiſſent & audiſſent, & quam bona, & quam munda eſſet fides & doctrina Chriſtiana, prædicare non ceſſabant; eorumq; verbis paulatim ſcintillãtibus, quaſi arundine tota ciuitas incanduit, & iam tædere atq; horrere ſuper ſuis abominationibus, ſuaq; idola & errores quibus inuoluti tenebantur execrari cœperunt. Epiſcopus autem tenorem pacti quo ab eis receſſerat, mente habens, cogitabat quidem ſtatim poſt conuerſionem STETINÆ ad eos properare: ſed rogatus eſt duo prius inuiſere caſtella, GRATICIAM videlicet & LVBINVM quæ in confinio poſita ad pagum pertinebant STETINENSEM. At vbi homines illi, velut a- XXV.

rida imbrem sitiens verba Euangelij susci pientes, fidei sacramentis imbuti sunt, exstructo altari & sanctificato per castellum vtrumq; atq; ordinatis illic sacerdotibus, per ODORAM flumen in mare lapsi vento meliori ad VILINÆ litora nauigauerunt. Quanto autem exultationis tripudio illic recepti fuerint, & quanta humilitate illorum & satisfactione priores iniurias obliuisci Episcopum rogauerunt, non potest explicari sermone. Quidquid autem suscipiēdi Christianismi ratio exigebat, discere & facere, assumere vel reiscere, nō morabantur; ita vt illic impleretur quod scriptum est: Dominus dixit & facta sunt. Populus quem non cognoui seruiunt mihi in auditu auris obediunt mihi. Nam quos prius contis & fustibus à suis terminis satis inclementer exturbauerant, postmodum quasi angelos de cœlo venientes summo studio venerati sunt, sanctum arbitrantes atque diuinum, quidquid ab eis dictum vel factū est. Sed quid plura? tota ciuitas & prouincia cum populo suo apposita est ad Deum, tantaq; fuit multitudo virorum & mulierum, & vtriusq; sexus puerorum, vt in spatio duorum mensium, quamuis sine cessatione ageretur opus, vix omnes tingi potuissent. Quantum & illic sudoris & laboris sanctæ semper memorię OTTO loquendo & clamando in turba, baptizando, & faciendo multa, pertulerit, qui videt omnia, considerat Deus. Sed quia ciuitas hęc in meditullio sita est POMMORANIÆ ciuesque VILINENSES fortes & duræ cervicis sunt, tam Dux Vrocizlaus quam princeps terræ sedem Episcopatus fore censuerunt, scilicet vt gens aspera ex iugi doctoris præsentia mansuesceret, nec ad pristinos rediret errores; & de medio ad omnes terræ terminos Chrisma & alia quæ ab Episcopo accipienda sunt, facilius deportari possent. Itaq; duas illic basilicas fieri præcipiens, altaria tantum, & sanctuaria sanctificauit;

quia

qua reliqua pars interim consurgebat & perfectionem exspectare longum erat ad alia festinanti.

QVOMODO A IVLINA Clonodam venit.

MOVENTES autem à IVLINA CLONODAM venerunt, nihilq; difficultatis aut contradictionis illic inuenientes sanctæ CRVCIS trophęum ibi erexerunt, & quia locus nemorosus erat, & amœnus & ligna ad ædificandum suppetebant, in honore sanctæ CRVCIS ingentem Ecclesiam de nobili ædificio fundauerunt, & cum lætitia & gaudio populum catechizantes & baptizantes, quia messis multa erat, ad vlteriora progredi festinauerunt. Transito autem flumine qui CLODONAM præterlabitur, ciuitatem quandam inuenerũt magnam quidem ambitu & spaciosam, sed raros incolas. Nam ferro & incendio se vastatam adustionum signis & cadauerum aceruis, spectantibus indicabat. Ipsi autem tenues incolæ illorum se fuisse clientulos qui à duce POLONIÆ illic interfecti erãt, & captiuati, asserebant & à facie gladij saluatos se fugæ præsidio. refecerant autem ex ramis & virgultis circa ruinas parietum tuguria & vmbracula, quibus tegebantur, quousq; tecta meliora instaurarẽt. Hos pater optimus verbis consolans & stipe releuans benignissime instruxit & baptizauit. Multi etiã de viculis circumpositis ruriculæ illic confluẽtes fidei percepere sacramenta. XXVI.

QVOMODO A CLODONA Colobregam intrauerit.

XXVII. INDE COLOBREGAM peruenerunt, quæ ſuper litus maris ſita eſt. Sed quia ciues illius pœne omnes more inſtitorum ad exteras inſulas cauſa negotiandi nauigauerant, illi, qui domi reperti ſunt, abſentibus ſuis conciuibus, nihil ſe noui aggreſſuros dicebant. Hacq; ſub occaſione aliquandiù reſtiterunt euangelio. Tandem exhortationibus crebris ab *E*piſcopo ſuperati ſunt. Confirmatis ergo eiſdem in fide ſanctæ *T*rinitatis & Baptiſmo renatis & fundato altari & ſanctuario, cæterisq; quæ naſcenti Eccleſię vtilia credebantur ordine peractis, diei vnius itinere diſtantem à COLOBREGA BELGRADIAM petens, ſimili operum effectu illic lætificatus eſt, omnibus ſe domino ſponte applicantibus. Quod vbi factum erat, viſum eſt ei bonum eſſe omiſſis quatuor quæ ſupererãt ciuitatibus cum pagis viculis & inſulis ſuos, VNXNOIMIA videlicet, HOLOGOSTA, GOZANGIA, *E*IMINA, quia tempus eum reuocabat, hyems quippe erat, id quod plantauerat interim irrigare, ne fortè dilatando tantum agrum ſuum, & non etiam excolendo, in vacuum curreret, aut cucurriſſet; quin etiam ſi vlterius procederet, ante diem palmarum ſicut diſpoſuerat, redire ad ſuam ſedem conſecraturus criſma minimè potuiſſet.

QVOMODO DETINERE Illum ac Epiſcopum habere voluerint.

XXVIII. DISCRETVS ergo pontifex apud BELGRADIAM terminum ponens *E*uangelij, omnia loca & ciuitates ſuperius nominatas, in quibus ſemina fidei

fidei sparserat fidelis agricola denuò perlustrauit, cogniturus, quomodo se habent sata, & ecce omnes quas imperfectas dimiserat basilicas & Ecclesias, perfectas inuenit. Ad opus ergo dedicationis deuotus & lætus accingitur, atq; intra dedicandum Chrismatis vnctione populum confirmãs, etiam quàm plurimos inuenit baptizandos, qui generali baptismo prius interesse non poterant, eo quod in exteris partibus peregrinati negotia sua exercerent, quorum profecto CLODONÆ, IVLINÆ, STETINÆ, maxima erat copia. Mira quippe auiditate, audito quod Episcopus ab eis discedere vellet ad eum confluxerunt, infelices se reputantes, quibus sine illius benedictione remanere contingeret. Quæ res in singulis locis aliquandiù eis remorandi causa fuit. Nullam autem ciuitatem aut locum plantationis suę relinquere voluit quam nõ semel aut sæpius ante exitũ de terra confortationis aut cõsolationis causa reuiseret. Talibus ergo visitationibus regione per agrata, consolando, confirmando, atque salutando amicos, paternos, & filiolos suos, in pacis osculo dimisit eos & dimissus est lachrymis & gemitibus diuulsionis dolorem vtrinq; temperantes. Et vt veritas proferatur, multotiens toto conamine eos iugiter apud se retinere moliti, dñ. Episcopum, vt Episcopatum ibi gubernaret, ardentissimè rogabant; se ipsos & omnia sua illius ditioni seruire pollicentes. Et vt verum fateamur tanto amore suæ plantationis flagrabat Episcopus, quod voluntatem plenariam apud eos remanendi haberet, sedà clericis suis dissuasus est.

DE NATVRA POMORANIAE

& quomodo ad ducem Poloniæ â Pomerania rediens venerit, & ab eo tam ipſe quam ſui donati ſunt.

XXVIII. POSSENT etiam in his locis non importunè eſſe cœnobia, & maximè huius temporis ſanctorum, qui terram vberem quam ſcopulos aridos vel ſqualentem eremum incolere malunt, ſuæ memores imbecillitatis. Nam piſcium illic tam ex mari quam ex aquis & lacubus & ſtagnis abundantia eſt incredibilis, carratamq; pro denario * recenter accipiens halecis, ferinæ, ceruorum, bubalorum, & equulorum agreſtium, vrſorum, & aprorum, porcorum omniumq; ferarum copia redundat omnis prouincia butyrum de armẽto, & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum, cum abundantia mellis & tritici, cum canopo & papauere & cuncti generis legumine: atque ſi vitem & oleam & ficum haberet, terram putares eſſe repromiſſionis, propter abundantiam fructiferorum. Sed *Epiſcopus* vitem attulit & implantari fecit vt tellus ea vel ſacrificio vinum procrearet. Tanta ergò fides & ſocietas eſt inter eos, vt furtorum & fraudum penitus inexperti, ciſtas aut ſcrinia non habeant ſerata. Nam ſeram vel clauem ibi non viderunt, ſed ipſi admodum mirati ſunt quod clitellas Epiſcopi & ſcrinia *Epiſcopi* ſerata viderunt. Veſtes ſuas pecuniam & omnia precioſa ſua in cuppis & dolijs ſuis ſimpliciter coopertis recondunt, fraudem non metuentes vtpote inexperti. Et quod mirum dictu, menſa eorum nunquam diſarma-

* m. ſtredentis.

disarmatur, nunquã deferculatur, sed quilibet paterfamilias domum habet seorsum mundam & honestam tantum refectioni vacantem; illic mensa cum omnibus quæ bibi ac mandi possunt, nunquam vacuatur, sed alijs assumptis alia subrogantur; non forex non scrilegus admittitur, sed de mappa mundissima fercula teguntur commesturos exspectantia. Quacunque igitur hora reficere placuerit, hospites sint, domestici sint, omnia parata inueniunt intromissi ad mensam. Et de his satis dictum est.

Reuertentes autem de terra illa transitum fecerunt per patrem eorum ducem POLONIÆ. Retribuat illi dominus Iesus in die agnitionis suę. omnia bona ostendit omnibus. Nam tantæ affectionis tantæq; benignitatis circa eos exstitit, vt etiam in POMMERANIA positis hyemis tempore vir ille optimus vestes eis mitteret hyemales, Episcopo, & vnicuiq; secundum suam personam idoneam tàm clericis quam militibus siue scutiferis omnibus. Tunc ergo consummatis his ad quæ eos vocauerat ipse ad se reuersos omnes ipsos vt filios charissimos excipiens, *E*piscopum cœterosq; congruis honoribus habitos nullum dimisit indonatum. Denique festinantes vidit cum multa gratiarum actione dimissos vsque in BOEMIAM eos fecit conduci. *E*piscopus vero propter festinationem de Episcopatu POMMERANIÆ pro voto suo tunc ordinare non potuit, sed de prudẽtia ducis confisus ei ex otio commisit ordinandum. At ille vnum de capellanis suis ADALBERTVM nomine, quem de latere suo cum alijs duobus sacerdotibus in adiutorium concesserat *E*piscopo, Præsulatus honore in gente illa sublimauit. Itaq; iuxta propositum suum ante diem palmarum ad sedem suam sanctus OTTO reuersus est.

INCIPIT LIBER Tertius.

QVOMODO POST QVAdriennium plantationem suam reuiserit.

I. POST hinc triennio domi detentus post quadriennium, quamuis multis domi teneretur negotijs, ipse tamē amore nouellæ coloniæ suæ flagrans, omnibus postpositis illam reuisere adgreditur. Sed ne forte grauaret, per quos dudum transierat, Ducem BOHEMIÆ vel Ducem POLONIÆ, alio suè illius viæ hospites & amicos suos, per SAXONIAM iter disposuit, & apud Hallam naues victualibus onerans per ALBAM flumen in HABALAM perlapsus LEVTICIÆ littora vsq; adductus est. Et ne inanis & vacuus adueniens sponsæ suæ vilesceret, neue ij qui adhuc conuertendi erant, si modo cum sumptu poneret qui prius sine sumptu posuerat euāgelium, contra se murmurarēt, in auri, & argenti copia, in purpura, & bysso, & pannis preciosis & muneribus magnis & varijs pro varietate personarum, diues studuit aduenire, cunctaq; HALLÆ coēmpta & nauigio vsq; in LEVTICIAM portata curribus & quadrigis quinquaginta cum annona imponens ibi per terram LEVTICIÆ vsq; TIMINAM ciuitatem POMMERANIÆ transportauit. Quo vbi cum labore ac fatigatione ventum esset, multos horrores & pauores illa nocte ibi sustinuerunt. Nam ciuitas illa, Dei adhuc ignara,

ignara, cruda quodammodo & barbara fuit Christianis, & ij ignoti ad ignotos venerunt. Solum tamen vrbis præfectum in priori peregrinatione cognitum habentes, ipsum de hospicio conuenerunt: sed ille amicè eos suscipiens & alios quoq; se hospites habiturum dicens, arcem iuxta ciuitatem in veteri castello eorum mansioni designauit, in qua fixis tentorijs se requieturos sperantes vanis terroribus tota illa nocte agitabantur.

QVOMODO TIMINAM venerit.

NAM Dux POMMORANIAE populaturus LEVTICIAM cum exercitu eadem nocte illò venturus erat: Timinēses aut Leuticios audierant ad pugnam ibi ei occursuros. Vnde nō modica trepidatio fuit in ciuitate. ingruente igitur noctis silentio, exercitus ducis per turmas suas illuc confluxit, factumq; est, vt vna cohors peditū, & altera cohors equitum ex diuerso iuxta ciuitatem conuenientes, quia nox erat, vtriq́ue se hostes suspicati, diutissimè gladijs cæderent. Nostri vero strepitu ac tinnitu armorum excitati & exterriti, ignem in castris aqua perfuderunt, fugam meditantes. Interea socios se agnoscentes, illi à pugna desierunt. Præfectus vero misso satellite causam illius tumultus eis insinuans, ne timerent rogauit; sicq́ue animati constiterunt in loco suo. facto mane Dux cum exercitu omni ad prædam festinans, Episcopum videre non potuit; sed missis nuncijs ibidem illum die illa rogauit se exspectare. Circa meridiem vero LEVTICIAM quaqua II.

versum fumigare aspexerunt, signum omnia vastantis exercitus. Ad vesperum autem ecce Dux voti compos multa onustus præda cum suis omnib⁹ & incolumis reuertitur. Aspiciebat namq; Episcopus quia diuidebāt spolia, vestes, pecuniam, pecora & aliam diuersi generis substantiam, homines quoq; quos captiuauerant, inter se distribuebant. Ibi vero fletus & gemitus & dolores innumeri, cum ad diuersos duos pro ratione diuisionis vir ab vxore, & vxor à viro, & parentes à filijs discedebant. Et quamuis pagani omnes essent, omnes quos huiusmodi miseria inuoluerat, Episcopus tamen pius semper & misericors, conditionem miseratus humanam, lachrymas tenere non potuit. Dux vero & successu rerum & de aduentu Episcopi lætissimus videns quia hoc eius voto placuit, teneriores, & infirmiores quosdam absolui præcepit, & quibus seperatio dolori, manere simul, eius interuentu, ordinabat, auditoq; eo multa faciebat, & libenter ei obaudiebat. Episcopus etiā multos precio absoluit, quos tamen fide imbutos baptismoq; nouauit renatos & liberos abire permisit. Deinde cū mutuis colloquijs se recreassent & inuicem muneribus honorassent, Duce ad sua negotia digresso Episcopus omnē substantiam suam & populi qui secum erat, TIMINÆ nautibus imponens per proni fluminis vndā tribus diebus VNZNOIMIAM vecti sunt, Episcopo in itinere terrestri cū paucis gradiente, in ora hac Euangelico vomere agrum domini sui proscindens, semen spargit fidei, neq; ibi difficultas erat in opere: quia ciuitas illa præcompluta fuerat imbre doctrinæ salutaris. Sacerdotes enim quos pater beatus operis sui vicarios in gēte illa reliquerat VNZNOIMIAM ex magna parte conuerterant: reliqua pars per Episcopum apposita est ad dominum.

QVO.

QVOMODO A TIMINA VNZNOIMIAM veniens per Frozizlaum Ducem Apostasiæ eos arguerit.

III.

AGITVR in hac ciuitate, quia prope fuit festum Aduentus spiritus sancti, Dux terræ FROCIZLAVS toto corde Christianꝰ instinctu Ottonis baronibus ac capitaneis totius prouinciæ acpræfectis ciuitatum in festo Pentecostes conuentũ indixit; causam simul Christi mandans Euangelium & *E*uãgelistam iterum aduenisse Ottonem Episcopum. Itaq; die statuto congregatis omnibus, adducto in medium Episcopo Dux ait, En ad quod venistis? En coram est nuncius altissimi. Pacem fert non arma, neq; vestra sibi, sed vosmetipsos Deo lucrari quærit. Attendite oro. Ante hoc quadriennium in superioribus huis terrę partibus docens, me teste, nostis quoque & ipsi, omnia repleuit *E*uangelio. *E*t tunc quidem has partes visitare volebat, sed Deo prosperante negotia sua toto anno illo sanctis operibus illic tenebatur occupatus, emensoque anno ad sua reuerti suæ sedis rationibus cogebatur, nec ad vos venire prævaluit. Sed quæso vna mecũ & huius & illiꝰ vię causas diligenter aduertite, quodq; in omni causa fieri solet, quis, vel quare, quid, vel quomodo agat, altius cõtemplemur. *E*t primo de persona id vobis cõstat, quia homo religiosus senio & canicie venerabilis est. Hoc n, & ipsi videtis de cuiꝰ nobilitate opera testan-

testantur, & virtutes, & alta, vt fida relatione didicimus, auorum & pro auorũ eius linea natiuitatis. Porro si dignitatem quærimus præsulari fulget officio & vniuersis TEVTONICI regni principibus speculum est & lucerna. Imperatori quoque Romano & Apostolicæ sedis pontifici gratus valde est & vnicè familiaris, in auro quoq; & argento, in ministerialibus, & feudatis, in agris, & possessionibus, & quæcunq; hic mundus preciosa vocat, dominum diuitem nouimus & glorioſum. Nunc etiam opulentus venit vestræ saluti ministraturus, nec aliunde quàm de suis sumptibus apud vos viuere propositum habens. Sed rogo quid intendit, vt quid tantæ viæ laborem aggressus, nec proprio corpori nec sumptibus parcit? sed vt breuiter dicam, sicut & pridem, nihil aliud quęrit, nisi vos omnes separare a Diabolo, & per fidem Catholicam iungere domino Iesu Christo. Sed quo nam modo? non fraudulenter non violenter, non lucri alicuius terreni, sed vestræ tãtum salutis gratia, & Dei honoris benignitate. Et nunc quidem nihil iustæ excusationis à vobis inueniri poterit, super hoc tali vero quo minus eum audire debeatis. Neque enim is est cui necem aut patibulum, ob circumuentionis vel imposturæ culpam intentare conueniat, vel alterius generis iniurias, quemadmodum & pauperibus Christi prædicatoribus paulò ante feciſtis, suspicati, dolo, & fraude, quæstusúe gratia nudos homines & inopes rerum, loqui verbum Dei. Sed illi quidem plagis & verberibus pro veritate subacti à vestris finibus abscesserunt, vos autem hûc vsq; in infidelitate perstitistis. Pudeat iã & pœniteat vos longi erroris & ignorãtię, & qui noluistis audire mendicos Euangelistas, audite opulentos. Dixistis namque & subamodo blasphematis, quia Deus Christianorum vilior esset omnibus dijs atq; inferior, q. suæ doctrinę

ministros

miniſtros habere non poſſet, niſi tantum homines imperitos & ruſticos, mendicitati, egeſtatique addictos. Et vos quidem in inſania veſtra hæc dixiſtis: ille vero pius, & miſericors, & præſtabilis ſuper malitia, quaſi morem gerens inſipientiæ veſtræ, de imperitia, vel ruſticitate, de imperio etiam mendicitatis legati, omnem vobis abſtulit excuſationem. Supereſt modò, vt nos qui primi & maiores dicimur ac ſumus, veſtræ dignitati conſulamus, tàm digniſſimæ ac ſanctiſſimæ rei conſentientes, vt populus qui nobis ſubiectus eſt, noſtro poſſit erudiri exemplo. Quicquid autem religionis, vel honeſtatis ſecundum DEVM vel homines aggrediendum eſt, iuſtius atque decentius autumo, vt à capite hoc in membra, quàm vt à membris deriuetur in caput: *Et* in primitiua quidem *Eccleſia*, ſicut audiuimus, religio fidei Chriſtianę à plebe & plebeijs perſonis incipiens ad mediocres progreſſa, etiam huius maximos principes mũdi inuoluit: reddamus vicem *Eccleſiæ* primitiuæ, vt à nobis principibus incipiens, & vſq; ad mediocres progreſſa, facili prouentu totum populum & gentem ſanctificatio diuinæ religionis illuſtret. Sed quid plura? Affuit Spiritus ſancti gratia, & ſermonem Ducis omniũ cordibus altius quàm dici queat, inplantauit, omnesq; pari voto pari conſenſu faciendum, reſpondent, quidq; d *Epiſcopus* ſuaderet. Igitur occaſione ipſius temporis de aduẽtu *Spiritus ſancti*, de remiſſione peccatorum, de varijs chariſmatum donis, de bonitate & clementia diuina, ſermone mirabili præſul eos alloquens, euangelizauit illis Ieſum. Et quoſdam quidem iam dudum Chriſtianos, ſed errore paganiſmi denuò inquinatos, præſenti ſermone ad conpunctionem & validam cordis contritionem emollitos, cum magno fructu aſpicientium, per manus impoſitionem Eccleſiæ reconciliauit, alios autem certatim ſe

offerẽtes catechizatos ac pro tempore instructos baptizauit, & totam illam hebdomodam doctrinæ sacrisq; operibus instabat, gaudio ingenti, adeò vt verè Spiritus sancti præsentiam illic adesse certissimè constaret. Itaque concilium hoc non antea solutum est, quam principes ipsi & omnes qui cum eis aduenerant, baptismi Sacramenta percepissent.

DE SACERDOTE IDOLORVM *vice numinis rusticum alloquente.*

IV. PORRO fama facti repente in vniuersam prouinciam diuulgatur, villas & vicos in studia diuersa conscindens, alijs dicentibus, quia bene est: alijs autem dicentibus, Non, sed magis seductio magnates apprehendit. Ipsi vero Sacerdotes idolorum non minima causa huius concisionis erant, appositi eis, quibus displicebat, quod factum fuerat, sua nimirum lucra cessatum iri non ignorantes, si culturæ Dæmonum illic aboleretur, vnde modis omnibus rem præpedire moliti, varia calliditatis suæ argumenta visionibus, somnijs, prodigijs, & varijs terroribus confinxerunt. Quin etiam in HOCOSTA ciuitate quo tunc proximè aduenturus nunciabatur *E*piscopus, sacerdos qui illic idola ministrabat, nocturno tempore vicinam siluam ingressus, & in loco editiori secus viam inter condensa fruticum sacerdotalibus indutus astabat, & mane summo quẽdam rusticum de rure ad forum gradientem his alloquitur verbis; Tu inquit, bone homo. At ille respiciens in eam partem, vnde vocem audierat, inter virgulta personam cãdidis indutam, quamuis luce videre cœpit & timere. *E*t ille, Sta, inquit, & accipe

cipe quæ dico. Ego sum Deus tuus ego sum qui vestio & graminibus campos & frondibus nemora & fructus agrorum & lignorum fœtus pecorum, & omnia quæcunq; vsibus hominum seruiunt mea potestate hæc dare solco cultoribus meis, & his qui me contemnunt auferre. Dic ergo eis qui sunt in ciuitate HOLOGASTENSI, ne suscipiant Deum alienum, qui eis prodesse non possit; mone etiam vt alterius religionis viros, quos ad eos venturos prædico, viuere non patiantur. Hæc vbi ruricolæ Dæmon visibilis edixerat, ad densiora nemora se contulit in posterum: rusticus verò quasi de oraculo stupidus, corruens pronus adorauit in terram Deinde abiens in ciuitatem cœpit annúciare visionem. Quid plura? Credidit populus iterumque atq; iterum circumdantes hominem, eadem sæpius narrare cogebant, moti videlicet monstri nouitate.

Postremò ac si nescius omnium aduenit Sacerdos indignationem simulans, primo quasi de mendacio, deinde attentus audire & obtestari cœpit hominem, vt vera tantum narrans, nullo figmento populum solicitaret. At ille, vt erat rusticanæ simplicitatis & forti protestatione rem ita se habere asserens etiam locum ipsius apparitionis se ostensurum pollicetur. Tunc sacerdos conuersus ad populum vane suspirans, En, hoc est, inquit, quod toto anno dicebam. Quid nobis cum alieno Deo? quid nobis cum religione Christianorum? Iuste mouetur & irascitur Deus noster, si post omnia beneficia eius stulti & ingrati ad alium conuertimur. Sed ne iratus occidat nos, illis irascamur & occidamus eos, qui nos seducere veniunt. quod dictum cum placuisset omnibus, firmauerunt decretum vt si Episcopus OTTO vel quispiam de societate eius ciuitatem intraret, sine mora occideretur. Item firmauerũt sibi sermonẽ nequam scilicet vt si nocte vel clam intrãtes quispiã

tecto reciperet, simili sententiæ subiaceret. Et hæc agentes multis opprobrijs & verborum iniurijs religionẽ Christianorum deridebant blasphemantes.

QVOMODO NVNCIOS *præmiserit ad* HOLOSTAM *ciuitatem.*

V. INTEREA vero apud VNZNOIMIAM, rebus feliciter consumatis, solutoque cœtu primatum, Dux cum *E*piscopo remanens, de his quæ post agenda videbantur, & de progressione, vel quo nam diuerterent, consilium habuit, multaque deuotione studijs Episcopi gratias agens, Ecce, inquit, terra omnis coram te est, securus esto, domine pater, non est qui tibi contradicat, maioribus natu ac principibus omnibus iam fide imbutis. Qua securitate fretus antistes, quasi exemplo domini Iesu Christi binos & binos de discipulis suis præmittebat ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus. Contigit ergo VDALRICVM & ALBINVM duos presbyteros simul pergentes, HOLOCOSTAM intrare, vbi à matrona quadã, vxore videlicet præfecti sunt hospicio suscepti, atq; satis humanè tractati. Nam hæc quamuis pagana, multum hospitalitati dedita fuit, ac timori diuino, & religiosa valde, adeo vt esset eis * animirationi. Post refectionem vero ALBINVS, linguæ gnatus matronæ adhuc ignoranti rem omnem secreto aperit, scilicet qui nam essent & quare aduenissent. At illa vehementer attonita, Me miseram, inquit, o domini mei, quare ad me intrastis, de vobis enim iam apud magistratus data sententia est, & de me quoq;, si vos non prodidero. Sed diuina Clementia seruos suos

Admirationi.

vbiq;

vbiq; tueri nouit. Nam matrona illa, diuinitus, vt puto, commonita in superiori quodam cænaculo eos abscondit, quasi Raab Iherichontina, ne perderentur, effecit equituras & rem illorum & sarcinas, & quæcunque habere poterant, illa per pueros suos subito extra ciuitatem deduci & in præsidio suo collocari fecit. Quibus deductis, ecce gladiatores, & turba populi cum telis & fustibus tecta matronæ irrumpunt, cum tumultu & clamore magno, illos ignotos homines sibi exhiberi iubentes. At illa, Fateor, inquit, homines ignoti ac peregrini, vt sæpe solent ad me declinauerant. Sed accepto prandio mox in viam suã abierunt. At illi scrutantes omnia cum nec iumenta nec vestes nec vlla signa itinerantium inuenissent, furere desierunt. Porro illis per triduum ibi latitantibus, Episcopus cum Duce ab VZNOIMIA profectus multa manu militum & sociorum HOLOGOSTAM intrauit, spem salutis & præsidium portans Apostolis in conclaui latitantibus.

QVOMODO HOLOGOSTAM *intrauerit & prædicauerit.*

VI.

TAQVE vrbem ingressus, Duce fideliter ac strenue ad omnia cooperante, semen sparsit Euangelij, & dura incredulorum corda placidæ prædicationis ingenio paulatim detumescere faciebat. Interea quidam de Christianorum socijs VDALRICVM & ALBINVM delatibulis suis emergentes & iunctos consocijs timorem suum referentes, deriserunt, & quasi eis insultantes, securius sese habere cœperunt, & lõgius à suis digressi, fana etiam idolorum, Episcopo sermonem exhortationis proferente, speculatũ vagabantur. Verum quia maligni homines, apud quos radix paganismi

adhuc valentius vigebat, *En*, inquiunt, isti explorant quomodo templa nostra incendant. *Et* congregantes se in platea etiam arma portare ac fustes cœperunt, & qua trãsituri videbantur, eis obuiam stare. VDALRICVS autem intuens eos eminus, & subsistens, Non aduertitis, inquit hos non sine causa conuenire. nam & turbulenter se habent & arma portant, & prioris periculi recordans, Nolo, inquit, toties temptare Deum meum. Et conuersus, illo vbi Episcopum dimiserat, redire cœpit, alijs omnibus eum sequentibus, præter clericum quendam ENCODRICVM nomine qui longius ante illos progressus, iam fores delubri tenebat. videntes autem pagani, qui conuenerant, illos à cœpta via reuersos prosequi eos quidem non audebant, sed ad illum clericum interficiẽdum omnes acquieuerunt. Quo viso ille aliud, quo declinaret, non habens, fanum audacter quãuis exterritus intrauit. Erat autem illic clypeus pendens in pariete miræ magnitudinis, operoso artificio auri laminis obtectus, quem contingere nulli mortalium liceret, eo quod esset illis nescio quid in hoc sacrosanctum ac paganæ religionis auspicium, in tantum, vt nunquam nisi belli tempore à loco suo moueri deberet. Nam, vt postea comperi modo Deo suo SEROVITO qui lingua latina MARS dicitur, erat consecratus, & in omni prælio victores sese hoc præuio confidebant. Clericus autem vir acris ingenij dum metu mortis in tẽplo hue illucq; diffugeret telum aliquod vel latibulum quæritans, clypeum corripuit, & amento collo iniecto, leuaq; loris inserta in medium turbæ furentis ei in via prosilijt. Rustici vero prodigialem armaturã videntes, partim in fugam cõuersi, partim etiam quasi exanimes facti in terram caduntille autem proiecto clypeo secus hospicium ad socios curtero cœpit, & pedibus timor addidit alas. Cumq; anhelans & palli-

pallidus ad suos deuenisset, de ipsa huius trepidatione & eorum qui præmissi fuerant triduana occultatione apud omnes, præcipue vero apud Episcopum & Ducem tota nocte illa iucunda erat narratio. Monuit tamen pius pater filios suos & discipulos propter insidias latentis inimici, vt se circumspectè agerent. Tam diu ergo mansit in loco illo disputans & suadens de regno Dei quo vsq; omnis populus fidei sacramenta percipiens, fana sua destrueret & Ecclesiæ sanctuarium cum altari præpararet. Quod Episcopus consecrans, IOHANNEM presbyterum eis ordinauit, & vt reliquam basilicæ formam post suum discessum promoueret ammonuit.

DE TEMPLO DÆMONIORUM apud Gozgangiam destructo.

DEINDE omni populo valefaciens, & in multa caritate omnipotenti Deo illos committens, ad GOZGANGIAM iter diuertit. in hac siquidē ciuitate miræ magnitudinis ac pulchritudinis templum fuit, sed Episcopus cum de fide Christianæ religionis eos per interpretem alloqueretur (Nam Dux ad sua negotia iam ab eo discesserat) illi ad omnia paratos se asserebant, si modo fanū eorum intactū remanere potuisset: magnis enim sumptibus nuper extructum fuerat, multumque in eo gloriabantur, eo quod videretur magnum totius ciuitatis esse ornamentum. Tentabant etiam occulte immittentes quosdam pontificis animum lenire muneribus pro ædis conseruatione. Tandem rogantes, vt vel in basilicam ordinaretur. Sed Episcopus constanter agens, indignum esse dicebat, ædem VII.

sub

sub titulo Dæmonis ædificatam immundoq; ritu profano tàm diuinis vsibus mancipari. Nam quæ conuentio
2. Corinth. 6. Christi ab Belial, aut quæ communicatio templo Dei cum idolis? Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid seminatis frumenta vestra super dumos & spinas? Non puto. Sicut ergo de agris vestris spinas primo eradicatis ac tribulos, vt iactis bonis seminibus, optatas segetes ferre queant, ita & hanc radicem idolatriæ, spinam prædicationis, de medio vestrum funditus exstirpate, vt de bono Euangelij semine corda vestra fructificēt in vitam æternam. Hæc & alia huiusmodi sermonibus oportune, & importune, obsecrando, increpando, arguendo per singulos dies insistens duros gentilium animos tandem ita emolliuit, vt ipsi ædem execrabilem, de qua tota quæstio fuit, suis manibus confringerent & simulachra protererent.

DE ADVENTV LEGATORVM eius, & præparatione dedicationis templi.

VIII. DVM ea gerebantur, legati marchionis ADELBERTI de SAXONIA superuenêre, opera & statum *E*piscopi studiose inquirentes. marchio etenim cum esset amicus valde ac familiaris Episcopo, in gente barbara hũc periclitari metuebat: vnde si opus haberet, prę̃sidium & opem ei ferre cupiebat. Affuêre etiam ipsius *E*piscopi œconomorum nuncij, aurum, & argentum, vestes quoq;, & alia necessaria ei deferentes: vt enim supra dictum est, licet *E*uangelium annuncians de Euangelio viuere deberet, ipse nihil horum vti volens, suis se tãtum sumptibus transigebat. Igitur legatos omnes apud se ibi

se ibi tàm diù retinuit, quousque videndo & audiendo discerent quid de operibus aut statu eius referre deberent. Porrò baptizatis omnibus tàm viris quàm mulieribus totius ciuitatis, ad dedicationem altaris & sanctuarij iam surgentis Basilicæ, multa exultatione populi, deuotus accingitur, omni studio ac diligentia ipsi festo decorem & reuerentiam procurans, quatinus de amissione prioris fani vel celebritatis minimè dolerent, melioris solennitatis tripudio & melioris fabricæ ornamento consolati.

DE ALLOCVTIONE IPSIVS ad Mizlaus principem.

INTER agendum verò quod ipsa dedicatio vel quod singula opera dedicationis significare habēt, rudi populo antistes exposuit; pręcipue vero MIZLAVS ipsius ciuitatis principem, quem pridem in pētecoste cū alijs primatibus VNZNOIMIÆ baptizauerat, vt in eo cęteros erudiret, de his omnibus alloquitur, Sacramētum dedicationis ad animā cuiusq; fidelis pertinere sufficienti sermone demonstrans, quæ *S*piritus sancti templū efficitur, vel in cuius corde Christus per fidem inhabitat. Dein sermonem ad ipsum principem ex toto conuertens, *T*u es, inquit, fili chariſſime vera domus Dei. *T*u ipse hodie dicandus & dedicandus es, & omnipotenti creatori tuo Deo, vt eminus ab omni alieno possessore, ipsius tantum mansio fias & possessio. non ergo impedias dedicationem tuam fili chariſſime. * Nihil enim prodest istam, quam cernis domum foris, dedicari, nisi & dedicatio ista in me compleatur. *E*piscopus autem intelligens adesse *S*piritum sanctum, Ex parte, inquit, fili, domus Dei IX.

Videtur hîc aliquid deesse.

esse cœpisti; fac vt ex toto sis. Iam enim idolatriam fide commutasti, baptismi gratiam consecutus.

Nūc sequitur vt fidē pietatis operib⁹ exornes, impietates, violētias, & crudelitates, oppressiones, rapinas, homicidia, fraudes penitus, postremo quidquid tibi fieri non vis, alij ne feceris. Captiuitates quas habes absolue omnes. Quod si non omnes, vel eos certe qui Christiani sunt, tuæ fidei consortes. Tum ille parum hęsitans, Durum, inquit, mihi est, pater, dimittere omnes: quia magnis rationibus ac debitis quidam ex eis modò detinentur. Tunc Episcopus, Debita, inquit, pro debitis dimitti & sermo euangelicus & Dominica suadet oratio. Sic enim omnium debitorum tuorum apud Dominum certam remissionem consequeris, si omnes debitores tuos in eius nomine dimittis. At ille altius ingemiscens, En, inquit, in nomine Domini Iesu omnes absoluo; vt, secundum verbum tuum, dimissis peccatis meis dedicatio ista hodie in me compleatur. Et vocans ministrum qui super captiuos erat, omnes dimitti præcepit. Erat autem inter eos adolescens nobilis filius cuiusdam potentis de DACIA. Iste absolutis alijs in cauea quadam subterranea iunctus cippo & catenis tenebatur, eo quod pater eius quingentarum librarum debitor, hunc vadem posuisset. Cumque de absolutione captiuitatum, de obediētia, & religione MIZLAI principis multa esset tàm populo quàm Episcopo & omnibus qui aderant in domino exultatio, & ad consummationem dedicationis ministri ac sacerdotes alacriter festinarent, necessaria præpararent, habitis omnibus, vas cum cineribus, quod ad aram positum erat, inueniri nō potuit. Cumque ministri commixtionem salis & vini & cinerum

cinerum facturi, & non inuentis cineribus turbarentur, VDALRICVS Sacerdos correpta* contra vicinas domos vnam vel duas scrutatus in eis cinerem non inuenit.

f. cenata, pro vase: kanten vocamus.

Deinde ad tertiam currens cryptam quandam subterraneam, in quam prædictus adolescens in abditiori parte claudebatur intrauit. Sed captiuus per fenestram manu porrecta, & sonitu facto currentem Sacerdotem ad se vocat, rogans vt pro sui liberatione Episcopo significet. Sacerdos vero correptis cineribus properanter ad Ecclesiam redijt & operienti Episcopo alijsque fratribus de illo insinuat. Episcopus vero quamuis misericordia moueretur, Tanta, inquit, præstitit nobis, vt amplius eum rogando grauare non audeam. Tamen ne gaudium huius festi aliqua ex parte claudicet, super huius quoque miseriam Dei misericordiam inuocemus. Et conuersus ad orientem cum ministris quasi hora vna preces fudit ad Dominum. Deinde sacerdotibus ait, seorsum accipite MIZLAVS, & quam modestius potestis super hoc verbo exhortamini. Quod cum facerent, MIZLAVS ait, In hoc vno homine parcat mihi velim prudentia vestra, nam pater eius maioribus mihi debitis astrictus est, quam vt gratis absolui possit. Sufficiat vobis quod tantos absolui gratis. Tunc illi, Reuera, inquiunt, multum est quod fecisti. Miratur hoc dominus Episcopus, miramur & nos, nec in longo tempore Christianis tale quid in terra Christianorum comperimus, vnde & dominus Episcopus & omnes fratres gratias tibi referunt & honori te habent & semper habebunt, Deoque omnipotenti cuius te seruum exhibuisti, quò de omnibus vicem tibi rependat, deuotè supplicabunt.

Nam & dominus Episcopus tam magni pendit, quod fecisti, vt vltra quidquam rogare te verecundia. Sed noueris in veritate, quomodo si quo pacto te ipsum vincens, hoc bonum cæteris tuis meritis superaddere posses, magna tibi gratia magnaq; recompensatio apud Deum cumularetur: magnus etenim dominus Deus noster, & magna virtus eius, morisque illi cum sit pro paruis magna restituere, quanto magis pro magnis maxima. Quod si hoc magnum & difficile tibi pro ipso feceris, non sine mercede maxima ab eo indonatus remanebis. Sed quid multis? Ingemuit homo tactusq; ab intus spiritu pietatis, totus soluitur in lachrymas. Deinde cum ipsis clericis ad Episcopum tendens, En, ait, pater sanctissime. in ista quoque petitione Deum meum & te seruum eius dominosq; meos sacerdotes ministros tuos honorabo: quinimo pro nomine domini mei Iesu corpus meum & omnia mea si ratio postulauerit, deuotus impendam. Et iubens adduci vinctum ferro & catenis oneratum, flentibus omnibus qui aderant in hostiam & oblationem Deo aræ imposuit, petens sibi remissionem peccatorũ à domino pro ipso recõpensari. Ita ergo in plenitudine gaudij spiritualis tota illa Ecclesia feruente, & laudes Deo super vniuersis bonis ac donis eius concinente, dedicatio consumatur, omnesq; alij exemplo MIZLAY principis vias suas correxerunt, vnusquisq; ab iniustitijs & violentijs seu oppressionibus suis tẽperando & vi ablata proximis suis restituendo. Ecclesia ergo proficiebat, & crescebat, & licet inuidente diabolo, ambulans in timore domini & spiritu sancto replebatur. Sed hostis antiquus damna sua non ferens opera Dei turbare molitus, validis erroribus vniuersam prouinciam cõcussit. Nam POLIZLAVS Dux POLONORVM inuictissimus in multa fortitudine & copioso militum apparatu de ter-

terra sua iam veniens in ipsis terminis POMMORANIÆ castra metatus ferebatur in furore graui terrã ipsam ingressurus. Audierat enim, quod post priorem beati OTTONIS prædicationem nec pacti secum fœderis nec susceptę religionis iura seruare curarẽt. Insuper compertum habebat quod ciuitates quæ pridem conuersæ fuerant, remissi tributi veniam aspernati, suiq; mediatoris obliti viribus suis se deinceps tutos fore considerent, munitionibus & castris quæ bellica vi conplanata fuerant, ex magna parte hoc interuallo reparatis. Vnde quasi iustam commotionem habens Dux eos iterum conterere veniebat, suæq; ditioni subiugare. Quod illi audientes, missisq; sæpius atq; remissis exploratoribus, exercitum iam in proximo cognoscentes, multum vbiq; trepidare cœperunt, partimq; fugere ac res suas ad loca munita deferre, partim etiam arma contra mouere, finesq; suos defendere meditabantur. In ipso tamen articulo, vt puto à Deo inspirati omnes quasi oues ad pastorem, scilicet ad Episcopum confugiunt, & quid facto opus esset consilium quærebant, at ille pietatis visceribus affluens Ecclesiam rudem & neophytam bellico tumultu vexari pernicioſum sciẽs, de diuina misericordia simul etiã de POLESLAI ducis amicitia non vane præsumens, bellũ simul & causam belli, si modo cõsilijs eius parere velint, dissoluere pollicetur. Quo audito illi prudẽtiæ & sanctitati doctoris sui attendentes, nec siniſtrè casurũ arbitrati negotium, q; ille vt timorem domini suscepisset, communi decreto semetipsos & omnia sua consilia eius sapiẽtiæ commiserunt. Assumptis igitur clericis pater venerabilis sarcinas quidem & omnem supellectilem suam ibi relinquens, obuiam se parat exercitui, iunctis sibi viris honorabilibus de terra, qui à Duce obiectis respõdere & omnibus cõtrouersijs decidendis hinc inde exortis possent

sufficere. Vbi igitur ad castra venit à Duce honorabiliter susceptus, mirumq; dictu, quam facile diuinis eloquijs animi eius feritate lenita, ad omne quod volebat, principem inclinauerit. Ille namq; multum protestabatur non alia ex causa hoc tempore bellum suscepisse, quam ob iniuriæ Dei omnipotentis vltionem & mutui fœderis ruptionem, quia & Christianismi iura in plerisq; locis rem diuinam paganitate violassent & initæ societatis & compositionis ligam minimè seruassent. Episcopus ergo hæc omnia emẽdatione dignissima fassus, legatosq; aliquantũ pro his obiurgans, ad pristinę compositionis pactum partem reuocat vtramq;, sese tunc temporis, quemadmodum & nunc pacis mediatorem extitisse commemorans. Placabat autem maxime ducem Poloniæ Brocizlai Ducis fides & deuotio ab Episcopo laudata: quia & in priori & in prædicta prædicatione æquè fidelis inuentus, multa bona prædicatoribus ostendisset. Stetinensibvs vero quod aliqui ex eis ad errores pristinos reuoluti essent, diuinæ indignationis ac suæ illis mandat non defore vendictam, nisi quãtocius apostasiæ immundicias congrua diluant satisfactione, indulgentia petita doctoris. Dux itaq; talibus modis à beato viro mitigatus, licet nimis murmurantem exercitum vtpote prædæ auidũ, versis aquilis, ad sua redire præcepit. Porro Episcopus voti compos cum legatis rediens attonitis gregibus suis, optatæ pacis & securitatis nunciũ reportauit. Et quantum illi pridem de metu belli mæstificati fuerant & concussi, tantum alacres facti sunt & in fide Christianismi fundati; sane doctori suo ascribentes patriæ liberationem, seruusq; Dei magnificatus est vehementer in terra Pommeranorvm. Ille vero nihil meritis suis tribuens, tanto se humiliorem apud Deum & homines exhibuit, quanto sine illius auxilio se nihil posse sciebat, dimittensq;

tensq; nuncios, de quibus supra dictum est, marchioni & SAXONIBVS gratias egit pro bona voluntate, de Dei operibus & de suo statu mandans quæ audissent & vidissent, ad Dei gloriam narrare.

QVOMODO VERANIAM INsulam conuerte voluerit, sed prohibitus, presbyterum Vdalricum illo nauigio destinauit, idemq; tertio vento prohibitus.

X.

ERAT autem VNZNOIMIÆ illis diebus Dux pariter & Episcopus. Est autem insula quædam, non longe à ciuitate illa, habens mare interiectum, quasi itinere vnius diei, VERANIA nomine. Sed loci huius incolę duri erãt & barbari, singulari feritate crudeles. hij prædicatione beati viri dudũ comperta, omnia quæ de illo dicebantur, aspernati, mortẽ ei, si ad eos veniret, minabantur. Sed quo amplius duras eorum minas audierat, eò amplius in animo suo fixum habebat illo, * sperans ibi martyrij coronam se adepturum. De hoc vero cum Duce & aliis familiaribus suis dum consiliũ tractaret, propter immanitatem periculi ab omnibus dissuasus est. Quod ægerrime ferens, ingeniosus agere cœpit quomodo se nescientibus eis illo proriperet. Hoc sentientes illi, cautius eum obseruabant, nullã secuti opportunitatem quod id aggredi posset ei concedebant: salutẽ illius vitamq; multis vtilem ac necessariam memorantes. Verũ desiderij magnitudine nihil huiusmodi rationum audire potuit, illos potius modicę fidei arguens, ac pusillanimitatem eorũ increpãs, fidẽ Christianã factis magis firmãdam aiebat, quam verbis. At is, Quæ merces æternę vitæ prędicatoribus, qui pro illa vitã prędentem expendere formidarent? Et quid, inquam, fieret, si in his barbaris nationib⁹ euangelizantes ꝓ Christi nomine omnes occumberemus?

Nimi-

Nimirum glorioſior eſſet prædicatio, quæ noſtrum ſanguine firmaretur. Sed ô dolor de tanto fratrum numero nec vnus, puto, dignus habebitur, morte ſua vitæ, quam ſperamus, perhibere teſtimonium? Atq; verbis talibus verecundianata eſt trepidantibus.

VDALRICVS autem venerabilis ſacerdos conſtantior factus ſciens etiam hoc ſeni placere, huc lætus ------ Accepta igitur benedictione paraturam ſacerdotalem, calicem quoque ac librum & cætera quæ faciendæ miſſæ ratio poſtulat nauem conſcendit. Sed illi videntes fratrem ſuum vnice carum ſolum ad martyrij palmam properantem cum dehortari eum non poſſent, viam eius lachrymis vberioribus proſecuti ſunt. Qui horis quaſi tribus proſperis flatibus nauigans fere iam ab oculis eorũ oblat⁹ fuerat, & ecce tempeſtas oritur, ventiſq; contrarijs ratem huc illucq; pellentibus, viam tenere nõ potuit, ſed& littus vnde exierat poſt multam fatigationem appulſus eſt. Ille vero tametſi tempeſtatis iniuriam & imbribus deſuper irruentibus & procellis nauem deorſum implentibus totus eſſet madidus, vixq; ſpirare videretur à cœpto deſiſtere noluit, neq; ad terram exire noluit, ſed ſedẽs in nauicula trãquillitatem maris exſpectabat; interim aquam de naui vaſculo proijciens. Ventis itaque paululum ſedatis, iterum nauigare cœperunt, iterumque ſimili modo impeditus eſt. Tertia quoque vice ire temptans, ſed nihilominus nocte ac tempeſtate ingruente ponti ſæuitiam vix & quaſi per miraculum euaſit; tempeſtas vero infra dies ſeptem non ceſſauit. Intellexit ergo vir Dei VERANOS euangelicæ gratiæ indignos, currensq; cum clericis diſcipulum quaſi de paleſtra coronatum de littore ducit ad tectũ, ſuper ipſius conſtantia fideiq; magnitudine dominum benedicens, At vbi cœnatum fuit fratres de nauigatione V-

DALRICI

DALRICO iocari cœperunt. *Et* quis inquiunt si periſſet homo, reus homicidij teneretur? ADELBERTVS autem interpres, cui maximè factum diſplicebat, Quis iuſtius, inquit, homicidium lueret quàm is qui eum ad tale periculum direxit? Verum *Epiſcopus* quamuis ab eodem fratre de hoc verbo ante pulſatus fuerit, nil motus, ad *Euangelium* ſe conuertit, & exemplo domini diſcipulos quaſi oues inter lupos mittẽtis factum ſuum defendit. Quis enim, ait, homicidij reus tenebatur, diſcipulis qui à domino mittebantur interfectis, qui oues ad lupos miſit: profecto à lupis oues deuorandas ſciuit. Deuoratæ ſunt oues à lupis, interfecti ſunt Apoſtoli à tyrannis. Deinde parabolam facto ſuo coaptans plena rationis doctrina diſcipulos animauit, digniſque exhortationibus in gaudio ſpirituali magnam partem noctis expendit. Et mane facto, quid nam agerent vel quo ducerentur, inter ſe tractabant. Verum haud diù cunctabundi, quod ſuperfuit de opere in agro Domini Coloni fideles inter ſe diſtribuunt; alijs retro ad THYMINAM, alijs autem ad loca alia euangelizandi gratia diuertentibus.

QVOMODO SOCIIS NE AD STETINAM iret, dehortantibus, ſolus tunc adgreſſus ſit; & retractus, comites via eos acceperit.

EPISCOPVS vero ad STETINAM iter propoſuit cum miniſtris, de apoſtaſia in ſpiritu vehementi increpare ſuperbos. Sed clerici qui cum ipſo ituri erant, STETINENSES, barbaros & crudeles XI.

agnoscẽtes, suæ pariter & illius saluti metuebant. Vnde ne illuc veniat dehortantur studiosius. Cumque illi molesti essent, Video, ait, tantum ad delicias venimus: quidquid asperum & difficilè occurrit, totum declinandum iudicamus. Sed esto, nam ad gloriam martyrij, sicut nullũ cogere volo, ita si posset fieri, omnes vos hortari vellem. Rogo autem si iuuare nõ vultis, saltem ne me impediatis. Suæ vitæ potestatem habeat vnusquisq; : liberi estis vos ; liber et ego. Dimittite me viri obsecro. Et electis omnibus sese in cubili suo in orationem dedit vsque ad vesperam. Deinde vocat puerum familiarem, præcipiens vt clausis vndique ostijs, à se omnes dimoueat nullumque sine sui conscientia admittat. Quo facto secreti sui compos, fugam meditatur, itineralia induitur, succingitur, indumenta sua sacerdotalia cum libro, calice, alijsque vtensilibus in mantica ponens, omnia in humeros leuat, tectusq; vmbra noctis, clam cunctis nescientibus, incomitatus vrbem egreditur, viam carpens, quæ STETINAM vergit. Cumq; circumspexisset huc atq; illuc & nullum comitari se videret, lætus & alacer de prosperitate furti, Deum benedicens matutinale inchoat officium, glisces, & properans totum iter nocte illa complet. Cumque nocturnus viator viam ardenter carperet, hora noctis decimaiam instabat; Clerici autem è diuersis stratis surgentes cum ad dicendas matutinas se colligerent, quidam suspẽso gradu ad cubiculum pergunt Episcopi, vtrum dormiat an vigilet, vel quid agat, explorare cupientes. Verum vbi propius propiusq; admoti Episcopum nõ inueniunt, consternati sunt animo. Et diligẽter omnia scrutãtes, cubicularium Episcopi & alios qui iuxta erant crebro sciscitantes quod factum fuerat, tandem ediscunt. Quid multis? turban-

turbantur omnes, alijque pedibus, alij vero ascensis equis, huc illucque pontificem quæsituri discurrunt, factoque mane hi qui in equis fuerant, directo calle ac concito gradu versus mare viam insequuntur abeuntis & abeuntem consequuntur. At ille vbi eminus venientes nauem iam intraturus, agnouit, turbatus est valde & altius ingemiscens, Heu, inquit, Domine Iesu vnice Dei, vnice virginis, dulce nomen spei meæ, nunquid fraudabis me à desiderio meo? Fac, oro, vt hi, qui veniunt, aut mecum eant, aut me à proposito meo non impediant. His dictis illi accurrebant, moxque ab equis desilientes pedibus illius prosternuntur. Sed quid? prosternitur & ipse: leuant illi; leuat & ipse: flebant illi, flebat & ipse, vocemque mœror ac tristicia vtrinque diutissime intercluſit.

Tandem post multas lachrymas senior mœstus in hanc vocem prorupit, Ad quid venistis? Redite quæso ad hospicium & ego via quam cœpi pergam. At illi, Absit, inquiunt. Sufficit nobis hæc tam grandis confusio, amodo te nequaquam deseremus. Si redire vis? tecum redibimus; sin autem progredi, maius tecum progredimur. Sed placeat sanctitati tuæ consilium nostrum. Redeamus pariter ad fratres & ad pueros nostros hodie, cras, ecce, coram te loquimur, siue in mortem siue in vitam omnes tecum veniemus.

QVOMODO SEQVENTI DIE *Stetinam intrauerit & prædicauerit.*

XII. TALI ergo pacto Episcopus cum eis reuersus crastina die omnibus se comitantibus viam eandem ingrediuntur, ascensaq; naui prosperis flatibus, Stetinam sunt aduecti. Homines autem de ciuitate inter se diuiserunt, alijs adhuc in fide manentibus, alijs vero ex maiori parte ad paganismum reuersis. Fuit autem basilica ante introitum ciuitatis in area spacioſa, quam ipse in priori profectione dedicauerat. Quam ingressi hospitari cœperunt. fideles itaq; de aduentu Episcopi gaudebant, infideles turbabantur. Præ omnibus vero nefandi sacerdotes furere & furorem ------- excitare, adeo vt collecta manu armatorum, Ecclesiam vndiq; cingerent, & insanis tumultibus debacchantes ædem ipsam conuellendam & omnes qui erant ibi vnà cum magistro interficiendos clamitarent. *E*piscopus itaq; martyrij auidus, pontificalibus se induens, arma sua, CRVCEM tollit & reliquias, psalmosq; ac hymnos cum clericis personans, agonem suum domino commendabat. Barbari vero audito cantu mirati sunt valde, quod quasi in articulo mortis positi cantare potuissent. *E*t auscultantes mutuoq; se respicientes, virtute vt pote verborum incantati, clementius se habere cœperunt, & iam non viribus sed magis ratione opus esse dicebant, ad talia recipienda, vel etiam propulsanda. Deinde sapientiores quiq; super his rebus ipsos sacerdotes secretius conueniunt, ipsorum esse dicentes cõgruis rationibus religionem suam defendere. Talia inter se mussitantes paulatim ad sua digrediuntur.

*E*rat

Erat autem sexta feria & Episcopus cum suis illa die sabbatoq; ieiunijs & orationibus sacrisq; meditationibus vsq; in diem dominicam intentius operam dabat.

DE VITSTACO QVOMODO à vinculis sit ereptus.

INTEREA ciuis quidam nobilis eiusdem ciuitatis VITSTACVS nomine, in conuentu populi, in plateis, & domibus, vbicunq; & quãdo cunq; facultas data est, regnum Dei & fidem prædicare non desijt, Christianas traditiones & omnia documenta Episcopi sana & sancta & veritatis plena contestans. hic etenim non longe ante aduentum pijssimi OTTONIS cum alijs conciuibus suis piraticam cõtra paganos exercendo dum incautius ageret, in hostes inciderat, multisq; ibi trucidatis cum alijs vitæ relictis in captiuitatem ductus fuerat. Cumq; ferro & catenis & tenebrosi carceris custodia clauderetur, orando ad dominum per merita Episcopi liberatus fuit. Nempe cum diuturna oratione fatigatus in somnum resolutus esset, Episcopum OTTONEM qui eum baptizauerat & de sacro fonte leuauerat, sibi assistentem videbat. Quem dum ille cognosceret, rogat iterum & genua flectit pro ereptione. At ille, Ad hoc, inquit, veni, sed tu liberatus ea quæ Stetinensibus mando, ferre non dubites. Et mox datis mandati verbis, & signo crucis ad eum facto, captiuum exire iubet. Expergefactus homo de visu lætatur, mouet gressum, effectum probat visionis. Et ecce catenæ omnes & vincula soluebantur, progreditur ad ostium, & carcer apertus erat. Sentit ergo virtutem adesse diuinam altũq; suspirans gratias agit om- XIII.

mnipotenti Deo, ac timido greſſu inuiſam domumexiuit, ſuſpectiſque locis leniter tranſitis, curſum ad mare tetendit, diuq; huc & illuc diſcurrens nauem quærebat, ſed nullam inueniens admodum anxiari cœpit. Nam ſe denuo capi, denuo incarcerari metuebat. Sed quid faceret? Ad vltimum, formidine mali, cum iam ſine remige corpus in vndas pararet mittere, OTTONEM ſuum nominans ingemuit ad dominum. & ecce de inſperato cymba littori adſabitur; quam ſibi à Deo paratam videns, cum gratias egiſſet, aſcendit & vtriſq; manibus fluct⁹ verberãs, ratem conuertit in altum, mirumq; dictu, quam citiſſimè proſperante de⁹ pat' ad puſus eſt horis quod miraculum aſſiduo relatu notũ faciant & STETINAM veniens reſponſa Epiſcopi ciuibus in vnum cõgregatis vt iuſſus erat præmiſſa ex ordine liberatione ſua ita expoſuit: O ciues, doctor & magiſter noſter beatus OTTO ſic & ſic fecit mihi: & hæc mandat vobis. Grauis & dura nimis ab omnipotenti Deo vindicta ſuper vos & ſuper ciuitatem iſtam ordinata eſt, pro eo quod eius fidem & culturam polluiſtis, partim cum eo partim pro eo idolis ſeruientes.

DE SACERDOTE IDOLORVM altare domini confringente ſed punito.

XIV. NEFANDI quippe ſacerdotes dum peſte ac mortibus homines & iumenta quodam anno ex inæqualitate aëris ibi laborarent, à dijs hoc malum immiſſum eſſe dicebant & ex voluntate populi Eccleſiã ſancti ADLBATI martyris tintinnabulo & campanis deiectis, deſtruere cœperunt, vnuſq; illorum dum malleo cementarij altare percuteret, ſubito lãguore ac ſtupore à domino percuſſus eſt. Cumq; malleus de

t. Adiberti.

manu

manu eius caderet, cecidit & ipse: deinde post longum spiritu parum resumpto, populum astantem, quasi ex plaga emendatus sic adorsus est, frustra O ciues nitimur: Deus Christianorum fortis est, & nostra vi à nobis expelli non potest. Mihi autem consilium videtur, vt illum habeamus, & tamen antiquos Deos nostros non dimittamus, & iuxta illius aram nostris quoq; dijs aram constituamus, vt eos omnes pariter habeamus propicios. Quid faceret populus? Territus prodigio consilū probauit, exstructoq; nefando altari iuxta dominicum altare Dei, seruierunt & dæmonibus iuxta historiam antiquitatis, qua dicitur, quod populus Samariæ Deos gentium colens, nihilominus domino seruiebat.

DE ADVENTV EPIscopi.

XV.

BITSTACVS ergo fidei zelo calens non semel aut bis legationem, quam acceperat, egit ad populum, sed ex quo à captiuitate redijt, nunquā cessauit euangelizare regnū Dei, misericordiā Dei & merita liberatoris sui ciuibus inculcans; & nisi ab errore quiescant, diuinam eis vltionem intentans. Tota vero ciuitas, exceptis sacerdotibus factum hoc cum veneratione mirabantur, & tamen prævalente consuetudine, à paganismi ritibus cessare non poterant. Sed iam de præsentia domini Episcopi responsalis eius audentior factus, linguā laxat eloquio, victorq; idolorū & vatū, vana de his vaticinantiū, ad seruū Dei veniens cū amicis & cognatis suis, pronus adorat, gratias agit, referēs omnē ex ordine rē, ipsumq; ardenter ad opus prædicationis instigat, auxiliū ei & consilium ex sua suorūq; parte ad omnia pollicit⁹.

Itaq;

Itaque die dominico completis missarum solennijs, sicut erat sacra indutus, armatura vexillo CRVCIS ex more prælato, in medium forum ciuitatis duci se rogauit. Cumq; ad portam ventum esset, ecce, per quam sine remigio trans mare VVITSTACVS vectus erat, nauicula poste pendebat; & admotus lateri pontificis, Vides, ait, pater? & feriens eam hasta, Hæc, inquit, cimba testimonium sanctitatis tuæ, firmamentum fidei meæ, argumentum legationis meæ ad populum istum.

Erat autem aluus breuissimus qui à duobus facile portaretur. Subsistit Episcopus, & diligenter rem considerabat, perpenditq; quod in pacatissimo amne vix, remo gubernata, vnam personam portare sufficeret, nedum in fluctibus marinis sine omni gubernaculo nisi hoc diuinæ virtutis esset gubernaculum, gratias agit Deo beatus antistes quod incredulæ genti virtutem suam tali facto demonstrasset. Liberatus autem subintulit, Hanc idcirco suspēdi feci ad portam vt ingredientes siue egredientes facto hoc disceretis, quid in suis necessitatibus de Dei misericordia ac de tuis meritis, sanctissime pater, sperare deberēt. his dictis in confertissimas paganorum turbas, ministris comitantibus, in medium forum sese contulit Episcopus. Erant autem ibi gradus lignei, de quibus præcones & magistratus ad populum concionari solebant. In quibus stās minister Euangelij sermonē cœpit, fremitū verò dissidētis populi VVITSACVS vice præconis manu & voce sedabat.

QVOMODO HASTISEVM APproiecerint sed in manibus eorum diriguerint.

XVI.

VMQ; omnes conticuissent, & verbum exhortationis pars maxima libenter---- ecce vnus Sacerdotum vir Belial, plenus furore, pinguis, procerus,

procerus, in medium turbæ sese fortiter intrudens cambuccam suam manu gestabat, spiransq; & anhelans, vsq; ad ipsos gradus accessit, leuataq; manu semel & bis columnam graduum validissime percussit. Deinde clamore magno & verbis nescio quibus contumelioſe prolatis, silentium mandat loquenti, suæq; vocis grossitudine magnum tonans sermonem, Episcopi & interpretis pariter oppressit, populoque ait: Sic ô insensati & stulti, & inertes quare decepti & incantati estis? Ecce hostis vester & hostis Deorum vestrorum. Exspectatis? feret ne impunè contemptum & iniuriã? Omnes autem incedebant hastati. Fatur ergo sacerdos Hæc dies omnibus erroribus eius finẽ imponet omnesq; adhortãs sigillatim quoq; de quotũ certus erat malignitate proprijs nominibus compellabat. Et quicũq; spiritu vesano agitabantur, quibusq; familiare fuit, audacter magna, quàm consulte agere, ad dicẽtis vocem inflammati hastas leuant, quas dum ad iacendum vibrant, actu rigent in ipso, mirumq; dictu, nec hastas iacere, nec dimittere dexteras, vel de loco moueri poterant. Stabant igitur vt simulachra immobiles, fidelibus & religiosis facti spectaculum. Quotquot enim erant infideles & maligni qui à fide Christianismi defecerant & in infidelitate sua pertinaci dementia stantes impias manus contra seruum Dei leuauerunt, hac pœna tàm diù sunt multati, quousq; in sua fide boni firmarentur, & illi à pranitate cordis per pœnam corporis corrigerentur. Nam & Episcopus arrepta miraculi occasione, Cernitis, inquit, fratres, quanta sit potentia Domini. Certè, vt video diuinitus ligati estis. Quare non iacitis hastas? Quare non dimittitis dexteras? Quamdiù in hoc visu apparebitis? Illi autem nescio an præ confusione, an præ stupore nihil respondebant. Tunc ille, En, inquit, Dij vestri pro

quorum religione certatis, si quid possunt, auxilientur vobis. Sed & iste vester tumultuosus sacerdos inuocet nunc Deos suos, super vos, det consilium, det auxilium. Si quid nouit, si quid potest; iam tempus est. Ille vero iam stabat, iam dudum euentu rerum attonitus iam vlterius nec mutire præsumens. Cumq; omnes ingẽti pauore silerent, Episcopus miseratione tact°, Gratias inquit, tibi Domine Iesu Christe, qui potentiam fortitudinis tuę, cum tempus est, ad terrẽdos aduersarios & ad protegẽdos seruos tuos exercere soles. Sed quia pius & misericors es, ignosce, ignosce, rogamus ignorantiæ seu temeritati populi huius & vsum corporum suorum quo te ligante priuati sunt, solita illis miseratione restitue. Quo dicto, CRVCISQ; signo ad eos facto, effectus orationem mox insecutus est. Et subiungens, En, inquit Episcopus, si audire hactenus noluistis, tangite saltem, & sensu ipso probate quanta sit misericordia Dei nostri, quanta sit veritas fidei quam prædicamus vobis, & longius de iudicio & misericordia Dei de vitæ præsentis incerto & perseuerantia æternorum profunde disputans, contritos in Syon peccatores erudiuit, tandemque medicamine salutaris eloquij aliquantum mansuefactos benedixit, & cœtum dimisit. Descendens vero de gradibus Ecclesiam sancti ADELBERTI cum fidelibus zelo zelatis pro domo domini intrauit à præmissa inibi orationis solennitate altare abominationis fregit, comminuit, & eiecit, factaque reconciliationis emundatione, fracturas Basilicæ suis fecit emendari impensis.

QVOMO-

QVOMODO PVEROS CHRIstianos à paganis separauit.

CVMQ; sæpius eandem frequentaret Ecclesiam, quodam tempore pueros in platea ludentes inuenit, quos dum lingua barbara salutasset, vultu coniocando illis etiam CRVCIS signo eos benedixit,& paululum procedens,intellexit,quod vniuersi relictis ludis suis, visendi studio collecti, à tergo sequuntur Episcopum, hominum ignotorum, vt est mos illi ætati, aspectum habitumque admirati. Substitit homo Dei, & circumfusos blande alloquens, scisciatur si aliqui, ex eis baptisma percepissent. Illi se mutuo respicientes, cœperunt inuicem prodere, qui fuerint ex eis baptizati. Quos Episcopus seorsum vocans, quærit ab eis, voluntatis eorum sit, tenere velle; constanter affirmantibus, Episcopus, si,inquit, Christiani esse velitis, & fidem seruare baptismi,istos non baptizatos & infideles pueros ad ludũ vestrum admittere non debetis. Qui statim iuxta verbum Episcopi similes cum similibus congregati pueri baptizati non baptizatos abijcere & abominari cœperunt, nulla eis ludi societate communicantes. Itaque videre pulchrum erat, quomodo hi de professione Christiani nominis gloriantes, familiarius agere & auidè intueri & audire doctorem, etiam inter ludos suos; illi autem quasi de infidelitate confusi & exterriti,à longius stare. Sed pater optimus & credentes miti sermone ad fidem plenius pro ipsorum capacitate instruxit; non credentes vero ad credendum tam diù exhortabatur, quousq; baptizari se & Christianos fieri omnes flagitarent. XVII.

QVOMODO VVITTSTACVS ad Episcopum veniens verba ei populi renunciauit.

XVIII. INTERIM vero maiores natu & sapientiores quiq; de rebus istis altius inter se tractaturi consederant, & à mane vsq; ad medium noctis huic deliberationi vacantes, de salute propria & totius populi, de statu ciuitatis & conuersatione pariter secundum prudentiam sæculi diligenter disputabant. Præcipue autem vniuersa quæ OTTONIS erant dicta vel facta examussim trutinabant, & mediante spiritu sancto in hanc sententiam omnes conueniebant, & Ecclesiæ, vt funditus exstirpata idolatria ex integro se religioni christianæ submittant; atq; in hoc verbo concilium soluunt. VVITTSTACVS verò qui omnibus his intererat, nocte ipsa cum paucis ad Episcopum veniens, optatum affert nuncium, omne consilium ei breuiter intimans. Deinde etiam collectis ad Episcopum clericis & alijs familiaribus omnia quæ audierat quæq; in concilio de ipso dicta fuerant, secundum ordinem liberationis eius qui loquebatur; & de miraculo, quod hastas vibrantes contra Episcopum pridie obriguerant, & quod adhuc Episcopum latebat, qui ad Ecclesiam cum ministris per plateam præparatus incedebat, tantus splendor vestium apparuit, vt maligni homines qui ad eum necandum ex insidijs veniebant, nimię claritatis aspectu in fugam territi ac turbati versi fuerint. deniq; virum illum virum Belial sacerdotem qui ei concionanti ad populum impedimento fuerat ab ipsis ciuibus eiectum nunciat. Porro apud eos eius liberalitates & eleemosynarum inæstimatæ largitiones, captiuorum

rum redemptiones quoq; sine magna recompensatione, q; nullius eorum opes vel substantiam oblatam contigerit, suis impensis sese atq; suos transigens, etiam basilicas exstrueret, destructaq; reædificaret omnia: hæc quantæ venerationis, quãtæuè admirationis habita sint, cum gaudio referebat. Igitur de mane consurgens Episcopus, & cum gratiarum actione Missas celebrans, concurrentes ciues iterum alloquitur; paratos atq; obedientes ad omnia inuenit. Quicunq; enim apostasię vicio se inquinauerant, spiritus sancti virtute faciente, compuncti, per manus impositionem in fonte lachrymarum suarum loti, Ecclesiæ sanctæ reformantur. Pueri vero & quicunq; sacramentum baptismi nondum erant consecuti, baptizantur; fana destruuntur, Ecclesiarum fracturæ solidantur; si quæ destructæ fuerant, reparantur. omnis ergo populus iam quasi vir vnus idipsum sapiebant in domino. Gaudet Episcopus, lætantur sacerdotes, magnifica fiunt in consilio iustorum opera domini.

DE ROMBONE A PISCATORIBUS CAPTO.

XIX.

PRÆTER hanc autem spiritualis lætitiæ occasionem, diuinitas omnipotentis illi ciuitati ex inopinato corporale commodum exhibuit. nam immensæ molis ROMBONEM circa portus ac naues se ostentantem piscatorum manus ad litus eiecit in mense Augusto; cum tamen illis in locis talis captura non * vero vernali tempore occurrat, ex cuius carnibus ac pinguedine omnes ciues partes capiunt,

* nisi.

& Episcopo, cuius meritis hoc munus adscribebant, plusquam absumere cum suis omnibus posset, apportant.

QVOMODO DOMINO PROtegente ictum securis euaserit.

XX. VERVM tam lætis euentibus temptatio non defuit. Nam cum delendis & exstirpandis fanis Idolorum & sacris diligentius instaret Episcopus, nucis arborem mirandæ pulchritudinis Idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui vmbra eius & amœnitate sæpe delectati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor vehementius irasci atq; indignari cœpit, aliisq; modeste agentibus, hic minis & clamoribus longius assistens furorem cordis euomuit. Itaq; quasi paululum furore sopito, silentio à tergo accedit nulloq; sperante securim bellicam vtrisq; manibus leuans caput Episcopi ferire visus est. Sed illo præsentiente atq; in aliam partem ruente, bipennis casso vulnere in trabem pontis, iuxta quem stabat, perlata est, tam fortiter, vt à feriente reduci non posset. Accurrũt omnes, comprehendunt, trahũt, scinduntinfelicem illum, & nisi per interuentum Episcopi, eâdem securi trucidassent.

DE SACERDOTE IDOLOrum Episcopum persequente, paralysi percusso & mortuo.

XXI. OTTONE sic à periculo liberato, percussore suo de manibus percutientum saluato, ADLBERTVS presbyter ad TEVTONICAS se partes vor-

vertens profundius inclinat, Deo, Sancto Michaeli in VVABENBERG fratrum orationibus, gratias agit pro salute. Et conuersus ad Episcopum, En, inquit, scutum orationis fratrum, protectio sancti Michaelis Archangeli. De arbore vero ne incideretur, tandem ciues multis precibus obtinuerunt, iureiurando affirmantes nihil vnquam diuinitatis vel sanctitatis arbori se adseueraturos, neq; numinis vel idoli alicuius vice se illam habituros; sed magis pro vtilitate fructuum & vtilitate vmbrarum. Omnibus ergo quæ ad cultum fidei spectant rite ordinatis, dum ad alia loca pararet iter, ab vniuersis maioribus natu prudentioribus ciuitatis, rogatus est, vt quia Deus cum illo erat, & multa eis bona ostenderat, ducem VROCIZLAVM, cuius offensam grauibus culpis incurrerant, eis placare studeret, atq; hoc facto cuncta circa se studia sua deauraret. Annuit: elegit viros honorabiles ad responsa accipienda siue reddenda idoneos; ducem adijt, preces fundit, accusat populum & excusat. Deinde potenti suadela mitigat indignationem, iubet, obsecrat, facit cõpositionem, pacatisq; ad perfectum omnibus missis cum colegatis pacem affert ciuitati. Hinc toti Ecclesiæ valefaciẽs miris affectionib⁹ IVLINAM ire dimittitur. Maligni vero sacerdotes pleni dæmonibus, cum iam aperte nõ possent, vel per insidias seruo Dei nocere moliti sunt. Conducta enim magna sicariorũ manu, viam abeuntis in arctioribus nauigij locis obsederũt; suis amicis istarum rerum nescijs, mortem Episcopi, quasi per diuinationem prænunciantes. At vbi ad insidias ventũ est, hostes arma corripiunt, funambulos tenent, nauigãtes inuadunt, Episcopi sanguinem super omnia sitientes, STETINENSES vero & comites Episcopi arma rapiunt, ex rato prosiliunt partim terra partim aqua cõsistunt, vim viribus audacter arcentes. Cumque aliquamdiu pugnatum esset,

hi

hi qui de insidijs erant, à STETINENSIBVS cœperunt agnosci, confusi de facto fuerunt. At sacerdos qui hæc machinatus erat eadem hora domi cum amicis residens paralysi vehementissime cœpit vexari, languore suis eum Dijs non immerito laniantibus. Cumq; ore, oculis, ac tota facie distorta, frontem ad scapulas verteret, miserabili corporis agitatione in mortem solueretur, ait, Hæc patior propter insidias & mala quæ contra OTTONEM feci. In hac voce vitam finiuit. Tantus autem fœtor subsecutus est, vt Pluto ipse infernalis, vel quisquis illic est maximus, ab huius faucibus spirare putaretur. Item alius quidam de sacerdotibus OTTONI contrarijs cum ad negotia sua cum institoribus fortè nauigaret, in insulam quandam nautæ, vt adsolet, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata mente, nec vultu nec voce sanum quid agens, à comitibus notatus est. Cumq; seorsum ab alijs insula velutiper amentiam vagaretur, iuuenes quidam quasi per lasciuiam secuti, delirum fune persequuntur, ad arborem ligant, ac cædunt. Ille vero incautis motibus vinculorum impatiens soluere se luctabatur. Sed diuino iudicio cõfectus per funem qui collo iniectus erat, intercluso anhelitu mortuus est.

QVOMODO IVLINENSES exemplo Stetinensium de apostasia resipuerint.

XXII. EPISCOPVS autem Dei protectus auxilio cum IVLINAM veniisset, nihil ibi inuenit aduersitatis. Omnes enim redargutiones de apostasia seu de alijs excessibus patienter ferebant, indigna & mala opera sua dignis emendationibus ad eius doctrinam expurgare

purgare corrigere parati. Ille autem per manus impositionem, sacri verbi exhortationem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ omnes reformauit, baptizatis pueris quoscumq; Sacramenti huius expertes inuenit. sicut cum exemplo STETINENSIVM pridem à fide recesserant, ita denuò conuersis illis facilè cõuertebantur. Illos enim per omnia imitari quasi pro sententia eis fuit.

DE MVLIERE CÆCA QVOmodo visum receperit.

CVM autem sacris operib⁹ illic instaret Episcop⁹, mulier quodam in rure posita, nescio quo euentu subita cæcitate percussa est. Audiens autem antistitem adhuc esse in ciuitate, duci se illo iubet. Et veniens corruit ante pedes eius, auxilium petens super clade sua. * Si quid autem æris pendebat ante fores Ecclesiæ, quod simplices, cum intrarent oraturi quasi ad excitãdum sanctos pulsare consueuerant. Episcopus ergo dum ad succurrendõ à muliere crebro inuocaretur, Vade, ait, mater, vade ad Ecclesiam, quassa campanam, excita sanctum ADALBERTVM, vt te adiuuet. Abijt illa, Deum & sanctum ADALBERTVM inuocans, arreptoq; fune non prius à pulsatione signi cessauit, quam oculorum lumen reciperet. XXIII.

Videntes autem ciues gratias agunt domino super gratiã huiusmodi & magis in fide Catholica roborati sunt. Sed dum hac factum Episcopi meritis adscribere vellent, prohibuit eos dicens, Non me miraculorum factorem, sed peccatorem sciatis. Potius hoc beati martyris ADALBERTI meritis adscribendum certissimè noueritis. Num obliti estis, quomodo priori anno cum tota ciuitas ista

incendio vastaretur, hanc ædiculam suam beatus martyr in medijs flammis positam liberauit? Sed moneo vt illius calamitatis memores, nec IVLIVM ipsum nec IVLII HASTAM nec statuas idolorum vel simulachra vllo modo colatis, denuò pristina mala iterantes, ne mortem, pestilentiam, incendia, bella, diuina incurratis vltione. hæc his similia Dei seruus ad eruditionem populi blanda oratione loquebatur.

DE PVERO SANATO.

XXIV. DIE vero quadam miles habens filium lunaticum, benedicendum eum obtulit Episcopo, adductis cum eo quatuor bubus pascualibus, donorum gratiam pro benedictione. Sed doctor bonus manus suas excutere suetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit, ipsum autem puerum cum patre ac donarijs ad papilionem suum, vbi capsæ ac reliquiæ Sanctorum erant, deduci iubet, vt ibi, si vellent, facta oratione & oblatione Dei misericordiam inuocarent. Vadunt; sanatur puer: gratias agunt.

DE FRENETICO SANATO.

XXV. MILES quidam freneſi ac demẽtia interdum capitis languore vexatus, in loco, vbi ad orandum steterant pedes eius, sese proijciens, sanitatem orans obtinuit.

DE

DE SEGETE DIVINITVS EXVSTA.

IN die sancti LAVRENTII ROCETIS presbyter beati viri ad villam pergebat: homines autem terræ illius nondum consueuerant seruare dies feriatos. In ipso ergo die transeunte presbytero, rustici segetem metebant. Ille autem de obseruantia festi eos alloquens, merita martyris prædicabat, atque vt ab opere cessarent sub contestatione & reuerentia beati LAVRENTII admonebat. Sed cum scriptum sit: stultus non corrigitur verbis, homo qui magister erat operis, spreta sacerdotis admonitione, operarios suos magis ac magis vrgebat. Contristatus vt digna vltione contemptum martyris sui vindicaret. Nec mora ex improuiso ignis venit & statem segetem & eam quæ messa fuerat vndique afflauit, tantaque vis ardentis fuit stipulæ, vt ipsi rustici de campo fugerent. Factumq; est vt qui saluis frugibus ab opere spõte cessare noluerant, perditis omnibus quæ habebant, cessarent inuiti. XXVI.

ITEM DE DVOBVS DIEM Dominicum non obseruantibus & multatis.

SIMILE quoddam eodẽ presbytero per omnia pergente in ASSVMPTIONE Beatæ semper virginis MARIÆ factum comperimus, duobus videlicet rustico & eius vxore in agro metentibus: Zelo enim religionis presbyter eos prohibebat, dicẽs, Huic diei propter assumptionem Dei genitricis honorem deberi. XXVII.

Erat autem secunda feria. Dicebat ergo rusticus, Heri propter dominicam non licuit operari, iterum hodie vacare debemus. quæ est hæc doctrina, quæ homines à rebus necessarijs bonis iubet cessare? quando ergo collectas videbimus fruges nostras? Puto vos inuidere vtilitatibus nostris. Cumq; iam ad blasphemandum os aperire vellet, falcem crebris tractib⁹ messor vehemẽs in calamos vibraret, mirum dictu, subito extinctus in sulcos cecidit, falcemq; in dextra, segetem autem in sinistra, vt abscecta erat, tam fortiter mortuus tenebat, vt à nullo aufferri posset. mulier autem infelix, socia operis, morte quidem mulctata non est; puto quia sub viri posita fuit obedientia, sed tamen sine pœna & confusione non euasit. Nam corpus exanime viri ad Ecclesiam secuta, falcem, segetem, de manibus suis & ipsa excutere non potuit, quousq; coram populo & clero argumẽtum hoc illicitę operationis probaretur. Sepulto igitur viro, abeunte cum timore populo, mulier quoq; soluta est. Ex hoc autem facto populus maiorem Dei genitrici reuerentiam maioremq; alijs festis celebritatem doctus est exhibere.

QVOMODO AD RVTHENOS *ire voluit prædicandi gratia.*

XXVIII. INTEREA Rvtheni comperta fide conuersione Stetinensivm, quia in Christianitate penitus roborati sunt, à societate illorum se auerterunt, commercia omnia mutuaq; negotia institorum ex indignatione abrumpentes quasi alterius iam fidei populo communicare in talibus non deberent. Isti autem sæpenumero à multis prædicatoribus ad fidem vocati, de integro nulli submittere se voluerunt, sed alijs credentibus, alij non credebant, atq; ex maiori parte paganicis

nicis ritibus degentes, semina fidei veluti spinæ suffocantes, illic conualescere non sinebant. RVTHENIA vero DANOS adiunctos habet. Porro Archiepiscopo DANORVM etiam Ruthenia subiecta esse debuit. Sed populo fidē Catholicam propulsante, superfluum est sacerdotes de parochiæ terminis litigare. RVTHENI ergo paulatim crescēte odio, STETINENSIBVS publice aduersari cœperunt. Et primo quod naues illorum à litoribus suis arcere, post naues illorum submergere, post ex cōmuni decreto hostes eos statuunt; OTTONI Episcopo mandantes (audierant enim quod ille ad prædicandum venire vellet) ne vnquam fines eorum contingeret. Dicebant enim nihil eum apud se inventurum nisi acerbas pœnas & mortem certissimam. Ille autē accepta tali legatione, tacite apud se exultat, animū parat ad martyrium, cogitat disponere omnia, tractat anxie apud se, an melius sit solum se ad tale conuiuium ire, an cū multis. STETINENSES autē quidam boni viri & prudentes in comitatu Episcopi erant IVLINÆ gnari locorū, prouinciarum, & morum cuiusq; gentis. Hos ergo paulatim Episcopus interrogat, rationibus prætemptabat, scire volens, si quomodo Christus per eos se illuc perducere dignaretur. At illi de origine RVTHENIÆ gentis, de feritate animorum, de instabilitate fidei, & bestiali eorū conuersatione multa ei narrātes, hoc q; Archiepiscopo DANORVM subiecti esse debuerint, non tacebant. Sperans ergo Episcopus gratum fore illi, si conuerti possent, simulq; attendens congruum esse quod per eius licētiam ac permissionem ad prædicandum in eius parrochiam veniret, Inuanū venerabilem presbyterum de latere suo & alios nuncios nauigio cum literis, muneribus, illo pro licentia direxit. Archiepiscopus vero in maximo gaudio & honore legatos accepit, habitisq; apud se multa humanitate plurima

de ſtatu, de doctrina, & de operibus beati OTTONIS prædicabatur. Erat autem vir bonus & ſimplex, bonarum rerum cupidus auditor, non mediocris ſcientiæ ac religionis, in exterioribus tamen SCLAVICÆ ruſticitatis. Nam & homines terræ illius tales ſunt, vt maxima vbertate atq; diuitijs, generali quadam duritia, omnes inculti videantur & agreſtes. Vrbes ibi & caſtra ſine muro & turribus, ligno tamẽ ac forſtatis muniantur. Eccleſiæ ac domus nobilium humiles ex * temate. Studia hominũ aut venatio aut piſcatio eſt vel pecorum paſtura. In his etenim omnes diuiciæ illorum conſiſtunt. Siquidem agrorum cultus rarus ibi eſt. Porro in victu vel in habitu veſtium parum lauti habent aut pulchritudinis noſtri. Vnde ergò mediocres in cõparatione illorum glorioſi erant. PONANVS vero preſbyter archiepiſcopo ipſo maior eſſe videbatur. Cumq; eſſet bonioris ad omnia compoſite reſpondens, illum valde oblectabat, nihilq; ſatis ei eſſe potuit, quidquid de OTTONE audiebat. Fama enim ante annos plures hunc notum habuit, & nunc quidem gloriari atq; lætari abundantius cœpit, q; eius dignos & præclaros nuncios præſentes haberet, cuius tanta & præclara facta vulgari fama paſſim prædicari pri⁹ audiſſet. De legatione autem eius ad præſens nihil ſe reſpõdere poſſe dicebat, niſi ante principes DANORVM atq; magnates per aliquas inducias conſuluiſſet. Inuanus autẽ & legati hoc longum ſibi iudicantes, dimitti ſe rogant, ne ſuper eorum mora contriſtaretur Epiſcopus. Annuit illo cum benignitate ac litteras, donaria, nauemq; grãdiuſculam butyro plenam, ſignum dilectionis & amicitiæ mittẽs Epiſcopo dicebat; ex conſilio principum per ſuos legatos de verbo prædicationis ſe reſponſurum. Quod vtrum induſtria an ſimpliciter dixerit, nobis compertum non eſt. Nam cum per aliquot dies ei⁹ nuncios exſpectaret Epiſcopus,

Hunc ante Ponanum vocat.

pus, de partibus ALAMANNIÆ de domo BABERGENSI plures nuncij venerunt, magnis & necessarijs causis Episcopum reuocantes.

QVANTO GAVDIO POST reconciliatos Deo Pommeranos ad Episcopatum rediens acceptus sit.

XXIX.

RVTHENI autem crebris insultibus POMMERANOS lacessunt & STETINENSIVM fines armatis nauibus perturbant. Cumq; semel & bis repercussi à bello cessare noluissent, STETINENSES ex consilio communi, arma tractare cœperunt, atq; iterum venientibus coadunatis viribus occurrere. Sed quid plura? Tanta strage RVTHENI fusi sunt & tanti ex eis in captiuitatem redacti, vt qui euadere potuerunt, nullum vltra victoribus bellum intulerunt. STETINENSES igitur hac victoria potiti, domino Iesu Christo & seruo eius OTTONI honorem adscribebant. RVTHENI eos vltra iam non timentes, sed ex captiuitatibus ad humiles satisq; indignas compositiones eos astringentes. Beatissimus proinde OTTO omnibus propter quæ venerat bene completis, visitans omnes quos potuit de eorum vale in maxima lætitia illis faciebat per ducē POLONIÆ ac per alios amicos suos tunc ad sedem suam relegans. Itaq; aliquot diebus gratiosa sui præsentia & catis aspectibus Ducem, POLONIENSES dilectos dilectores suos in plenitudine sanctitatis mansuetudinis & gratiæ lætificans ita se promouit, vt in Vigilia sancti THOMÆ Babenbergorum in Ecclesia Cathedrali in multo desiderio & exspectatione suorum quasi de victoria cum exultatione rediens susciperetur,

retur, cantantibus clero & monachis tota mente totisque verbis: *Domine suscipe me vt cum fratribus meis sim.*

DE NOBILI OPERIMENTO à Polizlao misso; quomodo eo vsus sit.

XXX. DVX POLONIÆ POLIZLAVS omnesq; meliores terræ illi summa amicitia coniuncti erant; frequentes ei salutationes & literas mittebant, donarijs suis eum magnificè honorantes, quia meritis ipsius ac precibus se apud dominum iuuari plurimum posse confidebant. Alij quoque principes ac diuites de omnibus terris audientes famam operum eius, audientes eleemosynas ei sæpenumero ingentia dona mittebant, socios se fieri & conparticipes studiorum eius deuote postulantes, quadam vice tegimentum nocturnale mirabilis pretij de serico auro megalina pelle confectum inter alia ei dona allatum est, ipseq; auctor domi specialis amicitiæ signum hoc esse nuncians, obnixè rogabat, vt in recordatione sui eius vsum dignaretur; neué de profligatione rei causaret; deuote promittit, hoc detecto vel parumper absumpto, aliud se transmissurum. At præsul accepta veste plicat eam ac replicat, & diligenter vndique perfectam vestiario suo commendat. Deinde portitoribus & legatis sub persona mittentis reuerenter inclinat, gratiasque agit dicens, Siquidem magnæ dilectionis munus hoc testimonium est. Et ego in memoriam datoris in perpetuum illud seruare curabo ita sartum vt nec mures vel vlli fures furentur vel tinea demoliatur aut ærugo. Habebat autem cognitos & ex nominibus proprijs notatos omnes paralyticos,

cos, languidos, canceroſos ſiue leproſos de ciuitate ſua, modum, tempus, & quantitatem languoris eorum per ſe inueſtigans, congruaque ſubſidia omnibus prouidebat & per curatores. Vocato igitur veſtiario ſuo, *Tolle*, ait, præolarum iſtud & carum mihi tegimentum, ac pone ſuper illum paralyticum, nomine illum deſignans, quem ſciebat longis doloribus adtractatum, vlceribus ſcatentem & vermibus, cuius fœtorem vicinia tota perhorrebat. Abijt ille & iuxta mandatum Epiſcopi delicatiſſima veſte miſerrimum illum cooperuit, mirantibus ac ſtupentibus omnibus qui hoc viderant. Erant autem complures maiores ac nobiliores, talia dona de manibus illius accipere conſueti qui ſpe huius deluſi vix ab iniuria linguas retinerent, dicentes, non opus eſſe megalinis pellibus leproſos ac paralyticos tegi, quibus vtique ouium vel leporum veſtimẽta ſufficere potuiſſent. Sed ſunt aliqui *E*piſcoporum qui ſi hanc veſtem corpori ſubtraherẽt, proprio ſanguini iniuriam inferri fortaſſe non negarent, qui terrenæ ſapientiæ dediti tales ſumptus feſtiuitatem vocant, qui cor trahẽtes in terra lingua cœlum pulſant, qui terrenum habent fundamentum, rem ſuam humanis præſidijs tutãdam putãt, moles turrium & interim maſſam murorũ multis ſumptibus coaceruantes, ſpiritualia munimenta vilipendunt. Verum OTTONI beatiſſimo non ea mens erat, omnem fiduciam in diuinitatis ope collocabat. Caſtra quidem & vrbes ad terrenos vſus quandoque parabat: ſed longe maior Eccleſiarum vel monaſteriorum ei cura fuit.

QVID DE SAGITTIS PRO munere à Fabro oblatis fecerit.

LX. FABER quidam peritissimus de arte suo Episcopo innotescere cupiens, telorum ac diuersi generis sagittarum ad opus bellicum mirabiliter præparatarum sportam plenam adportauit, vt in vrbibus & propugnaculis *E*piscopi futuris necessitatibus seruari debuissent. *E*piscopus vero gratias quidem egit homini, pro munere dignam illico mercedem rependens, sed manu propria vnam leuãs quæ triplici acie ac longo acumine visu etiam erat terribilis, Quare, inquit, istam tàm longam tàm subtilem, tàm acutam fecisti? Ille, tales, inquit, facimus ad penetrandas loricas & clypeos. Impulsu enim balistæ tales sagittæ nec scuto nec thoraci tueri sinunt hominem Cui Episcopus, Ego, inquit, agam, vt mortales se de his non mortificent. Iubetq; omnes simul leuari, sicut erant in cophino, portitoribus dicens: Ferte has ALBERTO HERMANNO rogantes diligenter vt mei causa in obsequio Domini expendat, ne mortibus hominum aptentur. habebat autem Abbas in manibus opus, tectum videlicet Ecclesiæ sancti MICHAEL Archangeli. Acceptis ergo sagittis patula retro haurimẽta omnibus conuolui iussit ac de nobilissimis sagittis clauos tegularum fabricans tecto illos Ecclesiæ coaptauit.

QVOMO-

DE OECONOMO EIVS RVdolffo & equitaturis eius, qualiter sit eis vsus.

QVIDAM œconomorum eius RVDOLFVS vir bonus ac prudens, ad eum propter domesticas causas veniebat, cumq; pro explicandis rebus apud eum aliquandiù demoraretur, *E*piscopus more suo egressus visitare *X*enodochium, stabulum transiuit œconomi, videnſque duos equos fortes & eleganti corpore, à comitantibus, cuius nam hi sint inquirit; sed illi procuratoris sui esse eos dicunt. Bene, inquit, magni sunt & fortes: certe portare habent precia & redemptiones captiuorum in terram POMERANORVM. Audierat enim quosdam de baptizatis suis in ciuitate barbarorum gentium fuisse captiuatos. Sublatis ergo equis œconomus re agnita ad *E*piscopum venit, de via sua & negotijs suis insinuat, equitaturas repetit, quas si habere non possit, ad omnia se impeditum dicit. Cui Episcopus, Non iraſcaris, obsecro, lucrum quoddam & negotiationem cogitaui: esto socius meus. Agamus pariter vt de fructu & lucro actionis pariter gaudeamus. Decem equos pannis oneratos in POMERANIAM missurus opera tua indigeo. XLI.

Omnem igitur pannum qui ad vsus nostros in partibus SAXONIÆ repositus seruatur in argentabis, insuper omnes pecunias de redditibus earundem partium ad nos pertinentium, quas colligere poteris cuncta simul ad nundinas HALLÆ portabis. Nosti etenim nobiles, puros, & precioſos pannos in terra POMERANORVM caros frugi mercatu HALLÆ inueniri. Igitur q̃dquid, ex prefata pecunia fustani, & purpurę, purniati, fricatij quoq; seu alteri⁹ cuius-

libet optimi generis vel coloris pannorum coëmere poteris in sarcinas concludes, aliasque species glorioſas & res pulchras emens, omnia his iumentis in POMMERANIAM diriges, partim dona maioribus, reliqua vero cauta venditione habita precium captiuis quos in barbaras nationes abductos conſtiterit. Hæc autem ſi, vt dictum eſt, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanes nec ſine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim cauſa equitaturas tuas abſtuli. Abijt homo & quia fidelis erat, omnia ſicut *E*piſcopus ordinauerat haud ſegniter impleuit. Munerantur honeſtiores, inſtitor OTTONIS laudatur, forum eius ac diſtractio populo rudi admirationi fuit & exemplo, certatimq; cuncti rapientes res duplo emebant, tum præ dilectione pontificis, tum etiam quia precium redemptionis eſſe ſciebant.

QVOMODO AMICITIAS cum Bela rege Vngariæ compoſuerint.

XLII. HIS omnibus ad votum Epiſcopi explicitis, eundem œconomum mittit ad Regem HVNORVM illum beatæ memoriæ BELAM, qui à patruo ſuo COLOMANNO rege cum patre ſuo almo Duce in diebus adoleſcentiæ luminibus priuatus, poſtea in regnum ſublimatus eſt, oculiſq; fidei ac ſapientia mentis præditus rempublicam VNGARORVM per annos plures gnauiter adminiſtrauit, plenus orationibus plenus & operibus bonis, & eleemoſynis. Certus itaq; de ſtrenuitate RVDVLFI *E*piſcopus, cui⁹ memoria ſemper in benedictione ſit, qui ad omnia ſtudia miſericordiæ ſedulus ei miniſter erat, ad prædictum regem BELAM magnum eleemoſy-

emosynatorem cum literis ac donarijs eum direxit, parare amicitias ac societatem, noticiam quoque ac patilitatem studiorum in operib⁹ misericordiæ, accendere hominem sanctum ad desiderium futurę exspectationis, ad gaudium æternæ vitæ atq; beatitudinis. BELA igitur accepto nuncio auditisq; literis Episcopi, spirituali gratia & diuina cōsolatione plenis lætatus est valde, atq; in festo paschali, quod apud VNGAROS etiam propter ipsius terræ maximā vbertatem multa epularum largitate splēdide ac delicatè celebrari solet, magnifice habuit nuncios OTTONIS, vitam, eius conuersationem statim crebro & opera interrogans, miraturq; omnia quę de illo audiuit, magnæ felicitati adscribens, quod talis viri dona & literas per nuncios accipere meruisset. Consummatis ergo diebus cum tempus esset dimittendi legatos, multa deuotione sacris beati viri orationibus rex sese commendans dona multiplicat, vasa aurea & argentea & vestes precioſas mittit, in super viginti libras excocti auri, specialiter obsecrans, vt has in aliquos diuinos vsus in recordationem sui expendere dignaretur. Episcopus ergo acceptis donis & auro, nil moratus beato MICHAELI hoc obtulit, CRVCIS decus in nomine SALVATORIS de hoc fieri mandans, additque de suo auri quantitatem & gemmas, & clusorem conducens insigne trecentas argenti marcas valiturum ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ fabricatus est.

RELATIO DE SOPHIA EIVSdem Bela.

XLIII. SED quia BELÆ VNGARICI regis mentio incidit, pauca de filia eius Sophia, quæ in proposito virginitatis sub sacro velamine inter sacras virgines Admotēsis cœnobij laudabiliter degit, licet à proposito discordent, inserenda sunt, si quos forte legentium siue audientium posthac lucri facere eius exemplo dominus hac lectione dignetur. Hæc etenim ante annos nubiles petita est HEINRICO puero CONRADI regis TEVTONICORVM filio primogenito. BELA ergo cum sæpe rogatus adquieuisset hanc illi dare, & nuncij propterea veniſſent Archiepiscopi & Episcopi aliſq; primates de regno ALEMANNIÆ, vt iuxta imperialē magnificentiam clare ad nuptias duceretur, hoc ordine, hac ratione ad sponsalia eam direxit, DOMINE, inquiens, cœli ac terræ, tu omnia vides: ego vero nihil video. Tua ordinatione, sicut voluisti, domine, cæcus factus sum. Sed tu omnia videns, intueris abdita cordium, vides præterita præsentia & futura indifferenter. Et manus ponens super caput filiæ, Hic inquit, Domine, mihi vnica est filia: hac me sola prole fœminea in tua miseratione beasti, hanc hodie te teste, te ad auxilium nostrum inuocato, ad nuptias mitto, hanc te comitante præsentib⁹ nuncijs comitto, tali tali fixa inter me & te, domine Deus, condictione, vt nunquam eam deseras. & si forte is qui eam petit filio suo dominus Imperator CHONRADVS vnquam mali quidquam aduersus eam cogitauerit, tua in protectione tibi hanc commissam habeas. Ad legatos autem, En, inquit, coram vobis. & tollite filiam meam, ducite eam Imperatori vestro, & quia mea vita ipsa mihi carior est, omne quod charum vel pretiosum habeo

cum

cum ea transmitto. Iussitq; apportari omnia regalia sua, capelam suam totam cum patrocinijs sanctorum, cum immensis paraturis & vtensilibus aureis & argēteis, cum tentorijs ac papilionibus, cum iumentis optimis ad subuectionem rerum, insuper aurum & argentum absque vlla æstimatione, dona genero suo ac filiæ. Et apprehendens scrinium, in quo erat patrocinium beati BLASII, statuit super hoc filiam suam: de hinc ad legatos, En, inquit, filiam meā cum patrono suo. In hæc verba, vt locutus sum, in nomine domini vobis committo. Igitur abeuntibus nuncijs, exita iam Vngaria cum ad TAVRVM mōtem CARINTHIÆ propinquassent, Imperator CONRADVS obuiam eis mittens ad virgines ADMVNTENSIS cœnobij dominam cum puellis suis interim locari fecit donec oportuno tempore solemni habita curia conueniēti honestate ad nuptialia vocaretur sacramenta. Dona vero ac omnes diuitias quæ allatæ cum ea erant sibi adportari fecit. Itaq; diuersis negotijs ingruentibus, quę regum animos à propositis retardāt, rem explicare præpeditus est. Puer infirmitate præuentus, domina in monasterio permanēte ex hac luce subtractus est. BELA quoq; requieuit in domino & filius eius. GISO ei successit in regno. Qui videns nuptias sororis esse frustratas, nuntios misit, vt reduceretur: sed illa noluit. Secūdo misit & tertio: sed illa redire abnuit. Ad extremū reputans apud se, vi fortasse teneri eā à rectoribus monasterij, indignari cœpit aduersus locum, & nisi quantocius reddere tur, excidium vastationemq; minari. Sed virgo castissima mēte & corpore ad omne bonū dispositā, Deo magis quā sęculo placere desiderans, sororibus ibidē degētibus adhęrere, apertisq; ostijs claustri, cū abbas in eius posuisset deliberatione, intus manere vel ad nūcios fratris exire, manere intus deligit & nunquā à proposito virginitatis recedere.

Rex

Rex autem nimio germanitatis affectu circa sororem affectus cum secundum seculi huius magnitudinem sublimare eam vellet, modo vi modo astu & ingenio teneri eam querebatur, habitoq; cum necessarijs cõsilio ire parat liberare eam in manu forti. Sed viri magni & prudentes, quos consilio suo adsciuerat, regem monebant non abire, nec cito THEVTONICORVM regno bellum importari oportere sine causa belli, optimum esse factu, vt missa persona publica & honesto comitatu cum decore ac disciplina dominam repeteret, quæ si inordinate deriuetur, iustas demum commotionis causas fore: Sed quid multis? Licet ægre facto animo rex audiuit consilium: mittit ducem vnum virum fortem cognatum suum, amatorem gloriæ suæ & cum eo militiam magnam. *Et* ecce ventum est ADMVNTI. Abbas vero & fratres conspecta multitudine & potentia legati, rem agi serio vident, turbantur, præsidia orationi quærunt. Deinde egressi ad legatos responsa tyranni tristes accipiunt scilicet vt puellam reddant, aut graues regis Vngarorum experiantur inimicitias. Abbas vero vir dignę auctoritatis, gnarus ad omnia maturoq; pollens consilio meritis, ac religione, decus & firmamentum monastici ordinis, ad verba legatorum his paucis respõdit, In hac causa nihil à nobis perperam actum est siue agetur. Sed hodie curam corporum vestrorũ, quia itinere fatigati estis, veluti agatis. Negotium vero vestrum crastina dies expediet. Itaque lauto apparatu epularum multaque diligentia eis ministratur. Sequenti vero die Abbas ad legatos, Et quid, inquit, facietis, si domina vestra sponte vobiscum venire noluerit? Nunquid inuitam abstrahetis? Nunquid nolenti & renitenti manus violentas injcietis? si quidem hoc regibus ac reginis extremũ est dedecus, vi trahi ad quod nolit, & mitti quando non velit,

velit, atq; alienæ voluntati seu violentiæ mancipari, non id puto conuenire libertati ingenuæ. At illi, Sic, inquiunt, & nos eam libertati suæ restituemus, & non vim, sed obsequium præbebimus eunti. Denique si ab indigna coactione soluta, libertati fuerit restituta, certe quidqd propria deliberatione elegerit, neq; vos neq; nos prohibere debebimus: & Rex VNGARORVM inuictissim⁹ indecenter vel contra decus regum sanguinis habitam germanam suam conterrinam causari non poterit. Placuit sermo Abbati & fratribus venientesque in atrium Basilicæ ante fores claustri, quo virgo sancta cum conuirginib⁹ clausa degebat, duos faciebant globos, seorsum legati & milites populusq; mult⁹ qui ad spectaculũ venerat, & seorsum Abbas cũ fratribus. Reserantur postes, ianuæ claustrales panduntur, regina ad nuncios exire rogatur. Negat illa, Nihil sibi & eis esse dicens. lege se loci limen ianuæ nisi morte obita non esse transituram. Docetur ergo quid inter Abbatem, & legatos sententiæ ac rationis de ipsa constiterit. Illam de sub claustris in apertum egredi oportere, liberam fieri, coactione solui, cæterum in eius arbitrio locandum, quam sibi viam elegerit. At illa fœmineo corpore viriles animos gerens, vbi vidit, quia sic necesse est, neque litem aliter posse decidi, pede limini impositio, En, ait, sancta MARIA domina mea, patrona mea, mater Domini mei Iesu Christi sponsi mei, salua gratia tua & pace, te duce, te comite, limina tua trãseo; te adiuuãte, te ꝓtegente, cito reuersura, tibi cõmendo causam meã, virgo vriginum. Et tu beate BLASI martyr Christi patrone AD-MONTENSIVM Domine ac dominator loci huius qui me à parente meo tibi commendatam diuina ordinatione in hæc tua tecta suscepisti peregrinam, obsecro ne me derelinquas. His dictis flebant virgines, fratres flebant, vni-

uersi egrediuntur, illa modesto gradu ac lento in medium tendens. Stabant legati immobiles, vestes tantum ac purpuram gemasq; preciosas in cultū seculi ei allatas offerentes ac protendētes ad reginę animos pelliciēdos. Omnes igitur qui aderāt immoti stabant auidè spectantes & operientes quid esset factura, nullo ei propinquante. Sactæ autem virgines stabant, ardentissimè flentes, & orantes, veritę admodum ne tantum decus societatis amitterent. Itaq; virgo libertatem & absolutionē suam in medio ꝓpositā satis omnibus ostēderat. ad nuncios conuersa Regina virgo modestè inclinans valefecit eis. Deinde via qua venerat, ad sorores rediens, clara voce, multam compunctionem omnibus excitans, cantare cœpit: *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsi.*

Succinentibus cæteris virginibus, quæ illam in limine stantem operiebantur, succinentibus pariter & monachis & prosequentibus eam in gaudio & lachrymis vsq; ad introitum ianuæ. Omnis quoque populus voces & laudes dedit in excelsum gratias agens Deo, quod virgo nobilis & tenera tam virili mente sæculi abiecisset delicias. Nuncij quoque non minus alijs dominum magnificabant, omniaq; ornamenta seu vestes quas in vsum sæculi ei portauerant monasterio conferunt; & reginę valefacientes eiusque se orationibus commendantes in pace & gaudio ad dominum suum reuertuntur, quæ gesta erant ei referentes. Mitigatus est itaque rex vltra à proposito suo illam reuocare desistens. Hac igitur breui digressione vtilitati posterorum consuluerimus. Cæterum ad propositum reuertamur.

Quo-

QVOMODO AD CONSECRATIONEM monasterii de ægritudine diuino auxilio conualuerit.

QVODAM tempore dum monasterij cuiusdam consummatio dedicationem exspectaret, & omnia quæ huius officij ratio poscebat in corporalibus & spiritualibus laute ac diligenter præparata fuissent, omnibus in expectatione positis præsul grandæuus molestia corporis laborauit adeoq; infirmatus est, vt ad opus consecrationis vires minimè habens, misso nuncio, in vigilia beati EGIDII ad aliud tempus dedicationem transferendam statueret. Sed quia parata erant omnia & cupientibus animis omnis dilatio inuisa est, duplici mœrore Ecclesia turbari cœpit, pro languore videlicet Episcopi, & pro frustrato desiderio exspectatę consecrationis. Quocirca orationes non cassas mittunt ad dominum vires ac sanitatem pręsuli obnixè postulantes. Igitur meridiano tempore in lecto recubans & sopore paululum pressus puerum coram se per somnum ludentem & saltantem videt Episcopus, ac de Psalmo versum crebro cantantem: In domum Domini lætantes ibimus. Expergefactus vero, ægros prius artus, fortes inuenit & vegetatos. corpus leuat, sentit gratiam sanitatis rediisse: cubicularios citat, interdictum consecrationis mutat, proximoque in die sancti EGIDII sicut antea voluerat in magna totius Ecclesiæ lætitia dedicationem peragit Domino sibi vires administrante. XLIV. Psalm 121.

QVOMODO SENIO ET laboribus exhauſtus diem obierit.

XLV. POSTERO vero tempore tam morbo quam ſenio exhauſtis virib⁹ corporis indies diſſolui cœpit,& labore infirmitatis continue ad laborum finem tendere. Itaq; cum ſe acrius premente languore in proximo ad dominum ſperaret migraturum, illud amicum ſibi ſemperac ſolitum opus elemoſynæ tanto ardentius exercuit, quanto illi conſtabat, quod diu hoc exercere non daretur. Omnia igitur loca, omnes domus,& curtes circa poſitæ, imo tota ciuitas, eo volente atque iubente, pauperibus & peregrinis repleta fuit.aderant viduarum& orphanorum longa examina clericorum,& monachorũ intrantium & exeuntium multitudines negotio beato pij mercatoris iam adire parantis ad extremas nundinas. ſacras dixerim; in quibus terrenis cœleſtia,temporalibus æterna bona comparabat. Feruebant ſane circa illius lectum cœli terræq; ſancta negotia & Martha ſemper ſolicita,& turbata circa multa,& innumerabilis humanitatis officio nec languida iam mortiq; vicina ceſſauit ab operibus ſuis plurimis propter vnum, quod ſciebat eſſe neceſſarium. Cum Abbatibus enim & poſitis ſuis de omnibus ordinauit,Eccleſias &cœnobia ſua &diuerſoria intima retractatione digeſſit,ſinguliſq;,prout oportunum videbatur, ſumptus & neceſſaria ſuppleuit. Cerneres iam oleam vberem & frugiferam, ſolita vbertate vberiorem,& copioſiſſimis fructibus onuſtam, totam ſe carpentium manibus inclinare. Et reuera mirum valde eſt, quod hic inexhauſta benignitatis archa quæ tot ante die

diebus ad erogandum iugiter patuit, adhuc tantillo tempore tantum quod erogaret habere potuerit. O Martha Martha deuota domini, quando vel quomodo sentires egestatem? Quis enim donantium donanti omnia egens vnquam factus est? Interea vero languor magis magisq; spiritum luctãtem vrgebat, riteq; dispositis omnibus, quęcunq; post se victuris præstare potuit, supplici & pura confessione præmissa, olea illa & placida & sacra vnctione sacri olei delibuta, propiciabile viaticũ corpus domini percepit, & circumstante illo suo semper familiari collegio virorum, religiosanctorum tam monachorum quam clericorum, psalmis & orationibus agonem eius deuote Deo commendantium, plenam operibus bonis & eleemosynis, plenam honoris & gratiæ animam exaltauit in cœlum. Quid multa? Flebat ciuitas vniuersa, iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus: flebat omnis ordo, flebat omnis religio, diuites, & pauperes, nobiles, & mediocres cum plebe rusticana omnes patrem ademptum lugebant amarius quanto ab omnibus illis carius ipse amabatur. Monasteria & Ecclesiæ longe vel prope positæ; Magnates & capitanei prouinciæ, fama mortis eius exciti ex omni parte cõfluebant: se ingratos atq; inertes arbitrati, si eius quem tantopere dilexerant, funeri non adessent, vel si debitos honores tantis exequijs non præstarent.

DE ADVENTV EPISCOPI.

SVPERVENIT quoq; sacræ semper memoriæ XLVI.
IMBRICO * Orbipolensis Episcopus, vir clarus Herbipolensis
& prudens tam eloquij venustate vel ingenio, quam etiam sapientia præpollens. Superuenit, inquam, amicus & amici exequias inuisens & dolenti &

ardentissime flenti *E*cclesiæ lugendo ipse ac dolendo luctum auxit & dolorem. Iam enim per totum triduum dormitationis eius corporis gleba per omnes *E*cclesias circumferebatur, Sacrificio indefessisq; orationibus & multis eleemosynarum largitionibus beata ei⁹ anima Deo commendata fuerat ab omnibus. Quarto die vbi ad locum tumuli ventum est, *E*piscopus commendationem celebrauit, atq; inter Missarum solemnia quæ pro dilecti patris & amici multa intentione deuotus agebat, ad mœrentem & lugentē conuersus multitudinem, breuē quidē, sed gratiæ dulcedinis plenum intulit sermonem, ita dicēs:

SERMO IPSIVS.

XLVII. EN quid fiet? quid erit consilij? mortua est Martha. Ecce vbi iacet. Quis ergo venientem dominum Iesum in hoc castello amodo susci-piet? Equidem defuncta est, defuncta est Martha, quæ illum susciperе consueuerat. Defuncta est hospita domini Iesu Christi, quæ venienti hospitium præbebat, sed & ponebat mensam; Pariter benigne ac liberaliter ministratum ab eo est; nisi quod non solum ministrauit Christo, sed minister & hospes ac susceptor fuit Christianorum. Et quis stabit in loco eius, quis vicem ministerij huius implebit? Quis rogo aget quæ iste agere consueuit? Omnibus gradibus, omnib⁹ ordinibus, omnibus personis Ecclesię valde vtilis fuit. *E*cce defunctus est, vt vere dicam seruus seruorum Dei, quid facietis monachi? Quid facietis clerici? Quid facietis pauperes & mendici? Quis vobis restituet matrem vestram? Vbi amodo illa materna * verbera, vbi maternos affectus quæretis? Sed quærere vbiq; potestis; vobis denuncio, nusquam inuenietis. sui temporis enim sæcula (confidenter dico) hunc solum,

* Vbera.

hunc

hunc vnum tantæ misericordiæ virum habuerunt. vt enim de alijs virtutibus taceam quæ plurimę fuerunt, sed misericordia & misericordiæ operibus tantus erat, vt nullum penitus ex omnib⁹ mihi notis possim ad æquare. Sed quid dicam? doleo dico iterum, doleo vicem illorum, qui in sinum hunc misericordiæ fugere cosueuerunt. Doleo, vt verum fatear, vicem meimetipsius, ac vt ita dicam, me miseret mei meritoq; conturbor. Multum enim præsidij multũ solaminis in hoc amico perdidi. hic enim commodus, societate oportunus, magnum mihi fuit præsidium. cum hoc fiducialiter ac tute omnes curas meas, omnia negotia seu consilia pensiora communicare solebam. hic mihi, vt breuiter dicam, in omnibus oportunitatib⁹ meis magnus fuit subleuator. De me certe dico. Nã mei nominis ordo vniuersus, videlicet ordo pontificalis hoc adempto compare, merito lugebit. Conuentus quippe nostros in cõcilijs siue curijs, virtutum suarum radijs collustrabat. In hoc vt ita dicam, quasi in veteri libro, quomodo nobis viuendum, vel quid agendum esset conspiciebamus. Sancta enim exempla, sanctę actiones magis erudiunt, quam verba. Sed doctrina hæc, ô dolor, rara est in hominibus: quotquot sumus, eloquio magis, quam exemplo proximos ædificare studemus. Sed ille & eloquio & exemplo, dixit & fecit. Talem Martham de medio nostri ablatã æqua mẽte quis ferat: Sed vado ad altiores. Huius certe interitũ, o Romane põtifex caput sacrosanctæ Ecclesiæ senties; & tu regnator orbis...., Imperator Rom. Auguste casum Pontificis huius experieris. Ambo permaxima magnaq; clade multati estis. Magnus enim ad hoc ille ambi dexter vobis occubuit. Occubuit ille qui vtraq; manu ꝑ dextera vtebatur Israheliticæ gentis ductor egregius. Occubuit, inquam qui potis erat & industrius & prona voluntate reddere

quæ

Matt 22. quæ sunt Cæsaris Cæsari, & Deo quæ sunt Dei. Non tibi, o Imperialis maiestas, non tibi cito consurget alia colũna, cui tàm fiducialiter inniti queas. hic te quidem non solum diuitiis & prudentia sęculari, sed, quod vtraque maius est, sanctitate suffulsit. Sanctitate, & virtutum meritis Imperatorem pa-----subleuauit. Iusticia enim & san-----dextera eius non parua----non acta. non parua hæc mutatio dextræ Dei. Non ergo leuiter ferenda talis viri mors. Vbi amodo tale ingenium, talem prudentiam, talem bonitatem inueniemus? Sed redeamus ad monachos, redeamus ad populum spiritualem, detrimenta illorum lamenta nobis faciunt. Quid fiet de illis? Quid fiet de monachis & pauperibus, qui ad has manus spectare consueuerant? lugetis video & fletis OTTONEM nostrum; & certe non immerito. vobis enim ille occubuit, vobis ablatus est. Vos nempè o monachi spiritualis populus eius & oues manus eius. hic profecto erat qui de abundantia diuitum huius mundi vestram supplere sollicitus fuit inopiam. hic magnæ auctoritatis exemplo gloriari solebat, dicens, Spolians Ægyptios, ditaui Hebræos. nam reuera sanctè ac religiosè multa sæcularibus extorsit, quibus penuriam subleuaret spiritualium. Sancta & religiosa fraude, vt ita dicam, diuites circumueniebat, vt eleemosynas facerent quandoq; non cogitatas. Argumentosus enim erat in lucris diuinis. Nam & manus Domini cum eo erat. O quam multos diuites cum suis omnibus diuitijs ad spiritualem vitam traiecit! quidquid personarum, quidquid rerum vel operum sæculo aufferre potuit, Deo aptauit, pietatis ac misericordiæ obtentu. Quid multa? misericordia eius, super omnia opera eius. misericordia Dei ante oculos eius semper fuit. Orate ergo fratres dilectissimi, Orate attentius, vt & ipse hodie misericordiam consequa-

sequatur. Orate vt illa beatissima anima, quam credidit, quam sperauit, quam dilexit, re ipsa Dei misericordiam hodie percipiat. Equidem non surdis auribus illud euangelicum accepit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est: nullus autem misericors esse potest qui non & humilis fuit. Omnis ergo misericors, & humilis est. Vnde inferre possumus bene, quod veram & coram Deo probatam habuit humilitatem Spiritus eius, qui tantæ misericordiæ extitit. Interuentu ergo beatæ Dei Genitricis MARIÆ, cui semper deuotus fuit; interuentu beati MICHAELIS Archangeli, cuius Ecclesiæ reparator & sublimator, hodie conspicitur, quem patronum & seruatorem & corpori & animæ suæ delegit, interuentuque omnium beatorum spirituum spiritus eius diuinam misericordiam consequatur; Ipsorum, inquam, atque omnium Sanctorum suorum meritis, si vspiam, sicut est humanæ fragilitatis, tanta eius opera, tantæ ipsius miserationes & benefacta, humana laude vel laudis intentione titillata vel maculata: nihil enim satis purũ coram summo iudice; rogate quæso attẽtius: oremus omnes pariter vt hoc abolere, hoc tollere dignetur ipse, qui tollit peccata mundi Agnus Dei dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula sęculorum.

Matth. 5.
Lucæ 6.

Quanta vero vociferatione quanto mugitu quantis affectibus & lachrymis omnes AMEN responderint, dici non potest. Sic ergo finita Missa, in loco, vbi canitur, in Ecclesia beati MICAELIS, Comitibus, Marchionib⁹ seu alijs quibuslibet nobilibus feretrum eius certatim gestantibus sarcofagum, leuantibus, seu alia quæ ibi erant necessaria operariorum more suis manibus deuotissime agentibus,

eius corpus tumulatum est. Anno Dominicæ incarnationis M. XXX. VIIII. tertio Nonas Iulij, feliciter. AMEN.

EXPLICIT LIBER TERTIVS DE VIta & virtutibus beati OTTONIS *Babergensis Episcopi Confessoris & Pomeranicæ gentis Apostoli, &c.*

ARNONIS
Salisburgensis Archiepiscopi,

TEMPORE CAroli Magni, annotatio

Siue

INDEX

EORVM QVÆ ECCLESIÆ SALISBVRGENSI TRADITA SVNT

à

THEODONE
THEODBERTO
HVCHBERTO
OTILONE
TASSILONE
} Ducibus Bauariæ

Et ab alijs nobilibus, Comitibus, siue liberis Boiaricis.

Item

PRIVILEGIVM PHILIPPI REGIS AD CONfirmationem datum omnium donorum seu priuilegiorum Saltzburgensi Ecclesiæ.

ad

EBERHARDVM II. ARCHIEPISCOPVM.

Nunc primum è m. s. codice

edita

Et notis illustrata ab Henrico Canisio Nouiomago Iuris Consulto.

ANNOTATIO ARNONIS EPISCOPI TEMPORE Caroli Magni Regis Francorum.

DE hoc vero quod ad Episcopatum beati Petri primi pastoris Ecclesiæ, sanctorumq; Apostolorum principis, quod constructum est infra oppidum SALZBVRG, in pago LABAOCENSIVM, super fluuium IGONTA, qui alio nomine SALZAHA vocatur, vbi & dominus RODBERTVS Episcopus atq; Confessor vna cum Sociis corpore requiescit, & inibi traditum fuit, & vbi præest venerabilis vir per diuinam misericordiã & mercedem domini nostri Caroli excellentissimi Regis Arn. Episcopus.

Theodo Dux. Rodbertus.

PRIMVM quidem tradidit THEODO Dux, prædictum oppidum simulq; & castrum superiorem domino RODBERTO, cum terminis denominatis & confinibus vel omnibus appendicijs suisq; adiacentijs, vna cum campis, siluis, alpes, aquis, aquarumq; decursib', sicut ad supra memoratum oppidũ, vel castro Saltzburch & reliqua loca vel possessiones, sicut inferius scriptum esse videtur. Simili modo tradidit idem Dux villa nuncupante

pante PIDINGA, in pago Saltzburchoue, iuxta fluuium SALA manſos xxx. inter veſtitos & apſos, vel quicquid ad ipſos manſos aſpicitur. Simulq; & tradidit iam dictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur SALINAS FORNACES. xx. & totidem pacellis, & tertiam partem de putiatorio ibidem conceſſit, quod barbarice dicitur GALGO. Inſuper & iam dicto loco conceſſit decimam de ſale de thelonio quod datur incenſo dominico. Nec non & præfatus Dux tradidit Romanos & eorum tributales manſos LXXX. inter veſtitos & apſos, cõmanentes in ſupra dicto pago Salzburgenſe, per diuerſa loca. Simul & iam factus Dux tradidit in pago ARRAGOE ſecus torrentẽ FECHILESAHA romanos & eorũ manſos tributales. v. inter veſtitos & apſos. Itemq; tradidit ſupradictus Dux in præſcripto pago Saltzburgoe duos alpes, qui vocantur GANZO & LADVSA, in quo ſunt tantumodo paſcua ouium. In pago vero Drunẽſe tradidit memoratus Dux villulam, quæ vocetur Pachman, cum manſos x. inter veſtitos & apſos, cum ſilua & prata vel paſcua ad eandem villam pertinentem, & in pago etiã Tonaltgor tradidit ipſe Dux ſecus amne Danubio iugeres vinearum duas, prope ciuitatem Reganeſburcha dicta.

SVCCEDENTE vero filio eius Theodberto Duce, qui tradidit villulã nuncupante Vzelinga in iam dicto pago Salzburchoe, ſecus fluuium Salzaha manſos xx. inter veſtitos & apſos, cum omnibus appendicijs ad eam villulam pertinente. Itemq; tradidit ipſe Dux in loco qui dicitur Cucullos in ſupradicto pago Salzburgoe, ſuper fluuio Salzſaha. ideſt mãſos III. veſtitos & prata vel paſcua ibidem pertinentia. Ipſeq; Dux tradidit villã nuncupante Vualarſeo in eodem pago ſecus ſtagnũ Vualarſeo manſos x. inter veſtitos & apſos, & ſiluam vel aqua- Teobertus Dux.

rum decurſionem in fluenta quæ vocatur Viſchaha, & quidquid ad eandem villulam pertinere noſcunt, ſimulq; & locellum, qui vocatur Tal goe in ſupradicto pago Saltzburgoe in quo eſt ſilua, prata, vel paſcua. Pari modo præfatus Dux in ſupradicto pago tradidit villulam nuncupante Titamaninga in qua ſunt manſi XXIIII. inter veſtitos & apſos, vna cum ſiluis, campis, pratis, ſeu farinarjis, vel quidquid ad ipſam villulã pertinere videtur. In pago vero Iſanagoe ſuper riuulum Iſana tradidit idem Dux villa nuncupante Ehardinge cum manſos XV. inter veſtitos apſos, cũ pratis & campis vel ſiluas atq; farenarijs ad eandem villã pertinente. Aliam vero villam in eodem pago tradidit ipſe Dux nuncupante Tuzzlinga cum mãſis XV. inter veſtitos & apſos, vna cum terminis & confinibus ſuis ad eandem villam pertinente. Tradiditq; memoratus Dux in pago Opingor villam nuncupatam Opinga, in qua ſunt manſi XX. inter barſcalcos & ſeruos & inter veſtitos & apſos cũ campis, pratis & ſiluis & omnibus appendicijs ſuis.

Huchbertus Dux.

SVCCESSOR namq; filius eius Huchbertus Dux, tradidit in pago Rotagoe villa nuncupante Sauarſtedi cum manſos XX. inter veſtitos & apſos, & cum terminis vel appẽdicijs ſuis. In pago vero Salzburgoe tradidit idem Dux in loco qui dicitur Ændorff manſos veſtitos III. & apſo I. & terminum ſiluæ, quæ adiacet ſecus fluenta Fiſchaha, & in pago etiam Matagoe tradidit præfatus Dux in loco, qui vocatur Icinga manſos tributales IIII. apſos.

Otilo Dux.

POST hunc extitit Otilo Dux, qui tradidit in pago Iſnagoe villam nuncupatam Metumunhaim ſecꝰ fluenta Iſana & in ea manſos XX. inter veſtitos & apſos, vna cũ omnibus terminis vel appendicijs ſuis. Tradidit

didit idem Dux in pago Salzburgoe locillum qui dicitur Elleſnaunans, in quo prata & ſilua conſiſtitur, vel ſtagnum qui vocatur lacuſculus, ſimulq; & Abriam lacum, in quo conſtat paſcua & parta vel ſilua, piſcatio atq; venatio, & inibi aliquanti fratres proprijs laboribus viuunt.

POST hunc vero ſucceſſit filius eius Taſſilo Dux, qui tradidit in pago Tonagoe villam nuncupatam Poh cum manſos XXXIX. inter veſtitos & apſos, vel cum omnibus appendicijs ſuis ſeu terminis ad eandem villam pertinente, ſeu & territorium in eodem pago, in loco qui dicitur Chruchenperch, qui adiacet ſecus amne Danubio, in quo nunc ſunt plantagines vinearum inſtitutæ. Idemq; Dux tradidit in pago Filuſgoe, in loco qui vocatur Riute, manſos veſtitos duos. Inſuper tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe villula nuncupata campus romanos cum manſos tributales XXX. inter veſtitos & apſos. Similiter tradidit ipſe Dux in pago Iſanagoe in fiſco dominico qui dicitur Poch manſum veſtitum vnum. Itemq; tradidit prædictus Dux in pago Salzburchgoe, in loco nuncupato Hal vnum puciatorium integrum, quod vulgariter dicitur Galgo. Tradidit ſiquidem præſcriptus in ſupradicto pago Salzburgoe in loco qui dicitur Regubertum ſeruum, nec non & preſbyterum cum omni domo vel poſſeſſione ſua, cum omnia, quidquid in ipſo loco habuit. Ipſeq; Dux iam ſcriptus tradidit cellam quæ vocatur Garoz ſuper ripã Eni fluminis in pago Iſanagoe, quam cõſtruxit Boſo clericꝰ per licentiã iam dicti Ducis in honore Petri principis Apoſtolorũ, & ipſe Taſſilo ipſum clericum cõmendauit ad ſupra dictũ monaſterium vna cũ ipſa cella. Taſſilo Dux.

Item de hoc quod tradiderũt libri Baioarij per licentiã Taſſilonis ad ſupradictum Epiſcopatum, q; fuit eis ex cauſa- Liberi Boiarij.

sa Dominica beneficiatum, similiter & de illis potestatem non habent de se. Boso liber qui & presbyter & Iohannes frater eius tradiderunt per licentiam Tassilonis in pago PINNZGOE loca nuncupantes BISONZIO & SALAFELDA, & in alio loco qui dicitur fico Romanisco in pago SALZBVRGOE iuxta fluuio SALA, id est in totum inter tributales & seruiles mansos XV. & inter vestitos & apsos, quod sicut supra memorauimus ex causa dominica eis fuit beneficiatum, & ipsa traditione præfatus Dux ab ipso loco plenius & firmius fecit confirmare: & in supra memorato loco Bizanzio ædificata est cella, in qua monachi labore manuum suarum viuunt. ONNO & filius eius Sigivvolff & Sigibaldus iudex tradiderunt per licentiam, vt supra in iam dicto pago Salzburgense, in loco qui dicitur vico romanisco mansos apsos. II. simili modo ex causa dominica vt supra MAZZO & APPO & Arbertus non potestatem habentibus tradiderunt per licentiam in pago ISANAGOE loca nuncupantes in Amfinga & in VVidmbach & ad Hoccinhusir idem in totum mansos VII. inter vestitos & apsos. Hrodgaer & Gortscals & Eparichar tradiderunt per licentiam vt supra in supradicto pago Salzburgoe loca nuncupantes in VVangin & in VValardorf seu ad Straza hoc est in totũ mãsos VIIII. inter vestitos & apsos. Grimbertus Comes tradidit vna cum permissione, vt supra in iam dicto pago in villula quæ vocatur Papinga mansos quatuor, similiter ex causa Dominica Alexandra & Iacob filius eius tradiderunt per licentiam, vt supra in pago Atragoe, vel in ipso loco qui dicitur Afragœ mansos VI. inter vestitos & apsos, quod & fuit ex causa Dominica eis beneficiatum. Gaerod tradidit per licentiam vt supra in pago Salzburgoe in loco qui dicitur Totenhusir mansos tres, apsos similiter vt supra. Helmcinus per licentiam vt

supra

supra tradidit in pago Drungoe in loco qui vocatur Chorinnbach, territorium quantumcunq; possidere visus fuit, quod nunc iacet apsum, qui fuit similiter vt supra. Dignoldus tradidit per licentiã vt supra pago Salzburgoe in loco qui dicitur Liueringa mansos III. apsos, qui fuit similiter vt supra: Egilulfus tradidit per licentiam vt supra in pago Matagoe in loco qui nominatur Steinbach mansos V. apsos qui fuit similitet vt supra. Tisa libera tradidit per licentiam Ottiloni Ducis in pago Salzburgoe in loco nuncupante monticulus, super fluuio Salzaha mansos VII. vestitos, qui fuit similiter vt supra. Iohannis seruus tradidit per licentiam Tassilonis in pago Salzburgoe, in loco qui vocatur Sura manso I. vestito qui fuit simili modo vt supra ex causa dominica. Ermlint Deo sacrata tradidit per licẽtiã vt supra in pago Rotagoe in loco qui vocatur Mallaking super ripam Eni fluminis mansos vestitos III. simili modo vt supra. Gertlteaoz & Garmunt & Patto vendiderunt res eorum per licentiam Tassilonis ex causa Dominica in pago Salzburgoe villa nuncupata Muldorff, id est mansos XXV. inter vestitos & apsos. Theoderich tradidit per licentiam vt supra in pago Isanagoe, in loco qui dicitur Perinbach mansos II. similiter vt supra ex causa Dominica. Hildolf tradidit per licentiam vt supra in supradicto pago Isanagoe in loco nuncupantes Rota, & ad Perck mansos X. inter vestitos & apsos similiter ex causa dominica. Vualco tradidit suum filium Odalhardum per licentiam vt supra, cum omni sua hęreditate in pago Salzbarchgoe in loco qui dicitur Dundilabrunna, id est mansos quinque inter vestitos & apsos simili modo vt supra. Hrodbert tradidit per licenciam vt supra in pago Chimingoe in loco qui dicitur Pontena mansos V. inter vestitos & apsos, qui fuit simili modo ex causa dominica.

Tradidit VVillipato clericus, qui & liber per licentiam vt supra in pago Sûdregaoe in loco qui dicitur Vrdorff, super riuulum qui dicitur Vrpach mansos VIIII. inter vestitos & apsos; simili modo ex causa Dominica, quam traditionem præfatus Dux manu sua pleniter confirmauit. Tradidit Hereland per licentiam supra in pago Agustagoe mansos V. inter vestitos & apsos, simili modo vt supra ex causa Dominica.

Cella quæ vocatur Auuę quam construxit Baldun presbyter in beneficio Dominico simulque & Rhrobertus presbyter cum licentia Tassiloni Ducis super ripam Enisminus in pago Isanagoe, & quod ibi ex causa Dominica traditum fuit, idem in villa quæ dicitur Garoz in iam dicto pago mansos vestitos IIII. similiter & medietate de villa, quæ vocatur Ascauue mansos VI. tres vestitos & tres apsos. Tradidit Tassilo ad Ecclesiam sanctissimi Petri principis Apostolorum quæ est constructa infra oppido Salzburhg.

Reliqua vero quod ibi traditum est, de genere nobilium hominum esse videtur qm̃ quidem aliqui homines iniuste eam sibi vsurpare volentes, dominus Rex in sua elymosina iterum priorem donationem, ad iam dicto monasterio per missum suum diligenter requisitam studuit reuocare.

Cella quę vocatur Zottinge quam construxit Gunthárius Comes in iure hereditario in pago Hunnigaoe in honore sancti Stephani protimartyris & quod ei Tassilo Dux concessit in beneficio idem tributarios XIII. inter mansos vestitos & apsos. Secus ipsum locum & villulam quæ vocatur Husir, cum mansos VIII. inter vestitos & apsos in pago Salzburgoe simulque & loco qui vocatur Vsinga, cum mansos VII. inter vestitos & apsos in supradicto pago Chi-

go Chimingaoe secus stagnum qui vocatur Chiminsaeo tradendi ei licentiam concessit iam fatus Dux ad ipsum præfatum locum vna cum permissione iam dicti Ducis suprascriptus Comes ad Ecclesiam beatissimi Petri principis Apostolorum ad iam dicto Monasterio Salzburch. Ipsam vero cellam iniuste abstractam dominus Rex pro mercedis suæ augmentum iterum reuocandum absque vlla contradictione concessit.

Istas Ecclesias consistunt in Salzburgaoe & Chimingaoe pagibus. Item de Ecclesijs parochiales, quas in beneficium pertinent, & de Barscalcis vna cum seruis siue de eorum territorio dotatæ sunt. Ecclesiæ

AD See Ecclesia cum manso I.
Ad Iubemdorff Ecclesia cum manso I.
Ad Fischaha Ecclesia cum manso I.
Ad Antheringas Ecclesia cum territorio.
Ad Gethica Ecclesia cum territorio.
Ad Anna similiter.
Ad Liueringa Ecclesia similiter.
Ad Walahamus Ecclesia cum mansis II.
Ad Marciolas Eccl. cum territorio.
Ad Salinas quod dicitur Hal Eccles. cum mans. II.
Ad Tingihelinga eccl. cũ territorio.
Ab Chirchaim similiter.
Ad Balchlingas Ecclesia cum mans. III.
Ad Schildarius Eccl. cum mãso. I.
Ad Brumingas similiter.
Ad Deorlekingas Ecclesia cum mãs. III. apsos.
Ad Pohchirch Ecclesia cũ territorio.
Ad Widaha Ecclesia cum villula, seu cũ omni pertinẽcia ad ipsum vicum tradidit Ragenbertus cum mans. VI.
Ad Taharding medietas quæ ad ipsam Ecclesiam pertinet beneficiũ est, idem mansos VI.
Ad Erlastedi Eccl. cum territorio.
In pago qui dicitur intervalles
Ad Ratfeld Ecclesia cum territorio.
Ad Prislech similiter.
Ad Buriom Eccles. cum mãsis III.
Ad Georgij Ecclesiam.
Ad Achingas Eccles. tantũ.
Ad Fuginas Eccles: tantum.
Ad Oriano monte similiter.
Ad Vnzdorff Ecclesia cum territorio.
Ad Hrossu'za similiter.
Ad Burones similiter.

Ad Rordorff Eccleſiã cum manſo II. apſos.
Ad Lutrinpach Eccleſi: tantum.
Ad Hucinnos Eccleſ. cum territorio.
Ad Hrodheringas Eccleſia cum manſis II.
Ad Smſa Eccl. cum manſis II.
Item in pago Iſnagoe.
Ad Hozzin Eccl. cum manſo I.
Ad Cidlar Eccl. cum manſo I.
Ad Turtin Eccl. ſimiliter.
Ad Dinpſtadum Eccl. II. cum manſ. III.
Ad Riuolum Rota Eccl. IIII. cũ man. VI.
Ad Pohpah Eccl. cum manſis III.
Item ad pohpah Eccl. cum man II.
Ad Lohkirch Eccleſia cum mãſ. II.
Ad Qañtalas Eccleſia cum mãſ. III. apſos.
Ad Brixina Eccleſia cum terrritorio.
Ad Pirchnavvanch ſimiliter.
Ad Caofſtain Eccleſia cum territorio & cellula, vbi fratres noſtri manibus laborant.
Ad Epiſas Eccleſiæ II. cum territorio.
Ad Iſana Eccleſia cum territorio.
Item Eccleſia ad Pohpah cum manſ. III.
Ad Liubin Eccleſ. cum manſ. III.
Ad Rotavbi Boninaha in ipſa Rota egreditur Eccleſia cum mãſis VI.
Ad Poizchurdorf Eccleſia cum manſis I.
Ad Wila Eccleſia cum manſis tribus.
Ad Holza Eccleſia cum tribus manſis.
Item ad Holza Eccleſia cum mãſis IIII.
Ad Perck Eccleſia cum manſ. III.
Ad Pohkirch Eccleſia cum manſ. V.
Ad S. Stephanum Eccleſia cum manſ. III.
Ad Richerihuſir de Conjectu Barſcalcis Eccleſia cum manſ. I.
Ad Aharnovva Ecci. III. cum manſ. VII.

Nunnburg. ITEM de monaſterio puellarum quod conſtructũ eſt in honore Sanctæ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, iuxta ipſum Epiſcopium in Caſtro ſuperiore quem dominus Hrodbertus Epiſcopus ac confeſſor

sor primum ædificauit quem & Salzburch appellauit, in quo & neptiam suam Christi famulam Erndrudam constituit cum alijs puellis, in quo loco honorifice requieſcit, & quod inibi traditum est à Theodberto Duce subter annectimus. Tradidit inprimis Theodbertus Dux in pago Salzburgoe villa nũcupãte Ainheringa cũ mansis XXX. inter vestitos & apsos, & execitales viros & quod eandem villam pertinuit, cum farinarijs in fluuio qui vocatur Sala. Nec non & tradidit illuc memoratus Dux in prædicto pago locellum qui vocatur Viſchaha mãsos quinq; inter vestitos & apsos, & farinarijs in fluenta, Viſchaha. Tradidit idem Dux in eodem pago Salzburgoe in loco qui dicitur Talgen, in quo est tantummodo Ecclesia, prata & silua & medietate de lacu piscatione qui vocatur Mamnseo. Tradidit idem Dux in supra dicto pago in loco qui dicitur Cueullos, secus fluuio Salzaha, in quo sunt tãtummodo prata silua. Tradidit ipse Dux in ipso pago in loco qui vocatur Hal ad sal coquendum fornaces IX. tres sunt vestitos, & VI. apsos, & hoc decreuit censum dare vnusquisq; homo qui in Hal habitaret, quod barbarice dicitur Adalparo, tã, hij qui in nana & mona manerent, quam & illi qui in ipsas Salinas manerẽt. A medio mense Madio vsq; ad Festum S. Martini omni ebdomata in feria sexta modo de sale dari deberẽt excepto, IV manentes. Tradidit etiã ipse Dux in pago Salzburgoe secus fluuio Salzaha villa quę vocatur Titamaninga, & in ea mansos L X. inter vestitos & apsos & interexercitales & barschalcos, cum omnibus appendicijs atq; adiacentijs & eunctis terminis adeandem villam pertinẽtibus, nec non & farinarijs in ipso loco congruẽtibus. Similiter ipse Dux tradidit in ipso pago supra scripto tributarios romanos C X VI. inter vestitos & apsos per diuersaloca, & venationẽ in silua quę adiacet inter alpes à Gaizli-

Theodbertus Dux.

izliberch vsq; ad pontes, quæ nũc vocãtur ſtega, & alpes in eodem pago IIII. Ita vocantur Cundicus & Cuculana alpicula & lacuana monte, ſeu etiam partem de Abriani lacu piſcationẽ, ſimulq; præſcriptus Dux tradidit in pago Chimingaoe, villa quæ dicitur VVaginga, cum manſis XL. inter veſtitos & apſos, farinarijsq; & cum omnibus appendicijs ſuis, & in ipſo pago Chimingaoe tradidit iam dict⁹ Dux villam nuncupatã Chamara cum manſos XIII. inter veſtitos & apſos, & inter ſeruos & liberos, aquis, aquarum decurſibus & farinarijs, cum omni ſoliditate, & cum omnibus appendicijs ſuis. Inſuper & in ipſo pago iuxta fluenta Druna, tradidit idem Dux romanos & eorum manſos tributales LXXX. inter veſtitos & apſos, cum omnia quicquid ad ipſos manſos aſpicere videtur. Nec nõ & in pago Adragaoe tradidit ſupradictus Dux romanos & eorum manſos tributales III. Siquidem ipſe Dux tradidit in pago Drunenſe tributarios XX. apud manſos eorum. In pago vero Matagaoe tradidit prædictus Dux tributarios IV. cum manſis eorum totidem inter veſtitos & apſos per diuerſa loca.

De cella vero ſancti Maximiliani ita cõtigit, vt conſtrueretur ab initio. Ibant duo fratres in locum qui dicitur Põgavvi, nomen vnius Tonazanus, & alterius nomen Vrſo in venatione & ad aurum faciendum, & viderunt illuc multa luminaria pluribus noctibus & alia ſigna multa, & venientes ad dominum Hrodbertum Epiſcopũ dixerunt ei quod ipſi ibi viderunt, & ipſe pergens cum eis vidit ibi ſimiliter. Tunc quoq; perrexit domin⁹ Hrodbertus ad Theodonem Ducem, & dixit ei ipſa miracula, roganſq; cum licentia ſibi dare vt cellam ibi conſtrueret, & ita Dux Theodo ei licentiam dedit. Veniensq; dominus Hrodbertus iterum ibidem cum hominibus ſuis, & cum prædictis fratribus, & cœpit ibi ſtirpare & locum mundare & oratorium facere.

Facto

Facto autem oratorio venit iterum ad Theodonem Ducē & rogauit eum secum ibidem venire, venientes autem ibidem dominus Hrodbertus consecrauit ipsum oratorium; & Theodo Dux tradidit ipsum locum ad sanctum Petrū ad Salzburg monasterium, & ex omni parte miliarios III. & ipsi prædicti fratres cū licentia & cum consensu Theodonis Ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum quæcunq; habebant & nepotes eorum commendauerunt ad discendum & ad tendendum ad Salzburch monasterium, nomen vnius VVrmhari & alterius nomen Cissimo. & dominus Hrodbertus misit ibidem suos monachos ad officiū DEI faciendum & ad ipsam cellam faciendam. Cum autē VVrmhari & Cissimo literas didicerunt, cœperunt rogare dominū Hrodbertum, vt medietas Episcopi rei quā parentes eorū ibidē tradiderunt eis ad vsum fructuariū præstaretut, vsq; ad obitū eorū; & ita fecit dominus Rodbert⁹, illam aliam medietatem iussit seruire ad sanctum Petrum. Ipsi autem suis nepotibus illa n aliam medietatē complacitabāt vsq; ad obitū eorū, & ita inde fuit hoc in beneficio de monasterio Salzburch vsq; ad tempus Otilonis Ducis, tūc quoq; Vrso Capellan⁹ Ottonis precit, vt ei ipsas res ex integro daret in beneficium, & ita Otilo fecit, & tulit hoc pvim de monasterio Salzburgoe. Cœpit autem Virgilius Abba hāc ipsam causam quetere ad Otilonē Ducem, & Otilo voluit illud comparare cum eo q; habuit ad Lausom, & hoc Virgilius nullatenus consensit, & ita Otilo permansit retinēdo iniuste quod de Salzburg monasterio retraxit. Otilo Virgilius,

NOTICIAM vero istam ego Arn. vna cum consensu & licentia domni Caroli pijssimi regis, eodē año quo ipse Baioariam regionem ad opus suum rece-

recepit à viris valde senibus & veracibus diligentissime exquisiui à monachis & à laicis, & conscribere ad memoriã feci. Ista sunt nomina monachorum; Vitalis Amandinus præsbyter, Latinus presbyter, Cuffulus Zissimo, Benedictus Diaconus, Suido Diaconus, Eno presbyter, Baldo presbyter, Lesso, Karheri, Regẽbrecht presbyter, Materninus, Arnhelm Tazzus, Emico, Germanus. Laicorum nomina ista sunt, qui per sacramentum factũ ab antecessoribus suis ita se audisse testificauerunt, vt supra dictum est: Iumine Comes, Duno comes, Kerrad iudex, Sigepald iudex, Eparo, Iulianus, Egilolf, Helmuni, Amalger, Luipram, Iuninam, Ato Gislolf, & ego Benedictus Diaconus hanc noticiam dictaui & conscribere iussi.

PRIVILEGIVM DOMINI *Philippi Regis ad confirmationem datum omnium bonorum seu priuilegiorum Salzburgen. Eccles. ad Eberhardum II. Archiepiscopum.*

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Philippus diuina fauente clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Si rationabiles ecclesiasticorum peticiones Prælatorum ad ecclesiarum suarum tendentes proficuum, clementer admittamus, speramus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vitæ meritum & temporalis imperij prosperiorem decursum proficere, & eos quos benigna exauditione honoramus, de cętero nobis deuotiores ac magis beniuolos fore.

Noue-

Nouerit igitur omnis Christi & imperij nostri fidelium, præsens ætas & futura, qualiter dilectus consanguineus noster Adelbertus Iuuauensſ: idem Salzburgensſ: Ecclesiæ Ven: Archiepiscopus honori & vsui Ecclesiæ sibi creditę stabilitatis & incrementi profectum addere intendens nostram adijt celsitudinem, & proferens diuorũ Augustorum nostrorum prædecessorum Regum scilicet ac Imperatorum vetera & recentiora priuilegia, secundum diuersa regnancium tempora *Eccle*siæ Salzburgen: ab eis collata, postulauit instanter, vt eadem priuilegia nostri munere præcepti renouaremus, iura quoq; & possessiones quibus eisdem fauentibus præfata *Eccle*sia munita videbatur & aucta, ei per nostram auctoritatem cõcedere mus atq; confirmaremus. Hunc itaque vt clarum principem Imperij religionisq; & prudentiæ dono venerabilem, & nobis naturalis affectu dilectionis familiarem in suis tàm congruis & honestis peticionibus honorare cupientes, nostręq; saluti & parentum nostrorum consulẽtes, perspectis diligenter & intellectis præfatis antecessorum nostorum priuilegijs, traditiones, indulta, præcepta, quæ illis sunt scriptis reperta, sicut ibi continebantur, ita nos ea præsenti nostræ Maiestatis priuilegio inseri iussimus, ac ea secundum benignitatem & instituta prædecessorum nostrorum prænominato Archiepiscopo, eiusq; in perpetuũ successoribus, & *Eccle*siæ *S*altzburgensi tradimus, concedimus & nostræ auctoritatis robore confirmamus. inter quæ principaliter constituimus, quod ex præcepto Ludovici Imperatoris agnouimus, cuius præcepti exemplum ipse quoque à sui Genitoris sacratissimæ memoriæ domini Caroli præcepto traxerat, vt scilicet *Eccle*siam *S*alzburgensſ: ipsam sedem quæ est in honore sancti Petri Apostolorum principis, in qua etiam sanctus Rubertus

Venerabilis

Lodovicus Imperator.

tus corpore requieſcit, cum cellulis, Eccleſijs, perſonis Ecclesiasticis & cæteris hominibus & rebus ac poſſeſſionibus ad ipſam pertinentibus, ſub noſtra tuicione conſtitutam ſpeciali patrocinio propenſius defendere debeamus. Quod conſtanter obſeruare intendentes & ſucceſſoribus noſtris in Imperio Romano pro lege imponẽtes eandem immunitatis gratiam, qua illi inclyti Imperatores ſedem illam honorare & ſublimare dignati ſunt, eidem ſedi & Eccleſiæ noſtri vigore edicti in perpetuum confirmamus, ſtatuentes vt videlicet ea, quæ prætaxata Eccleſia hactenus recto titulo poſſedit & tenuit, & ea quæ noſtris diebus poſſidet ac tenet, & quæ in futurum DEO annuente rationabiliter acquiret, in quibuslibet pagis vel territorijs infra ditionem Imperij noſtri conſtitutis, per hanc confirmationem noſtram, absque alicuius contrarietate de cętero poſſideat ac teneat, ita libere ac cum iurisdictione, quod nullus iudex publicus, nec quiſquam iudiciaria fungens poteſtate ad cauſas audiendas, vel ad freda, aut tributa, aut telonea (quæ à vulgo dicuntur muta) exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tàm ingenuos quàm ſeruos, ſuper terram ipſius commanentes iniuſtè diſtringendos nec ad vllas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris aut futuris temporibus prædictæ Eccleſiæ poſſeſſiones ingredi audeat. Sed hæc iura & cętera ſimilia emolimenta, quæ fiſcus regalis inde ſperare poterit, aut exigere in vſum & facultatem Archiepiſcopi, quicunq; prædictæ ſedi præfuerit, in integrum cedãt, vt ipſe eo quiecius res Eccleſiæ ſuæ valeat diſpenſare, & noſtro imperio fideliter parere & quod pro noſtra incolumitate & bono Imperij ſtatu delectet eum impenſius orare, & orationes in commiſſo ſibi Clero conſtituere. Item ſecundum exemplar præcepti, quo Diuus Auguſtus

Otto

Otto prædictam Salzburgen: Ecclesiam muniuit ac ditauit, nos donationes eidem Ecclesiæ factas, & quoslibet contractus, quibus aliquid possidere cœpit, legitime pernostræ auctoritatis clementiam renouamus & confirmamus, inter quæ possessiones in ipsius Regis Ottonis priuilegio proprijs expressas vocabulis, nos quoq; ipsum in hoc sequentes, huic fecimus paginæ annotari. Primitus castellum sanctæ Erndrudis cum omnibus eidem castello iuste & legaliter attinentibus cum curtibus, venationibus, piscationibus, id est ab Ecclesia sancti Martini, quæ respicit contra monticulum, qui vulgo Nochstain nuncupatur, sursum ex vtraq; parte fluminis Luaris, vsq; in riuulum Quartinesbach. Insuper etiam de riuulo venatione piscatione ex vtraq; parte præuocati fluminis ad sanctũ Maximilianum, vsq; dum Tunta ex aquilonari parte perfluit in prædictum flumen, atq; riuulus Gastuna ex Australi parte: Item Forestum à termino qui in Pisoncia incipit, hoc est de riuulo Erilipach, vsq; ad mõtem VVassenburg propè Iscalã in illo loco, vbi terminus Foresti Rapotonis quondam Comitis ab isto se disiungit, & in aquilonari parte de riuo Tinnilmbach vsque in summitatem montis Cirnencus nominati, & iam dicto monte VVassenburch vsque ad præfatum monticulum Nochstain illa montana omnia, quæ in potestate antecessorum nostrorũ fuerunt. Item Kiemse Præposituram Regularium cum omnibus iuste ei attinentibus. Curtem quoq; Bischoffesdorff cum omnibus iuste ad eandem Curtem pertinentibus atque piscationem in lacu Atersee, sine omni contradictione illos quondam Imperio pertinentes XII. priuatos tractus sagenarum sicut Dominicalis terra in Paumgarten ipsi lacui se adiungit sine alia communi piscatione Atersee ad Atterhof pertinẽte, in illis quoq; curtibus quę

Otto Imperator.

Hæc omnia in literis Arnulphi Imp: similiter continentur.

olim inibi in feudo siue ex parte Imperatoris, siue aliunde beneficiatæ fuissent proprietatem, quarum hæc nomina sunt. Staforeuelt, curtem & Ecclesiam cum decima, & sicut terminus ille in Australi parte incipit, qui VVachrein dicitur vsq; Ibisam & in Occidentali vsq; dum dicitur vbi Vrnla se dimittit in præfatum amnem, & quidquid in Orientali parte iam dicti fluminis regalibus attinere videbatur. Insuper ad Magelike tertiam partem ciuitatis, & sicut ille terminus se disiungit de illis rebus in occidentali parte quas quondam ad sanctum Emmerammum antecessores nostri dederunt, exceptis tribus huobis: Præterea Arnesdorfidem in VVochavva, quidquid illis imperium habebat in vineas & saginatione & mõte querceato, pratisq; inter ipsum Querceatum montem sitis & inter siluam paltam, & ipsam siluam cum omnibus ad eam pertinentibus. Adhæc apud Grunzuitam quidquid superfuit quinq; hubis, quod fideli suo cuidam Dietero Antecessores nostri dederunt, hæ sunt hubæ L. Insuper Lubinam & ad Holumburg tertiam partem ciuitatum cum vineis XXX. & hubis XV. sine curtili terra. Item Treysniam ciuitatem & Ecclesiam sancti Martini, cum decima, & sursum in australi atq; orientali parte fluminis Treysine vsq; ad Potilinesprunnen, & sicut Dieterichspach fluit contra duos aceruos exteriores qui in orientali parte campi sunt positi, & exinde vsq; ad Danubium in illum locum, qui Triboltz dicitur & ita sursum prope Danubium cum agris cultis & incultis, pratis, auijs, locis piscationum, quæ Teutonice Arichstette vocantur, & ita sursum vsq; ad illam marcham, quæ inter Treysinam & Holemburg vtrasq; res discernẽdo diuidit ad Bennenvvanch quidquid prædecessores nostri Reges habuerũt illic ad Ecclesiam Ansonis quidquid illic habuerunt ad VViteneſberch quidquid illic habuerunt

al. Ciuitatum.

runt excepto quod cuidam Mosogoboni datum est, hoc est hubæ centum Ellodis Ecclesiam. Ecclesiam Mutigonis presbyteri ad Gumpoldesdorf quidquid ibi reges habuerunt. Præterea Rapam Sabariam ciuitatem, & Ecclesiam cum decima & teloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, forestis montibus cunctis ad eandem ciuitatem legaliter pertinentibus. Insuper siccam Sabariam & Pennichaha & Mosaburch Abbatiam, vbi sanctus Adrianus requiescit, nonam quoque de omnibus curtibus regalibus inibi cum theloneo in ciuitate & piscina ad Salabingam curtem, cum trecentis mansis & totidem mansis & quidquid illic Reges attinebat Ecclesiam de Quartinacha, Ecclesiam ad Ghensem, Ecclesiam ad Therenberch, Ecclesiam Gundoldi, locum quem vocant quinque Ecclesias cum Theloneis, forestis, & cum proprietate omni, quæ ab antecessoribus nostris ibidem ante beneficiata erant. Ad Ruginesfeld quidquid ibi regalibus pertinuit. Ad Turnavva Ecclesiam quæ est cõstructa in honore sancti Rodberti cum monte Barvvoz dicto cum vineis, pratis, siluis, & cum omnibus quæ ibi sunt circa montem sita. Ad Pettavva Ecclesiam cum decima, & totam ciuitatem cum Bannis, Theloneis, & ponte, & omnibus ad illum locum pertinentibus. In Cistenesfeld sicut duo acerui prope Trauum positi sunt ex summitate superioris & exterioris termini qui VVachrein dicitur, & sicut ille VVachrein tendit vsque dum Treuina fluit in amnem Trauum. Ad Sulpam ciuitatem & Luip omnia quæ iuste & legaliter eo pertinent. In querceis campis, sicut illa fossa incipit à Mura, & tendit vsq; ad Louczkuick, & vt Louczvvita & Sulpa de alpibus fluunt & Forestum Susel cum Banno, sicut in potestate Antecessorum nostrorum hæc fuerunt. Venationem quoque in Suezzental, quam populus cum

sacramentis in potestatem antecessorum nostrorũ firmauit, ad venandos apros illic & vrsos p tres ebdomadas ante æquinoctium autumnale, & postea vsque ad festum sancti Martini. Ad Luimingga iuxta Rapam quidquid illic prædecessores nostri habuerunt. Item Nezzilinpach & ad Sabinzam Ecclesiam & curtem cum mansis L. Item Rapam ad Iudlerben ad Labanda *E*cclesiam sancti Andreæ cum decima, vt ibi consuetudo est, & de curtibus quas antecessores nostri ibi habuerunt decimas, vt in canonibus habetur, nec non sanginationem in omni Labandæ valle excepto monte Forst nominato. Ligna quoque secanda ad *E*cclesiam, & ad aliud seruicium Episcopi, tam in ipso monte, quam in alijs montibus omnibus, & vnam fossam lapidum in monte Gamanar semper per totum annum habendam. Item ad Garczczam beneficium Engilbaldi ad Karantanam Ecclesiam sanctæ Mariæ cum decima sicut Ecclesiasticus ordo præcipit de omnibus curtibus quę ad Carantanam ciuitatem pertinẽt imdem Trahof, Garũdorf, Gurinnz. Ad Strelcz operarios seruos duos in monte cum hubis eorum. Ligna secanda in ipso monte sine cõtradictione omnium hominum cum saginatione. Item Trebenam, Ostervvix, Grabenhuelt, Vitringa, Friesach, Gurca, Grazluppa, Longavv, Sublich, Teufenbach, Katsche, Peliza, Gumbenza, Vndrima, Luita, Liczinga, Brugga, Murza Luibena. Ad Strazmulam duo loca.

PRÆTAXATAS itaq; possessiones, quemadmodum in priuilegio regis Ottonis Augusti signatæ reperiuntur, & ea lege acratione Salzburgensis *E*cclesiæ confirmatæ, vt nullus Imperij Romani successor, nec Dux, nec Comes, nec vlla alia potestas aut persona de

deprædictis rebus audeat quicquam ſubtrahere, ſed iure perpetuo ad ſanctum Petrum ſanctumque Rudbertum ſtabiliter abſque omni contradictione permaneant, ita nos quoque noſtri auctoritate præcepti cõfirmamus, conſiderata tamen temporum & euentuum varietate, vt ſua cuique iuſtitia ſalua permaneat; quod ideo adiungendum decreuimus, vt ſi quis hoc forte noſtro moderno tempore aliquid vſquam de prędatis bonis cõtra iuſtitiam Salzburg. Eccleſiæ præſcriptam videatur tenere, is eidem Archiepiſcopo & Eccleſiæ Salzburgen. recognoſcat & reſtituat, aut ea ſe legitimo contractu aut iuſto poſſediſſe titulo racionabiliter oſtẽdat. Præterea ex priulegio Ludouici regis Auguſti patenter intelleximus, quod idem Ludouicus Auguſtus præfatæ Salzburgen. Eccleſiæ, amore Dei, & beati Petri Apoſtoli & ſancti Rudberti in pago Salzburgoe deõ curtem Salzburghouen, quam Pilgrinus Archiepiſcopus aña in miniſterio ab eo tenere viſus eſt, in proprietatem & plenam poteſtatem contradidit integraliter cum curtilibus omnibus, ædificijs, campis, pratis, agris, paſcuis, ſiluis, lacubus, aquis, aquarum decurſibus, venationibus, molendinis, piſcationibus, vijs, inuijs, exitib⁹ & redditibus quęſitis & inquirendis, terris cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, mancipijs quoq; pluribus vtriuſq; ſexus, parſcalcis cũ omnibus cenſibus in ſalina & extra ſalinam inter fluuios Sala & Salczaha, vocatos in auro & ſale, ac pecoribus cum Theloneis duobus, qui vulgo muta vocantur cum omnibus adiacencijs & rebus ad eandem terram pertinentibus. Ludouicus Rex.

Hanc igitur tradicionem & donationem, quam & poſt ipſum Ludouicum Auguſtus Otto Imperator ſuo priuilegio ſuper hoc dato confirmauit: nos quoque pręſenti noſtræ auctoritatis ſcripto confirmamus, Salzburgenſi Archi-

Archiepiscopo & suæ Ecclesiæ, statuentes & firmissime præcipientes, vt prædicta cum omnibus pertinencijs eiusdem curtis & quæcunque vtilitas in huiusmodi catenis seu fodinis salis vel metallorum in quibuslibet fundis Ecclesiæ & fluminibus fluentibus per fundos Ecclesię meantibus, perpetuis temporibus à Salzburgensi deinceps Ecclesia & eius Archiepiscopo absq; omni obstaculo inconuulso vestitu quiete possideatur.

Dignum præterea duximus præsenti inserere priuilegio, qualiter ex scripto domini ALEXANDRI Papæ huius nominis secundi, insuper ex priuilegio HENRICI Regis venit nobis in cognicionem quod GEBEHARDVS IVVAVEN: idem Salzburgens: Archiepiscopus de commissarum sibi animarum prouisione solicitus, eo quod Episcopatum suum in montanis situm præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, ab vtraque dignitate, Apostolica scilicet & regia impetrauit, quod liceret ei infra parochiam suam, adiutorem sui operis Episcopum & sedem Episcopalem constituere. Placuit igitur eidem Archiepiscopo GEBEHARDO vt indulto Apostolico & regio vtens, in loco qui dicitur Gurca apud Ecclesiam sanctæ MARIÆ Kathedram Episcopalem faceret, & concessum est ei per vtriusque potestatis Ecclesiasticæ scilicet ac sæcularis clementiam, vt eidem nouæ sedi, potestatem parochiæ suæ & de prædijs ac decimis, quantum conueniens videtur attribueret, & ad eandem sedem Episcopum ex sua consideratione ordinaret, ea videlicet ratione vt Episcopatus ille Salzburgensi Ecclesiæ, & eius Archiepiscopo nunquam subtrahatur

Henricus Rex. Gebehardus.

Gurcen. Episcopatus.

&

& nullus ibi vnquam Episcopus siue per inuestituram, siue alio quocunq; pacto constituatur, nisi quem Archiepiscop⁹ Salzburgens. quicunq; pro tempore illic fuerit, eligat, inue istat & consecret, quod quomodo sacra prædicti Papæ Alexandri & Regis Heinrici auctoritate firmatum dinoscitur. Nos idipsum, cst præmissę condicionis integritate, nostra quoque Imperiali auctoritate confirmamus, ac ita ratum ac inconuulsum omni deinceps æuo permanere iubemus, vt contra hunc honorem & commoditatem Salzburg: Archiepiscopi nulli vnquam Ecclesię, aut personæ liceat se erigere, aut scriptum aliquid huic rei aduersum impetrare vel proferre.

Hęc igitur vniuersa & in pręsenti pagina conscripta Salzburg. Ecclesiæ & eius Archiepiscopo perpetua stabilitate, per nostram auctoritatem inuiolabiliter confirmam⁹, statuentes, vt si quis, quod absit huius nostri pręcepti violator apparuerit, & Ecclesiã Salzburg: vllo suprapositorum in violenter grauare attemptauerit, Banno Imperiali subiaceat, & pro pœna centum libras auri optimi, medietatem fisco nostro, medietatem Salzburg: Archiepiscopo persoluat, præsumptionis tamen ausu in irritum cessuro. Vt autem omnia supradicta memoriter sciantur, & inconvulsa de cetero firmitate obseruentur, priuilegij paginam fecimus conscribi, & appensa maiestatis nostræ Bulla roborari. Huius rei testes sunt, Treuerens: Archiepiscopus; Augustens: Episcopus; Constantiens: Episcopus, Argentinens: Episcopus; Hermannus Landgrauius Turingiæ, Rudolfus Palatinus de Tuvvingen, Sifridus Comes de Orlamunde, Fridericus Comes de Zolre, Vlricus comes de Berge, Emicho Comes de Liningē; Godefridus de Eppenstein, Calochus de Kirchberg, Hartdus de Merenberch, Heinricus Marscalcus de Chalandin, Vlricus

Marſcalcus de RECHBERG, CHVNO de MINZENBERCH, VVarnherus de Bolanden, Tiedo de Rauenſpurch, &alij quam plures.

Signum Domini Romanorũ Regis inuictiſſimi PHILIPPI SECVNDI

EGO CHVNRADVS HILDENSHAIMEN: *Epiſcopus Erbipolenſis Electus Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Chunradi Maguntini Archiepiſcopi totius Germaniæ Archicancellarij recognoui. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis* M. C. XCVIIII *indictione II. Regnante glorioſiſſimo Romanorum Rege Philippo II. Regni eius anno II. Datum Maguntiæ III. Kalend. Octobris.*

DE

De VITA ET MIRACVLIS Sancti ERMINOLDI

Nobilis Sueui, in Hirſaugienſi cœnobio monachi, Abbatis Lorſacenſis,

ET POSTEA PRIMI ABBATIS IN Prüfeningenſi

Monaſterio prope RATISPONAM à Sancto OTTONE Bambergenſi Epiſcopo ædificato.

LIBRI DVO

IVSSV VLRICI DECIMI SEXTI ABBATIS PRVFENINGENSIS.

Anno M CCLXXXI.

conſcripti

à

Monacho Prufeningenſi.

Nunc primum ex codice m. ſ. editi & notis illuſtrati

ab

HEINRICO CANISIO NOVIOMAGO Iuris conſulto.

INCIPIT PROLOGVS IN vitam Sancti Erminoldi primi Abbatis in Prufingen, Rhetorico stilo conscriptam.

Psalm.11. NOVISSIME diebus istis, in quibus (proch dolor) iuxta Psalmistæ querelam, defecit sanctus, & diminutæ sunt à filijs hominum veritates, bonorum antecedentium sanctitatem & scripto recolere, & memoriæ tradere posterum, tam rationis instinctu monemur, quam ipsa vtilitate allicimur & profectu. Deniq; Sanctus Sanctorum à quo Sanctitas omnis tanquam à fõte primario scaturigine multiformi permanat in sanctos, in riuulorum limpida puritate dum noscitur & laudatur, sui sitim in eis excitat salutarem, qui ab eo dulcedinem deriuatam in suorum mirifica suauitate legendo præsentiunt & prægustant. Accedit ad hoc quod nos qui futuram inquirimus ciuitatem, manentem in hoc sæculo non habentes, dum in huius vitæ ac viæ procinctu eorum calles aspicimus, qui tam aduersantis mundi sinistram, quam blandientis, dextram contemnendo, viam regiam incedentes seruauerunt, ipsi quoq; rectorum recta sectando vestigia, non abducimur ad intorta compita deuiantium plurimorum, qui se sequentes illaqueant & illaqueatos immergunt doloribus sempiternis. Postremo illud quoque sanctorum bona commemorando consequimur & scribendo, quod illorum eo ipso meremur auxilijs adiuuari,

Hebr.13.

uari, quo eorum virtutibus congaudemus & gloriæ. Dũque alios hæc legentes ad ſtudium boni bonorum accẽdimus & monemus exemplis, ipſorum nobis, quos prouocauimus, interceſſio cõſequitur, & à domino, in quo laboramus, certa remuneratio comparatur. Iſta conſiderando ad Beatiſſimi ERMINOLDI PRIVENINGENSIS Eccleſiæ primi Abbatis geſta magnifica deſcribenda, curſum ſtili dirigimus, qui gregis noſtri tanquam Aries quidam inſignis & prædux, & fideliſſimus Protopaſtor, ad caulas ſummi paſtoris æthereas nos præceſſit. Nec tam arduum opus aggredimur, in noſtris, quæ nullę ſunt, viribus cõfidentes, ſed in eo ſine quo nec incipi poteſt bonũ aliquod nec cõpleri. Animat nos præterea, & id tentandi præſtat audaciam ipſe inchoationis huiꝰ inſtinctor præcipuus & iniunctor, venerabilis ſcilicet Pater dominus VLRICVS ſextuſdecimus Abbas Priueningenſis Eccleſiæ, qui anteceſſoris tanti virtutibus coëxultans, ac per hoc nequaquam carens ipſe virtutibus, Anno incarnationis dominicæ M. CC. LXXXI. primo anno ſui regiminis, onus hoc Atlanticum nobis tãquam pigmeis impoſuit, vno eodẽq; præcepto ſuo ac iuſſu, authoritatis ſuæ ſcutum opponens linguæ calumniãti, quæ nos præſumptionis forſan argueret, & inſufficientiæ noſtræ deſperationis obicem auferens, & auſum conferens ad iniuncta. Scriptum autem ſcientes eſſe: Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos, optantes nos ad exprimenda vera ſufficere, nihil circa rem geſtam addere vel mutare conabimur, nihil de proprio cõfingemus, ſed vt fidelis ad nos vſq; traduxit antiquitas ſiue veritate ſeruata, ſtilum aliquanto tentabimus facere comptiorem, ne rei vtilitas, tam quam Falerni nobilitas ac dulcedo ob ruditatem incultioris eloquij, tanquam ob uaſculi cariem contemnatur. Sæpius etenim crater tornatilis

Iob 13.

fort. ſententiæ

& elegans, potum bonum & bibilem meliorat; deformis vero catinus, infusi & nectaris minuit suauitatem.

INCIPIT VITA.

I. EGITVR cum Apostolicę prędicationis in omnẽ tertam sonus exisset, & in fines orbis terræ verba eorum, granorum more dispersa, per campos mundi latissimos & patentes, in fructus proficerent copiosos, & ex omni natione quæ sub cœlo est, cœli horrea messe fidelium replerentur, ALIMANIÆ quoq; deserta in vbertatem versa, virorum illustriũ plures dignos agricolæ Christo manipulos protulerũt. Ex quibus AVGVSTA quidem rutilat VDALRICO, CHVNRADO CONSTANTIA sufflorescit. Alio VDALRICO HIRSAVGIA venustatur, gloriatur HENRICO & CHVNEGVNDA sua BABENBERCH & OTTONE. ALTACH ac HYLDENSHAIM GODEHARDO illustratur. Alia quoq; GERMANIÆ loca quam plurima pluribus alijs tantis & tot exultant, quod vt de his taceatur quos vel hominis segnis ignauia, vel incuria successorum, seu etiam diutini temporis intercursus, memoriæ humanæ subtraxit, quos tamen indelebiliter continet vitæ liber, melius ac fœlicius semp in Dei præsentia, quã in nostra memoria breui ac momẽtanea constitutos. Si liceret, horũ omnium vellemus mentionẽ facere nominatim, quor̃ nomina & virtutes, viuacis scripturę tenacitas, adhuc quasi cuiusdã indicis ostensione præsentat, numerositate sola vocabulorũ capacissimi certe codices tẽderent. Hęc idcirco diximus vt in gaudio recordemur, quomodo terra nostra per infidelitatem quondam sterilis peperit plurimos vere ac veraciter Samueles: qui licet in suo quisq; loco diuisi, in vno tamen spiritu prout vult, singulis diuidente, soli domino laudabiliter, vt quondam ille Samuel seruierunt,

Psalm. 18.

Philip 4.

1. Cor. 12. 1 Reg. 3.

erunt, in sanctitate & iustitia coram illo. Inter quos Deus omnipotens similem illum fecit in gloria sanctorum, de quo scripturi sumus, Beatissimum scilicet ERMINOLDVM PRVVINGENSEM primum Abbatem, speculum sui temporis & exemplar, & posterorum lumen & iubar illustre. Et tu ergo Ecclesia PRVVINGENSIS nequaquam minima es in præcipuis Monasterijs ALEMANIÆ, ex te enim exijt, nõ quidem carnis exortu, sed spiritus transitu ex hoc mundo ad patrem venerabilis ille Dux, qui de vitæ sæcularis Ægypto eductus, vita pariter & virtute Moysaica, Pharaone id est principe mundi relicto, ad terrã veræ promissionis, vt alter Iosue te præcessit, Seon regem Amorreorum & Og regem Basan & omnia regna Chanaan, per quæ multiformis informitas intelligitur vitiorum, strenuo ante cõgressu triumphans. Ad cuius illustria tandem calamus se conuertat, quem spiritus sanctus & temperare & irrigare dignetur, qui eius quem descripturus est, tanquam venerabilis templi sui consecrator pariter extitit & possessor.

Luc. 1. Ephes 4. 1. Thess 3.

Mich 5.

DE ORIGINE S. ERMI-noldi.

II.

BEATVS igitur Erminoldus de gente SVEVORVM progenitoribus quidem exortus est, modo sæculari satis claris. Qui concesso sibi pignore tali diuinitus, Dei gratiæ non ingrati, filium suum in HIRSAVGIENSI cœnobio diuinis curauerunt obsequijs mancipare. Annæ illius vtiq; spiritu non carentes, vt ficut alter Samuel à iuuentute sua & vsq; in senectam & senium coram domino ministrare consueesceret in eodem. In quo videlicet studio pietatis

tatis desiderium eorum attulit eis Dominus, nec sunt fraudati à desiderio suo, dum quod omnimodis optauerũt completum sibi que concessum in filio lætabantur. Denique puer erat ingenuosus, & sortitus est animam bonam, & ingenij quidem capacitate, scientiam præpollentem, ac animæ bonitate, virtutes eximias apprehendit, bonitatem & disciplinam & scientiam doctus à Spiritu, à quo profecto ductus est in desertum vitæ claustralis. Vbi licet à Diabolo tentaretur, membrum tamẽ insigne capiti Christo cohærens, & capitis armatura triumphans exiuit vincens vt vinceret, & victor coronam perciperet repromissam. Beati igitur regulam BENEDICTI, benedictus ipse à Domino tanquam regni tramitem apprehendens, iter vitæ suę secundum statutum illius ita direxit, vt Abbas ex Monacho, magister fieri ex discipulo mereretur. Siquidem beati VVILHELMI tunc HIRSAVGIENSIS Abbatis vitæ modum ac formam ita moribus suis impressit, ita perfectionis illius studuit imitari vestigia, vt iam qualis pater talis filius appareret, & magister in discipulo videretur, & nulla iam posset esse dubietas, super hunc Heliseum spiritum Heliæ & requieuisse. Idem vero venerabilis VVILHELMVS, apud Ecclesiam S. martyris EMMERANI in vrbe RATISPONA sub sancto RAMVOLDO, eiusdem Monasterij tunc Abbate Prior extiterat, non fama fallaci solummodo, sed veraci præconio meritorum longe lateq; clarescens, ad HIRSAGAVIENSEM est electus Ecclesiam, in qua Beatus, vt dictum est, ERMINOLDVS sub eodem spiritualis miliciæ tyrocinia taliter exercebat, vt non longi temporis interfluxu, signifer ex athleta, ex satellite campiductor & ex milite primicerius crearetur.

Sap. 8.

QVOMO-

QVOMODO S. ERMINOLDVS *Prælatus est monasterio Lorsacensi in Abbatem.*

DENIQ; sanctitatis illius tam sonora vox in Rama audita est circumquaque, vt lucernã sub modio seu vase subiectionis vlterius tegi non sineret vel abscondi, sed super candelabrum poni regiminis persuaderet. Vnde factum est, vt tam fratrũ electione communi, quàm HENRICI Imperatoris ieiusdem nominis quinti consensu atque fauore, ad LORSACENSIS ecclesiæ regimen vocaretur, quæ regalis est Abbatia, illisq; diebus & in copia rerum temporalium abũdabat, & in prærogatiuis plurimis dignitatum. Hic itaque fidelis seruus & prudens super familiam Domini constitutus, subiectis tamen non tam præesse studuit, quàm prodesse, nihil subditis faciendum iniungens, quod ipse exempli causa non primitus pertulisset. Etenim iugum ab adolescentia sua portauerat, & ipse maiorum ferendo mandata, imponenda minoribus prædicerat temperare; Pharisęorum scribarumque nota prorsus immunis, qui alligant onera importabilia, & ea humeris hominum iuxta sententiam Saluatoris imponunt, ipsi ea digito non mouentes. Non sic iste non sic, sed instar boni pastoris forma factus gregis ex animo, creditas sibi verbo pauit ouiculas. Pauit exemplo sanctorum, pauit desiderio & subsidio temporali. Propter quod grex qui datus est sibi pecus inclitum suum, nec imminutus est numero, sed adauctus, nec defecerunt sub eius cura subsidia temporalia subditis sed creuerunt. Etenim tum in diebus sui regiminis, & numero subditi sui & merito pariter augerentur, nec de multitudine subie-

III

Matth. 25.

Thren. 3.

Matth. 23.

1 Pet. 5.

ctorum, nec de temporalium affluentia, nec de culmine dignitatis intumuit, sed magis in sanctitate atque profectu discipulorum quàm in excellentia prælaturæ vel magisterij lætabatur, quod perpendi faciliter poterit per subiecta.

QVOD RESIGNAVIT PRÆlaturam.

IV. FRATREM namq; carnalem vir Dei habebat, prẹter titulum sanguinis generosi, satis superq; & in diuitijs abundantem. Quodam verò die cum venissent viri Imperatoris, vt assisterent coram illo, affuit inter eos & ille viri sancti germanus. Cui subridens Augustus, animo fortè iocandi, Causa, inquit, tuæ dilectionis fratrem tuum regali præfecimus Abbaciæ, facientes sibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui celebrantur in terra, vt sedeat cum Principibus & solium gloriæ teneat inter illos. In quo igitur maiestatis nostræ munificentiæ respondebis? At ille; Vera, inquit, esse omnia recognosco, quæ præponit vestra serenitas, arbitrorque dignissimum, vt vestræ non ingratus inueniar pietati. Dictum duxit in actum, nec multo post decentibus satis Imperatorem muneribus honorauit, famulo domini ERMINOLDO tàm dicta Imperatoris, qnàm facta germani penitus ignorante. Cæterum mox vbi ad eum res gesta deuenit, licet horum omnium nec conscius extitisset, LORSACENSEM resignauit Abbatiam, protinus tàm curæ se subtrahens pastorali, quam vel notæ leuissimæ Simoniacæ prauitatis. Aduertendum est igitur quam execrabile duxisset hic sanctus per tale se vitium maculasse, vt & Prælaturam retinere detestaretur, pro qua nihil vn-

vnquam datum licet præbitum esset, adipiscenda, sed pro iam adepta & de post facto frater suus Imperatori grates per munera retulisset.

QVOD REDIIT AD ECCLESIAM Hirsaugiensem.

V.

RELICTO igitur Regimine LORSACENSI, tanquam bonę opinionis ac famę diluuio ad archã requiei suę, id est, ad HIRSAVGIENSEM Ecclesiam & ad suum Noe Beatum videlicet VVILHELMVM, tanquam emissa columba reuertitur, non sine ramo tamẽ virentibus folijs venustato. Nam secuti sunt eum discipuli eius, non minus quàm quadraginta, quos apud LORSACVM sub spacio vnius anni quo inibi præfuit, Deo collegerat, vt quam fructuosus in vera vite palmes hic esset, ipsa vbertate geniminis monstraretur. Denique in baculo suo curæ videlicet pastoralis, solus transierat ad LORSACENSE Cœnobium, & nunc cum turmis discipulorum reuertebatur HIRSAVGIAM: quorum collectio tanquam ramusculus de hac sancta radice consurgens, paternæ virtutis gratia virescebat. Hi ergo ab eo separari non sustinentes, sicut ouiculæ, dicentes non quidem verbis sed facto: Verba vitæ æternę habes ad quem ibimus? pastorem suum vsque HIRSAVGIAM sequebantur. Vbi & tanquam Angelus DOMINI cum honore susceptus, benignissimè pertractatur, quippe cuius ibi sanctitatis pręconia non latebant. Porro propter nos homines & propter nostram salutem, qui præsentem locum incolimus à Domino factum est istud, vt occasione quacunque oliua fructifera & vere vitis abundans illic euelleretur & transplantaretur in hac vinea DOMINI Sabaoth, quam

Gen. 8.

Ioan. 15.

Gen. 32.

Ioan. 6.

Gal. 4.

dextra Domini per sanctum OTTONEM BABERGENSEM Episcopum tunc fundauerat & compleuerat, vt hæc nouella recensq; plantatio de mundi Ægypto translata, mitteret altius sub tam industrio vinitore radices, dum quod sanctus OTTO plantauerat, hic rigaret, vtriuslibet meritis & obtentu domino dante desuper incrementum. Deo igitur nobis melius aliquid prouidente, quam humana solertia præualeret, actum esse non ambigamus, quod columbinam hanc animam, & venalitatis, vt dictum est, Symoniacæ putre contagium sic horrētem, archa HIRSAVGIÆ, à prima missione recepit, vt occasione hac secundario mitteretur, vnde non esset vlterius reuersura. Ipso siquidem tempore Deo dignus antistes OTTO Episcopus Babenbergensis, Monasterium, sicut diximus, PRVVIERVNGENSE fundauerat, cuius quidem possessionem ac fundum, intercedente coëmptione legitima, iustisque concambijs, nostro dominio comparauit, cum antea iuris alterius extitisset. Cæterum non humana voluntate allata est eadem fundandi voluntas, verum reuelatione sibi facta diuinitus euidenti, cuius opportuna occasione accepta hic modum ac seriem inseremus.

VI. DE FVNDATIONE ECCLESIÆ in Prusinnge.

HENRICVS etenim quintus eiusdem nominis Imperator RATISPONÆ curiā solemnem indixerat regni principibus vniuersis, & misit scriptum suum hora curię memoratæ, conuocatis dicere vt venirent. Itaq; cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Curiam Augustalem, affuit & venerabilis OTTO BABENBERGENSIS Anstites

ſtes, velut alter dictus, fidelis in omnibus, egrediens & regrediens, & pergens ad imperium dicti regis. Verum Ratiſponæ non habens, vbi caput ſuum reclinare valeret ad commodum, quoniam domino diſponente ciuitas ipſa repleta erat hominibus quaſi bruco, domibus omnibus occupatis, memorabilis Pontifex turbulentiam turbæ tumultuoſæ deuitans, vrbe relicta ſibi ac ſuis elegit campi planicię, quem nunc muri loci huius includũt. Hic igitur inter duas arbores nucũ, quę tunc ornauerunt facię campi eiuſdem tentorium Sancti Præſulis figebatur. De quibus nimirum arboribus & longe antequam id quod nunc dicendum eſt eueniret, tinnitus & ſtrepitus campanarum, viſus eſt multociens ſonuiſſe, quem in vicinia demorantes non ſine ſtupore frequentius audierunt, qui vt re ipſa iam declaratur, futuram quandoq; ibi cultus diuini frequentiam vtiq; portendebat. Quo in loco cum dies abſceſſerat, noctemque ſol reduxerat iam occumbens, recumbens ibi vir Dei ſomnum oculis ſuis dedit, dormitacionę & palpebris tempori congruentem. Et ecce locutus eſt in viſione ſanctis ſuis antiquit⁹, vt iuuenes quoq; noſtri viſiones videre per illum, & ſenes noſtri ſomnia ſomniare demonſtrarent, nouo Iacob Patriarchæ ſuo, inſigni videlicet Ottoni, vt merito Iſrael nomen acciperet, ad imaginem & ſimilitudinem ſomnij priſci Iacob, conforme omnino ſomnium reuelauit. Vidit etenim à lecto ſuo porrectam ſcalam cœloſque ſummitate tangentem, in qua etiam Angeli aſcenſus ſuos atque deſcenſus, amicis vicibus alternabant. Quo profecto dabatur intelligi, non defuturos in hoc loco quam plures qui ad proximum ſubleuandum cum Martha pia compaſſione deſcenderent & aſcenderent cum Maria celſitudinem Domini contemplando. Vir itaque ſanctus euigilans, & prudenter intelli-

gens quæ videre meruerat, nihil eorum obmisit spiritualiter, in fundatione, consummatione ac consecratione complere cœnobij, quæ prior ille Iacob in visionis suæ loco peregit, domum hic Dei veraciter & portam cœli quam plurimis construendo.

QVOD SANCTVS ERMINOLDVS FACTVS EST PRIMVS ABBAS PRÜFINGE.

VII. MONASTERIO igitur hic fundato & consummato secundum Dei quam intellexerat voluntatē, virum vir sanctus idoneum æstuanti animo requirebat, qui Christi familiæ colligēdæ, in domo quam sibi construxit in tempore suo posset tritici dare mensuram, quiq; vt rei euentus, visioni congrueret, per scalam religionis hic ascensuros, quindecim graduum verbo & exemplo posset docere mysteria, quique præuio ascensiones in corde suo disponente discerent pedetētim in valle lachrymarum loco quem posuit ipse fundator, donec dante benedictione summo legislatore, euntes de virtute ad virtutem, Deum Deorum in Syon videre perpetuo mererentur. Cum igitur quęreretur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniretur, non est inuentus similis illi, de quo nunc agitur, Beato videlicet ERMINOLDO, quē dominus lucernam Christo suo parauerat, vt ardens & lucens huius cœnobij ruditatem nouiciam & ob hoc cæcutientem adhuc intellectu & affectu torpentem, & sanctitate conuersationis accenderet & exempli, & eruditionis atque doctrinæ splendoribus illustraret. Huius itaque famam beatus OTTO comperiens, missis ad eum Abbatem

Luc. 12.

Gen. 28.

Psalm. 83.

suum

suum epistolis ab vtrolibet impetrauit, vt recēs incultumque nouale colendum assumeret, & iam præexercitus agricola, manum ad aratrum mitteret sulcatricem PRVFINGENSIS cœnobij terram patrio visitaret aduentu & inebriaret sacræ institutionis irriguo, locupletaretq; multiplici germine meritorum.

QVAM SANCTE vixerit in Abbatia.

VIII.

MISSVS igitur de HIRSAVGIA primus Abbas, ad nutum domini nostrum dictantis honorem, Ecclesiæ nostræ præficitur, benedixitq; nobis dominus ad introitum eius, in cuius vtique nomine benedictus aduenit, non sine discipulorum atq; confratrum honorabili comitatu. Denique in susceptæ regiminis culmen ascendens, speculatorem se domini Israel meminit constitutum, ita pro animabus commissorum sibi peruigilans, tāquam redditurus pro eis domui rationem, & iuxta dictum beati Iob, vere gallus habens intelligentiam subditos excitaturus ad bona, semetipsum ala exercitij spiritualis primitus excitauit; cauens vtique reprobus inueniri vel somnolentus, dum vigilandum alijs prædicaret. Sane familiarissimum semper habebat instare vigilijs, orationibus, & ieiunijs insudare, verbum domini prædicare, frequentius regnum Dei & iusticiam eius inquirere anhelanter, fugere gloriam temporalē, quærere sempiternam. Proinde fide dignissimi Seniores qui vitam ipsius agnouerant, constantissime testabantur nullam sibi septiformis spiritus gratiam defuisse, quod à con-

Genes. 30.

Ezech. 3.

Iob 38.

Gallat 6. considerantibus conuersationem illius actusq; magnificos faciliter poterat deprehendi. Nam quantum sibi omnis gloria mundi viluerit, quantumq; sibi mundus fuerit crucifixus & ipse mundo, si nullo virtutum eius indicio alio monstraretur, eo solo diligentius aduertenti patesceret, quod ad mentis eius constantiam declarandam, quam aduersus sæculi tàm blandicias quàm terrores habebat hoc loco duximus subscribendum.

QVALITER SE OPPOSVIT *Henrico Imperatori beatus Erminoldus.*

IX. HENRICVS aliquando Imperator cum propter excessus suos papalis excommunicationis sententiam incidisset, & tamen à religiosis ac magnis etiam prælatis ecclesiæ, imperatoriæ dignitatis intuitu, honor sibi ac solita reuerentia deferretur, ob fundatoris nostri præmemorati, quem non modicè diligebat, honorem pariter & amorem cum ipso fundatore grandem sibi demonstraturus affectum ad nouellam eius Ecclesiam visitandam cum nobilium & magnorum pompa multiplici, sicut mos est regius, aduentabat. Iamque beatus ERMINOLDVS pater videlicet Monasterij, tam propter Imperatoriæ celsitudinis claritatem, quam propter concomitantis cum eo & inuitantis reuerentiam fundatoris, cum compulsationibus campanarum, fratrumq; processione canora & reliquiarum ac vexillorum multiplici apparatu, longe insuper extra septa cœnobij excepturus, Cæsarem credebatur, sed seruus Dei talium se fauori

dissimilem demonstrabat. Nō enim cogitationes suæ cogitationes eorum, neq; viæ suæ viæ illorum qui consuunt Ezech. 13.
puluillos sub omni cubito manus & precij parietem liniūt, adulando, & propter hoc in regum domibus mollibus vestiuntur. Cæterum iste non vt arundo, nec terroris, nec Matth. 11.
fauoris vento quolibet agitata, sed vt columna immobilis nec metu impellebatur, nec inclinabatur gratia qualicunque vt ei vel occursu solenni, vel blandicia salutationis applauderet, quem per sententiam Apostolicam communione nouit Ecclesiastica tunc priuatum. Proinde cum aduentum Imperatoris per prænuncios comperisset, omnia Monasterij ostia obserari præcepit, ne vel Augusto, eiusue Comitibus vlla introeundi via pateret, firmiter prohibēs & districte, ne quis egrederetur ad salutationem sibi exceptionis aliquam reuerentiam exhibendam. Ipse verò Imperatore adueniente ad eum ante claustri septa procedens, ne vel ex fastu aliquo vel contemptu hoc agere crederetur eo insalutato, libenter, inquit, & officio salutandi, & exceptionis congrua reuerentia, honorem tibi impenderem, regem Imperator, si te communione priuatum Apostolicæ sedis authoritate nescirem. At Imperator ratus, eum hæc non iusticiæ Zelo, sed ex cordis odio vel rancore proferre, tanquam offensum pro eo, quod quondam ab eius fratre munera recepisset, propter quæ LORSACENSEM resignauerat Abbaciam, Nimis, ait, inconsulte ac præcipitanter, honore vos tanto priuastis. Cui suspicioni Dei seruus occurrens, columbina, vt erat simplicitate respondit: Nouit DEVS omnipotens corda scrutans & renes, non me huius, si dici posset iniuriæ memorem vel vltorem, sed me feciſſe hæc & dixisse, iusticiæ defendendæ intuitu & pro Papalis obseruatione mandati. At venerabilis OTTO Episcopus medium se vtrilibet in-

interponēs, Neminē,ait,deuitare debem⁹ &tenemur, de cui⁹nobis excommunicatione nō conſtat. Quo cōtra vir Dei,fortitudinis quo plenus erat ſpiritu roborat⁹,nec gratię fundatoris, nec Imperatoriæ deferēs maieſtati,quin veritatem liberè teſtaretur,Non poſſum,inquit, ſententiam ignorare, quam oremeo memini promulgatam. Talia perſtabat memorans fixusq; manebat, à iuſticiæ ſuæ propoſito non recedens. Quid quæſo in facto hoc ſanctus iſte minus feciſſe videtur, ab his qui magis obediendum
Actor. 5. Deo quam hominibus principibus Sacerdotum in cauſa
ſimili reſponderunt? Quid Apoſtolo Paulo, qui in caſu
Galat. 2. fermè eodem,ipſi ſe Cephæ reſtitiſſe in faciem gloriatur. Quid poſtremo AMBROSIO præinſigni, qui Theodoſio inſigni Imperatori ſimiliter Eccleſiæ interdixit ingreſſum, donec pro commiſſis ſceleribus pœnitentiam ab eo ſuſciperet & compleret? Sed enim ſi ad antiquiora recurrimus, numquid eum comparare non poſſumus Samueli, nunquid non Nathan, nunquid non Heliſeo, Prophetisq; quam plurimis? qui Regibus temporis ſui videlicet peccata ſua coram improperantes, vel ad pœnitentiam eos ſalutarem prouocauerunt, vel diuinam eis interminati ſunt terribiliter vltionem. Nimirum & Imperator in ſpiritu & virtute Heliæ, iſta feciſſe beatum virum conſiderans, reuerenter cum ſuis abſceſſit, non contemptæ maieſtatis, vt ſuorum aliqui voluiſſent, vltus iniuriam, quod & in ſummo pontifice ipſum iam feciſſe viderant, ſed hominis Dei compertam deinceps ſemper amplius venerans ſanctitatem, quàm ſi caninæ adulationis cauda ſibi cum cæteris alluſiſſet. quod facilè per ſubſcripta poterit perpendi.

QVOD

QVOD IMPERATOR PRO hibuit milites ſuos ne læderent fratres S. Erminoldi.

DENIQ; cum non multo poſt, idem Princeps tranſitum faceret ante Cœnobium cum multitudine militari, fratres ad opera manuum, iuxta morem hortum fortè intrauerunt, quem vilis tunc ſepes ambiuit. Milites igitur qui præibant, & qui ſequebantur Imperatorem, cum fratres in horto viderent; arbitrati principem memorem ſui cõtemptus, ſibiq́ue placere volentes, Ecce, inquiunt, cucullati, qui Dominum noſtrum temere deſpexerunt, nec imperialem ſibi dignati ſunt exhibere reuerentiam, ipſum inſuper ſuis foribus præſumpſerunt excludere cum contemptu. Dent ergo pœnas obproprij & proteruiæ quas merentur, luant auſus enormes, non ferant impunè ſpreuiſſe Cæſareum Diadema. Et milites quidem hæc dixerunt, & inualeſcebant voces eorum, odioq́; paſtoris, dentes lupinos in eius ouiculas acuebant. Iamq́; iamq́; inſultum facturi in puſillum gregem Domini videbantur, ſed euenit aliter quam putabant. Nam exijt edictum à Cæſare non ſperatum, ne fratres videlicet illius omnino præſumerẽt moleſtare, vel verbo turbare vel facto. Sane non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis milites Imperator, contra quos incitaturus exercitum credebatur. Hic ſignificante Spiritu ſancto & demonſtrante, quod meritum beati ERMINOLDI abſentes & filios defenſaret, quomodo etſi corpore abſens, tamen ſpiritu præſens erat. Numquid igitur non Dominus magnificauit eum in timore inimicorũ, & in verbis ſuis mõſtra placauit, cuius abſentia etiã merita

X.

ipse Princeps intelligens, propriæ despectionis oblitus, ea coram militibus attollebat. Nolite, ait, tangere Fratres istos, & in eis nolite vllatenus malignari; noui enim cuius Abbas eorum dignitatis sit coram Deo, noui cuius sit sanctitatis, qui & si mihi non detulit Zelo iustitiæ, plurimum tamen eius confido me sanctis orationibus adiuuandum. Nimirum prudens Augustus prudenter aduerterat, honorem Imperialem sibi non timoris alicuius fastu à sancto viro fuisse negatum, sed magis in eo humilitatem obedientiæ mirabatur, qua maluit Apostolico subditus inueniri præcepto, quàm cæsareum adulãdo venari fauorem. Deniq; vt appareat, quoniam non ex typho superbiæ, sed ex zœlo iustitiæ Principem Romanorum Monasterij septis exclusit, nunc qua humilitate & beneuolentia inferiores multo personas non solum exceperit, sed insuper inuitauit, sibi licet & suis aduersantes, duximus adnectendum, vt aduertatur, quod altissimum mundi caput quod honorãdi etiam Monasterij venit, intuitu non despexit vt vultuosus aut contumax, qui Fratres mundo despectos, qui se suosque insuper molestare consueuerant, ad refectionis solatium inuitauit submissus & supplex quod in his quæ subijcimus apparebit.

QVOMODO FRATRES S. Emmerammi pietate deuicit.

XI. ETENIM Fratres sancti Emmerammi nos aliquãdiu in principio crebris inimicitijs & insidijs fatigabant, impedimenta profectui nostro quæ poterant obtendentes. Cumq; de die in diem eorum contra nos odium ingraueſceret, ad hoc vsq; deuenit

uenit, vt per operarios suos ante portas clausstri facto fossato, exitus nostros angustiores facere molirentur; & cum nullo eis in talibus obsistente, huic operi diligenter instarent, venerabilis ERMINOLDVS vt labores eorum videret, egrediebatur foras, instante iam hora refectionis pacifice illos atq; benigne salutans, & cum lassos fatigatosque videret, tam internæ mentis eorum labori, quam corporis externo sudori compaciens, ad prandendum eos obnixius inuitauit, inductosq; refecit hilariter & benigne, tantam illis impendens humanitatem, vt magis ex charitatis saginarentur affectu, quam in epulis quæ dabantur. Vnde factum est vt dimissi secum mutuo loquerẽtur, tam Fratrum qui eos miserant detestantes inuidiam & rancorem, quam viri Dei suorumq; benignitatem & mansuetudinem, admirantes. Quid, quæso, qui hæc lecturi estis, quid vobis videtur de isto? cuius filius sit? Nonne illius cuius vnigenitus in substantia nostræ mortalitatis apparuit, Fratresq; quos dignatus est adoptare per gratiam, spiritu eius adoptionis infuso, in quo clamarent, Abba Pater, instruxit, dicens, Diligite inimicos vestros & benefacite his qui vos odiunt. Et quid ex hoc consequenter adiungens, Vt sitis, inquit, filij Patris vestri cœlestis, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nec inefficax fuit opus hic claritatis aut sterile, sed in ipsis quibus impendebatur, sicut semen cadens in terram bonam, fructum peperit salutarem. Nam consilio inito, regerentes in locum suum terram quam egesserant, abierunt, nihil incommodi nobis vlterius ingerentes. Sic igitur, sic secundum Pauli doctrinam vir Dei vinci volens à malo, vicit in bono malum, inimicum cibans & potans, & per hoc super caput eius carbones congerens charitatis. Certe videmus hic virum Dei

Rom 8. Math. 5. Rom. 12.

4 Reg. 6. non imparem Heliseo, qui Syros ad se capiendum hostiliter venientes Samariam introductos, amice, ne necarentur eripiens, cibo insuper refectos ac potu, ipsos domino suo remisit. Idem finis secutus est vtrobiq; Nam illi terram Israel vltro non addiderunt intrare, & isti molestare deinceps nos cessarunt: nisi quod Syros stupor timorque cohibuit; istos vero deuicit benignitas charitatis. Diximus qua constantia & virtute mundi spreuit dignitates oblatas, qua illatas iniurias patientia tulerit aut deuicerit mansuetudine; supereſt, vt qua indigentibus proximis liberalitate collata sibi à Deo cummunicauerit, quamq; in his contra deficiendi timorem in domino confidentiam semper habuerit, ostendamus.

DE MISERICORDIA Beati Erminoldi erga pauperes.

XII. SVRAM quidem solicitam ac prouisionem receptionemq; peregrinorum ac pauperum, inter virtutes cæteras, quibus claruit homo Dei, quasi spiritus sui sponsam elegerat specialem, propter quod & in exercitij eius solebat amplexibus singulariter delectari, adeo quod egeni & pauperes ipso iam vsu in necessitatibus suis cum omni ad eum securitate, tanquam ad debitorem quendam accedere præsumebant, & quibus egebant, tanquam à quodam œconomo suo fiducialiter postulare. Nouerat etenim, quod exemplo Apostoli, cum esset liber ex omnibus, omnium seruum se fecerat indigorum. Deus igitur famulum suum tentare cõstituens, imo miserationis inolitæ sibi virtutem omnibus decla-

declarare, vocauit famem super terram, omne firmamentum panis contriuit in tota BAVARIA, ita vt plurimi propter inediam pauperes interirent. Ad Erminoldum igitur ex more concurritur, reserantur cellaria, promptuaria patefiunt, distribuuntur pauperibus vniuersa. Non enim prius pater sanctus in erogando defecit, quoad deficeret, vnde iã posset aliquid erogare. Exhaustis siquidem omnibus officinis, ipse cœpit egere, qui super egenum & pauperem intellexerit. Venerunt namque ministri qui dixerunt, omnia claustri granaria vacuata, nec iam frumenta ad vnicum & prandium fratribus superesse. Quid ergo vir Dei nunc faciat anxiatus? Recurrat ad horrea? sed vacabant: emat in foro? sed precium emptionis in cœlestes thesauros, manus pauperum deportauerãt. Ad Deum ergo conuertitur, & tanquam factus in agonia prolixius orabat ad eum qui dat omnibus affluenter. Veri autem adoratoris adorantis patrem in spiritu & veritate oratio erat hujusmodi: Domine per naturam, per gratiam vero Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc tantæ necessitatis, vt fratrum meorum oculi omnium in te sperent, & tu des illis escam illorum in tempore oportuno, quorum propter te victualia sunt expensa. tu itaque redde quod debes, debes siquidem dantibus, qui dixisti, Date & dabitur vobis. Huiusmodi quidem ad Dominum. Porro ad beatum GEORGIVM patronum Ecclesiæ secundum, simile erat huic quod orabat: Beatissime Martyr ecce præceptis salutaribus monitus, & diuina institutione formatus & iussu, dispersi, dedi pauperibus quæ habebam, qui Deo tibique in hoc loco deseruiunt, nec habent iam quod manducent, & si dimisero eos ieiunos, & non fuerint sa-

Psalm. 104.

Psalm 40.

Iacob. 1. Ioan. 4.

Oratio ad S. Georgium.

saturati, & murmurabunt aduersum me, calices & vestes & libros & alia ornamenta distrahere pro victu compellor, tu ergo subueni, tu succurre, tibi enim reuelaui causam meam atque necessitatem. Huiusmodi famuli sui clamores Dominus exaudiuit, beati GEORGII, quem mediatorem elegerat, interuentu, nec eum distulit consolari. Nam statim in crastino nobilis quidam & diues, cuius dominus cor tetigerat, superuenit, & honorans Dominum de sua substantia, fratrum suppleuit inopiam copiosè, ita vt noui cuiusdam meritis Helisei, pristina fames in Prũfin-
4. Reg. 7. gen tanquam in porta Samariæ pelleretur. Adhuc excellentiorem viam ostendendæ sanctitatis ipsius duximus demonstrandam, quibusdam forsitan incredibilem, sed compertam crebra relatione fide dignissimi senioris, qui tanti miraculi testis & conscius fieri meruit & Symmista

QVOD INVENTVS EST IN *Monasterio clausis ianuis.*

XIII. DE quadam cum ante ianuas staret Ecclesiæ Pater sanctus, & fores essent clausæ, custode Monasterij stante cum illo, cuiusdam necessitatis euentu, *Ecclesiam* ipsam, Dei seruus intrare volebat. Cumque custos propero cursu circuiens, aperire Abbati *Ecclesiam* properaret, inuenit eum, mirabile dictu, quem foris reliquerat, introrsus ante altare sanctæ CRVCIS intente orantem in ipso loco, vbi nunc eius venerabile est sepulchrum, ianuis tamen Ecclesię non apertis. Cumque custos insolita nouitate miraculi staret attonitus & stupefactus, tãtæ rei euentum apud se miraretur, surgens oratione completa vir Dei, custodi sub districtæ con-

conteſtationis interminatione præcepit, ne ante ipſius exitum de hac vita, alicui hominum, id quod viderat reuelaret. Quid ergo dicemus ad hæc? niſi quod famulum hunc fidelem in Domino & Dominum in electo famulo ſuo, laudare, benedicere, & prædicare non deſinamus, qui quod in ſe ipſo poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis oſtendit, oſtendit in ſeruo ſimiliter, antequã & à corpore eius nexibus ſolueretur. Nihilominus iſta legentes aduertant, in quam ſolidæ humilitatis terra donum mentis ſuæ vir ille fundauerat, qui omnem flatum fauoris humani, ventumq; popularis auræ, tanta cautela & ſtudio deuitauit. Ecce iam præcurſoris noſtri, qui exultauit vt gigas ad currendam viam cœleſtium mandatorum, paſſus induſtrios & veloces, pro tarditate noſtra pigris calami greſſibus ſubſequendo prorepſimus, quantumcunque in odore vnguẽtorum eius admodum delectati, & poſt eum lætanter currere geſtientes, ſed ecce vbi è veſtigio Heliam noſtrum cum Heliſeo conſequimur, triſtes metas attingimus, iam Baal Phariſim quod ſonat, virorum diuiſio è vicino nos terret, inter fratres diuidens & Abbatem, inter paſtorem & Agnos, inter diſcipulum & magiſtrum.

DE TRANSITV BEATI ERMINOLDI.

RESTAT verò tranſitum eius de hoc mundo ad patrẽ, & eius occaſiones triſtiſſimas exequamur, triſtes, inquam, non ſibi ſed nobis, non ſibi qui ſemper cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, ſed nobis quibus in carne vtiliter permanſiſſet, propter hoc ſalus hinc refugit, manus trepidat & terretur calamus ipſe percellitur & formidat. Sed enim velimus nolimus, eun- XIV.

dum est, cincti & astricti necessitate narrãdi, ducimur quo
2. Timoth 3. nollem⁹. Ergo quod superest inuiti & prosequamur. Quia igitur omnes qui volũt pie in Christo viuere, persecutionem, secundum Apostolum, patiuntur, sanctus pater iste quia à via iusticiæ flecti non potuit, nec potuit consequenter odia non incidere ministrorum. Non enim potest diem vespertilio non horrere, non potest nec fugere lucem talpa, non potest solis aspicere noctua claritatem. Denique cum sanctus hic pater comissi regiminis cura constrictus, sollicite super custodiam suam staret & vigilias noctis huius sedulo super gregem suum satageret obseruare, vt nihilominus relinqueret incorrectum,
Iob 1. quod contra monasticæ religionis fieret instituta, licet tãquam pater spiritualis, vere in spiritu lenitatis corriperet delinquentes, filij tamen Belial, qui cum Sathan inter Dei filios nunquam desunt, videntes & inuidentes à suis se voluptatibus coërceri, nec sibi licere quæ licere volebant, crudelibus insectari cœperunt odijs se amantem. In tantumq; diatim vesaniæ prorumpebant, quod & captabant, in animam iusti sanguinem innocentem condemnantes, effundere decreuerunt, & iam malitia ingraueſcente, cultris acutis armati, diem mutuo statuentes, loci oportunitate captata, stabant in insidijs, cum dæmonibus in occultis, vt interficerent innocentem in loco quem sibi cõdixerant, quia inibi erat more solito transiturus. At quidam ista scientium Dei famulum præmuniuit, ne illo ve-
Prouerb. 30. niret, paratas sibi mortis insidias manifestãs. Sed vir iustus
Prouerb. 21. tanquam Leo confidens, absq; terrore permansit, & tanquam equus gloriæ Domini, qui eo testante exultat audacter, in occursum pergit armatis, paratus cum Domino, imò pro Domino & in carcerem & in mortem ire; hæc dicenti sibi respondit, Absit vt paratam impediam

tergi-

tergiuersando coronam : vadam potius accepturus palmam quam Dominus exhibet triumphalem. Quid quęso aliud erat hoc famulo dicere, quam quod Dominus ipse Petro iam dixerat, calicem quem dedit mihi Pater non bibam illam? Erat hoc dicere cum Psalmista: Calicem salutaris, accipiam & nomẽ Domini inuocabo, gratias scilicet referens propinanti. Cæterum quia parum est dixisse, nisi facere consequatur, quod dixit & fecit, procedens ad locum vbi mortem fuerat excepturus, si Domino placuisset, eius exemplo qui passurus turbæ processit obuiam se quærenti. Verum sicut Dominum captiuare volentes occurrente ipso conterriti abierunt retrorsum, & corruerunt in terram, donec se ipse capi permisit, sic seruum Domini cupientes occidere, cum constantiam viri Dei viderent, irruit super eos formido & pauor in magnitudine brachij Domini, suum tunc pugilem protegentis. Illa igitur vice nemo in eum misit manum, quia nondum venerat hora eius, quam ille cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, in subditorum bonorum adhuc solatium & salutem, & ad cumulatiora famuli sui merita, vsq; tempus quod voluit prorogabat.

Ioan. 18.
Psalm. 115.
Matth. 26.
Exod. 15.

QVOMODO BEATVS ERMINOLDUS OBITUS SUI TEMPUS & HORAM PRÆDIXIT.

XV.

RAPTAQVE cum teneret iustus, vt ait Iob, viam suam, nec iustificationem suam quam cœpit tenere desereret: nam & semita vitæ suæ quasi lux splendens, iuxta sapientis eloquium procedendo ad perfectum diem iam creuerat, tantæ lucis aspectus filios tenebrarum offendit, grauisque eis

Iob 17. Prouerb. 4.

eis erat, & ad videndum, qui magis quàm lucem tenebras dilexerunt. Proinde cum tempus adesset quo dominus seruum suum decreuerat iam in pace dimittere, post pondus diei & æstus, mercedis æternæ denario præmiandum, iam filij pestilentes, ac tanto patre prorsus indigni, lupaliter velut agni degeneres in Pastoris interitum conspirabant. Igitur vnus talium campiductor infelix, nomine quidem AARON, Absolon autem omine patris persecutor, cum non vt Aaron Pontifex, sed cum esset carnifex animi illius, diabolico exagitatus instinctu, locum ad quem vir Dei venire necesse habebat, diligentius obseruabat, ligneum vectem vtraq; manu vibratum, viribus totis insurgens, capiti venientis illisit, tanto annisu percutiens sacrum caput, vt ad terram mox seruus domini sterneretur. Eo igitur instrumento mortis & genere, quo frater domini est occisus occiditur, ne gloriæ illius extraneus æstimetur aut exors, qui consors est passionis, quamuis hic vt ille non statim obierit, vt in hac potissimum die glorioſius suæ mortis domino sacrificium immolaret, quo MAGI videlicet eidem tria munera mystica obtulerunt. Deniq; si aduertas eadem dona nostrum ERMINOLDVM intelliges obtulisse, si per aurum quod inter metalla malleo plus obedit obedientiam; in myrrha quæ carnem à corruptione conseruat & vermibus, castitatem; in thure quod vritur & crematur vt fragret, caritatis ardorem memineris designari, non sua propria, sed communia requirentis. Igitur vt in illam diem tunc se sacrificaturus domino seruaretur, ictu vectis accepto tabescens, viribus corporis cœpit repente destitui, iamq; ante festum Epiphaniæ lecto decubuit & in ipsius sacratissimi festi vigilia, fatiscentibus artubus aliquamdiu iacuit nihil loquens. Et post pusillum ad se reuersus, & eleuatis oculis in discipulos

qui

qui astabant, hilari eos aspexit intuitu, sed affatu hilariori omnes qui aderãt iocundauit. Etenim requisitus, ad thronum Dei testatus est se raptum fuisse cœlestem, & verba bona, & promissa sibi consolatoria percepisse. Lætatus sum, inquit, in his quæ dicta sunt mihi, nunquam videlicet defuturum diuinum obsequium in hoc loco. Addit & sibi librum vitæ ostensum, fratrum nostrorum nomina mortuorum præsentium & futurorum adscripta literis aureis continentem: & hoc, ait, vobis signum, vt certum esse noueritis, id quod loquor, cras inter maioris Missæ solemnia cantante choro, Gloria in excelsis Deo, egrediar ex hoc mundo. Erat autem vigilia sicut diximus Epiphaniæ. Cauete igitur, inquit, cum signum mei transitus audieritis, ne quis error aut negligentia huius occasione in diuino contingat officio, sed paucis egredientibus à cęteris cum omni deuotione sacra missarum solemnia more solito peragantur. Vt igitur testimonia sua credibilia fierent, & sciremus quia verum est testimonium eius, sicut dixit, euenit. Nam in sancto Epiphaniarũ die, hora qua dixerat, anima illa beata domum corpoream ac terrestrem, nõ manu factam in cœlis acceptura reliquit, introiens in potentias domini sub hymno videlicet Angelorum, vt ibi perenniter inter Angelos, ipsum gloria in excelsis concinat & hymniset. Transijt autem anno Domini M. C. XXI. septimo vero postquam de HIRSAVGIA mense Augusto vocatus est, & ad PRVFVNGENSEM electus Ecclesiam, quarto vero postquam à venerabili VDALRICO Episcopo rogatu Reuerendi HARTVVICI Episcopi Ratisponensis Episcopi ordinatus est solemniter in Abbatem. Quis enim quæso non videat, ideo transitum eius ad eum diem fuisse translatum, qua dominus sacrificia Magorum accepit, & intercurrentibus annis aliquot cœlos super se baptizatum voluit aperiri,

& in cœna aquam conuertit in vinum ad nuptias, vt liquido monstraretur, quod die eodem ERMINOLDVS noster domum cœlestem introiuit in holocaustis, & cœli qui regi patuerant, militi & ipso die patere deberent, & quod molestiarum aquæ præsentium inter conuiuas æthereos, in vinum sibi essent æterni gaudij conuertendę. Quis eum præterea purpurata rosaria martyrum introisse non credat? cum & iustitia suæ causa mortis extiterit, propter quam persecutionem passus est occisoris, & in morte seruauerit pacientiam, nihil durum interminās imprecansq; hctori, & cum postremo tantæ conscientiæ fuerit in eo sanctitas, vt morituru se præsciens & prophetans de diuino curauerit magis officio quam de suis exequijs ordinare.

ERMINOLDE ergo Abba Pater, memor esto congregationis tuæ quam possedisti ab initio isto suæ fundationis, & inquam felicem cursum præsentis stadij consummasti, æternæ gloriæ præmium apprehendens. Ideoq; supplicter exoramus vt gregem tuum pastor bone non deseras, sed apud beatos ciues tuos continua protectione custodias tuas oues, quas primus opilio pascendas à domino suscepisti, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Duo tamen miracula annectimus quæ post eius obitū contigerunt. Vnum quidem quod vnum de nostris, alterum quod alterius cœnobij fratri cuidam euenit, vt non solum à suis hic Pater, sed & ab eis qui foris sunt testimonium habeat sanctitatis, & primum quidem de nostro duximus ordiendum.

VISIO CVIVSDAM FRATRIS POST obitum eius.

XVI. ERAT apud nos Monachus quidam prouectæ quidē ætatis sed miræ sanctitatis & simplicitatis in vita sua. hic cum vocandus à domino lecto decum-

decumbẽs ad exitum propinquaret, à deputato sibi ministro, si adesset aliquis, inquisiuit, erat autem Sabbathum, hora qua sonitu tabulæ ad mandatum Fratres more solito conuocãtur. Audiens ergo nullum esse præsentem, *Ecce*, inquit, video cœlos apertos, & beatum patrem nostrum venerabilem ERMINOLDVM videlicet, assistentem in maxima gloria coram Deo, quod vt verum esse non dubitetur in testimonium veritatis, iam spiritum exhalabo. Quo dicto, morte intercedente, & sermonem confirmante quod dixerat, protinus comprobauit.

ALIA VISIO CVIVSDAM FRATRIS.

ACCEDAT & alius testis, qui de remotis partibus venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine meritorum venerabilis ERMINOLDI. Frater quidam ex nostris, quodam vindemiæ tempore missus in AVSTRIAM, claustrum q; KOTVVIK dicitur, hospes intrauit, hospite quodã alio de claustro dicto GARSTEN, casualiter cointrante. Igitur hora refectionis, cum veniretur ad mensam, hospes hospiti ad vescendum pariter est adiunctus. Et cœna facta cum fabularentur, & secum quærerent de diuersis, vt fieri assolet, GARSTENSIS ille à fratre nostro diligentius inquisiuit, si aliquando habuissem⁹ Abbatem, cui nomen fuerit ERMINOLDVS, & audito quod sic, & q; insuper apud nos fuerit primus Abbas; ille sic orsus est: Quãuis, inquit, nullã omnino notitiam vel vitæ vel nominis eius prius habuerim, nup tamen in veritate comperi, quia non est parui aut mediocris, sed maximi meriti coram Deo. Nam ex fluxu sanguinis mire vexatus, nimia nuper infirmitate & ægritudine laboraui, adeo vt de vita etiam desperarem. Cumq; sanctorum quam plurium pro euasione periculi postularem auxi- XVII.

auxilia ex nimia mihi debilitate somnus obrepsit. Et ecce rapi ad tribunal Christi me video, & pro culpis & negligentijs meis dura satis animaduersione percelli vbidum animas plurimas, pro diuersitate & exigentia meritorum vel condemnari à iudice video, vel saluari; oblatus est ei vnus Ordinis sancti BENEDICTI frater, vt videbat, damnationisq; in eum iam iamq; debebat fieri sententia: sed retractata est, & remissa clementer, sancti nescio cuius magni, quem quidem videbam, sed non agnoscebam obtentu, inter cætera pro damnando taliter allegantis: Licet, ait, Domine, frater hic vitam suam satis exegerit negligenter, irremuneratum tamē tua pietas non relinquat, quod nunquam locum suæ professionis deseruit nec transgressus est finaliter obedientiæ suæ votum. Sancto ista fiducialiter prosequente, animam rei iudex absolui decreuit, orantis pro ea meritis complacatus. Quem cum optarem scire quis esset, ecce vnus astantium iudici ipsum venerabilem ERMINOLDVM PRŪFENINGENSEM Abbatem esse mihi protinus intimauit. Hisq; peractis euigilo, mecumq; retractans ea quæ viderám, statim omnibus quidem omissis, illius potissimum inuocare cœpi suffragia, cuius indubitatam expertus fuerā sanctitatem. Quod cum per officium Missæ facere decreuissem, sed debilitas vocis obstaret, continuò mihi tantas vires sensi collatas, quod sacris indutus, Missam quæ de vno Confessore dici consueuit, à fine vsque ad finem perfeci. Qua completa pristinæ sanitati sum integraliter restitutus. Hæc frater de AVSTRIA rediens, dum nobis sæpius retulisset, superueniens, ille GARSTENSIS, cui res ipsa contigerat, sepulchro viri Dei deuotissime visitato fratris nostri narrationem personaliter confirmauit, qui & ipse in GĀRSTEN postmodum factus Abbas solebat, superuenientibus hūc euentum frequentius enarrare.

INCI-

INCIPIT SECVNDA PARS.

De miraculis eius.

IN his duobus mandatis officio calami quomodo in eis reuelationes & visiones Domini continẽtur, religiosis viris non diu post felicẽ transitũ sancti Patris ostensæ, ac per hoc quodam iure propinquitatis ad præcedentia pertinebant, scientes quia hora est iam nos terminare sermonem, huic libellulo finem dantes, iugo boues absoluimus lassatos. Porro vnum est necessarium, vt videmus. Quomodo enim ipsius libelli distinctio bipartita est, prima quidem eius particula, peregrinationẽ Hebræi nostri apud Ægyptios hui' mundi seu Babylonios continente, secunda verò in exitu Israel de Ægypto præsentis sæculi, & ingressu terræ veræ promissionis explicita, consequenter succurrendum & consulendum eorum opinioni existimamus, imo dubitationi eorum & diffidentiæ potius occurrendum, quibus vitæ laudabilis claritas, quibus preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius ostensa non sufficit, sed nisi cum Thoma miracula tangant aut palpent, & nisi signa videant & prodigia, non credentes cum regulo iudaisant. Vt itaque tales habentes tantam nubem testium interpositam, ad credẽdum vel ipsius operibus imitentur, vel potius compellan- I.

tur ad virtutes & signa quibus mirificauit Dominus sanctum suum, etiam postquam de hac vita transiuit, hodieq; mirificat, transeamus à fine libri prioris, sequentis initium facientes, de ipsius tractaturi miraculis in libro secundo, de cuius in primo vita & transitu. In principio erat verbum. Igitur cum iam Domino complaceret, vt tristicia nostra verteretur in gaudium, vt scientes eum cœlo viuere lætaremur, quem defunctum sæculo lugebamus, manifestauit se iterum Iesus ipsum Angelorum fecisse consortem quem ablatum humano dolebamus esse consortio. Manifestauit autem sic.

DE SVAVITATE ET SVAVI odore sepulchri eius.

II. HONESTA quædam materfamilias CHRISTINA vocabulo, cum matre sua BERTHA nomine Deo valde deuota, de ciuitate RATISPONA PRÜFENINGEN Fratrem suũ visitatura accessit. Cumq; die iam inclinato vehiculo domum reuerti pararent, mater quasi valefactura Sanctis, præ foribus monasterij, quia clausum erat, orare cœpit attentius, & subitò miri odoris perfusa est suauitate, quem cum tacite miraretur, Ecclesiam aperiri pecijt & obtinuit & intrauit, sensitq; fragrãtiam illam de sancti viri spirare sepulchro. Diuinæ igitur gratiæ non ingrata, regratians, votum vouit Deo Iacob, quod famuli sui sepulchrum ERMINOLDI, de cuius meritis certiorari meruerat, per circulum anni totius, nudis pedibus visitaret. Quod & impleuit, nunquam hęc vel pro vię profunditate vel madoribus pluuiarum niuiumuè rigoribus intermittens. Et hæc vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa, ipsius exemplo, quoniam erat ex honestioribus ciuitatis, cœpit viri Dei memoriam frequen-

frequentare & illius auxilium in quibuscunq; necessitatibus efficaciter experiri. Hoc initium signorum fecit Iesus, coram discipulis serui sui fidelibus, & mãifestauit gloriam suam & dignitatem quam iam accepit in cœlis, qui terrenæ dignitatis gloriam non quæsiuit. Et congruè satis à suaui odore incipere debuit sua glorificatio, qui se ipsum Deo in odorem obtulit suauitatis, vt apte fracto alabastro sui sanctissimi corporis, meritorum ipsius & famæ dulcis effunderetur vnguentum, ex cuius odore domus Ecclesiæ redundantius impleretur. Illud autem inter signa quam plurima, Dominus sancto suo quasi priuilegium speciale concessit, quod pueri ægrotantes, ad eius, vt fieri solet ponderati sepulchrum, vel continuò eius meritis cõualescunt, aut ab ægritudinis diuturnitate mortis compendio protinus absoluuntur.

DE ARCHIEPISCOPO MOguntino, qui voti sui compos effectus est.

III.

HOC etiam cum pię memorię dominus CHVNRADVS MOGVNTINVS Archiepiscopus famæ pręconio comperisset, cum diutina laboraret infirmitate, quam ex aére inconsueto in terra sancta contraxerat, nec quicquam sibi conferret experientia medicorum, ad sepulchrum viri cum marca argenti se ponderans, cum clamore valido & lachrymis, exauditus est pro suæ forma peticionis. Postulauerat etenim vt à diuturnitate languoris vel cita euasione, vel beneficio saltem mortis absolueretur. Qui mox antequam sedem suam attingeret, morte intercedẽte obtinuit, quod petiuit beati meritis ERMINOLDI,

DE CÆCO ILLVMInato.

IV. VIR quidam re pauper, & luminis orbitate pauperior, deuotionis tamen & fidei copijs opulentus Prüuingen viri Dei beneficia petiturus ingreditur, & à pluribus, qui de villa vicina venerant, & ante fores ſtabant Eccleſiæ, oſtenſo ſibi in Eccleſia ſancti ſepulchro, pueri ſe ducentis manu circa altare locatus eſt, vt petiuit, egreſſoq; ductore, greſſum baculo ſuo prætentans, ad ſepulchrum deuotus acceſſit, & humi proſtratus poſtulauit in fide nihil hæſitans, vt lumen recipere mereretur.. Moxq; ſe ſentiens exauditum, viſu recepto egreſſus, ductori ſuo videre ſe dixit, & omnibus qui aſtabant, qui eum cæcum viderant introiſſe, ac ſibi ſepulchrum oſtenderant, requirenti. Hos ergo vniuerſos & teſtes ſuæ illuminationis habuit & præcones. Cumq; illuminato congratulantium vox eminus audiretur, nam ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant, ille Deum ac famuli ſui merita collaudauit.

DE QVODAM CONuerſo grauiter punito.

V. FRATER quidam ex his quos BARBATOS dicimus ſuper veniens maligno ſpiritu ſtimulatus, & Dei gloriam non ferens, illum qui Dei ac famuli ſui beneficia prædicabat, contumelioſis cœpit obiurgationibus inſectari, eum deceptorem ac mendacem appellans, & huiusmodi artificio venari eleemoſynas largiores. Quod ille libera voce refellens abijt & receſſit. At ille Barbatus inueteratuſq; dierum ma-

malorum temerario ausu debacchãs, facto flagello de virgis, tribus ictibus tumbam Patris sancti proterue percutiens, ore sacrilego, Quiescas, inquit, tu ERMINOLDE, & nos inquietare desistas. Vix ista finierat, ecce Deus vltionum dominus, vltione condigna coercuit blasphemantem. Nam facies eius tanquam aqua feruenti perfusa cœpit incredibiliter æstuare. Qui festinus egrediens de Ecclesia, ad suũ cubiculum properabat, vt lecto decumbens alleuiationem aliquam expectaret. Erat autem magister opilionum. Quem vnus de famulis suis è vestigio sequebatur, qui quidem blasphemias suas audierat, diuinæ tamen nescius vltionis, blanda ipsum pro verbis suis admonitione corripuit, illo secundum similitudinem serpentis, & surdæ aspidis, nil penitus respondente, donec venerunt ad fontem iuxta, vbi iumenta monasterij adaquari solebãt. De quo hausta sibi aqua per famulum, æstuantem faciem spe refrigerij manibus infundebat, sed vim virtutis suæ oblitus est aquæ liquor, vicemq; contrarij peragens elementi, vrebat acrius pacientem. Itaq; lecto decubuit, ac inter flagella Pharaonizans, licet à pluribus, vt resipiscceret moneretur, secundum duriciam suam, & impœnitens cor thesaurizauit sibi vindictam insuper ampliorem. Nam de die in diem, cor eius erga domini Cõfessorem in sua duricia persistebat. Et quoniam apposuit adhuc peccare ei, & in iram concitauit excelsum, apposuit super eum Deus plagas horridiores. Nam percussus lepra terribili, ab hominibus est amotus. Et cum adhuc suaderetur vt pœniteret, declinauit cor suũ in verba maliciæ ad excusandas excusationes videlicet in peccatis. Nam respondit, Se adeo non peccasse quod mala talia meruisset. In huiusmodi igitur blasphemia perseuerans, cum præuaricator ad cor redire contemneret, factum est in vna dierum, vt per ministrũ

appoſita ſibi menſa, & deſuper pane & potu, miniſter ad cibos pergeret offerendos, quibus allatis, quem miſerè viuum in obſtinatione reliquerat, miſerabilius in peccato ſuo mortuum reperit. Nam in atulam plenam carbonibus, quam gratia calefaciendi ſibi habuit ante poſitam, facie prona ceciderat, & exſpirauerat præambuſtus. In quo patenter apparet, quod qui cæco fideli fuerat odor vitæ in vitam, iſti blaſphemo factus eſt odor mortis in mortem, in reſurrectionem poſitus & ruinam, hinc inde, cum diuerſa vtriſq; intulit ſtipendia meritorum, illum fideli deuotione illuminans, iſtum percutiens pro reatu. Et ſicut tumulus viri Dei ter virgis cæſus eſt per proteruum, ſic triplici plaga percuſſus eſt inimicus, ardore videlicet faciei, dehinc lepræ cõtagio, nouiſſimè verò morte peſſima peccatorum. Cæterum deſcripto rigore iuſticiæ, ad ſolatia miſericordiæ reuertamur.

DE DEBILI CVRATO ET *muliere correcta.*

VI. RADOLDVS nomine puer in Monaſterio, tantum de auribus ſingulis noctibus ſanguinauit, vt mane puluinar ipſius alicui animalis perfuſum ſanguine videretur. Qui cum eſſet ad tũbam viri Dei tertio ponderatus, illico reſtitutus eſt integræ ſanitati. Inter hæc augebatur quottidie credentiũ in Domino multitudo, patrocinia famuli ſui requirens. Inter quos mulier quædam IERVTA nomine ad ſepulchrũ ſancti nummo ſe ponderauit, quem cum in arcellam oblationum mittere debuiſſet, denario clam retento ad altare illum voluit obtuliſſe, ſed dolũ illico, vindicta conſequebatur. Nam illi ita contracta eſt manus, vt nec eam extendere nec nummum excutere præualeret. Ad cor igitur reuerſa

uersa flagello, redit ad archam denariũ immissura, statimq; misericordia & veritas obuiauerunt sibi. nam manũ quam dolus concluserat, veritas patefecit. Misso igitur nummo quo mitti debebat, gaudẽs mulier alium obtulit ad altare.

QVOD PRO TEMPORE cessauit à signis.

CVM itaq; turba venerantium seruum Dei, diatim accresceret, Monachus quidam VVolframvs nomine, sepulchri custodiæ deputatus, super illud ædificare proposuit ædiculam cancelleratã, p quendã Berchtoldvm nomine, carpẽtariũ, qui homicidio perpetrato nondum *Ecclesiæ* reconcilari meruerat, dictum opus incipiens consumauit. Porro Dei famulus sacrilegum in Ecclesiam illius ingressum, & opera manuum cruentarum aspernans, solita beneficia requirentes per annos aliquot destitit exaudire. Quod cum Fratres solertius perpendissent, ipsam ædiculam prudenti consilio remouerunt. Sed non statim finis, vt Dei ac sui famuli dedignatio placaretur. VII.

QVOMODO ITERVM CLAruit signis & miraculis.

IGITVR quia non obliuiscit misereri, cui proprium est misereri semper & parcere, cũ rogatur, aliquanto tẽpore iam decurso, anno M. CC. vicesimo quarto Dominicæ incarnationis, stetit Phinees, & placauit, B. *E*rminoldvs videlicet, vt auerteret iram eius, quem opus offenderat homicidæ. Quidam ergo VValtmann' nomine ciuis Ratisponensis à quodam VIII.

Ryber-

RVBERTO qui fratrum vestibus præerat, sibi familiari, familiariter requisiuit, cuius sepulchrum hoc esset, quod in medio Monasterij cerneretur. Et audito quod primi Abbatis esset istius loci, & quod idem fuisset vitæ sanctissimæ, quodque in carne adhuc & post mortem miraculis claruisset, & ab his destitisset ad horam, ex causa qua nesciret. Dictas VVALTMANNVS illi RVBERTO, scito, inquit, quod in breui Dominus iterum eius merita declarabit. Vidi enim in visione me cum multis intrasse hanc Basilicam ad orandum, & ecce à parte capitis tumuli, arbor, vt videbatur, aurea tantæ magnitudinis succrescebat, vt latitudo ramorum ipsius cunctam repleret Ecclesiam, & extra ianuam insuper se protendens. Quo profecto protendebatur, quia q; olim dixit Dominus Domino meo vnigenito suo Christo passo in carne, hoc famulo suo similiter, etsi non sicut vox huiusmodi lapsa ad eum magnifica gloria, ipso tamen effectu esset in breui dicturus, Et clarificaui & iterum clarificabo. Clarificaui videlicet degentem in carne vita insigni, transitu glorioso de mundo migrantem, virtutibus & miraculis iam defunctum, & iterum clarificabo in nouissima tuba, inter omnes electos, interim vero sequentibus signis, quæ pro negligentia & reatu quorundam pro tempore cessauerunt. Quod & rerum euentus in proximo declarauit.

DE PVERO COECO ILLVMINATO.

SIQVIDEM paucis diebus elapsis, vespere Sabbathi, cum post officium vespertinum, processio ante altare sanctæ CRVCIS solito ageretur, quidã aderat inter multos, qui puerum cæcum in brachijs depor-

deportabat. Cui cum ianua clauderetur egresso THEODERICVS quidam Monachus ei obuians, & videns puerum esse cęcum, redire consuluit, & sancti suffragia postulare. Populo itaq; qui iam exierat redeũte cum puero, Deo ac famulo eius pro illuminatione pueruli à cunctis obnixius supplicatur. Et continuò Deus omnium exauditor, cæcos oculos claro lumine reuestiuit, suum glorificans Confessorem. Rogatus ergo pueri gerulus, apud nos aliquamdiù demorari, ob tanti miraculi testimonium recusauit, se quidem & puerum esse protestans, patre & matre carentes, & de GALLIA BELGICA oriundos ex territorio TREVERENSI, seq; puerum compassione fraterna ad diuersos Sanctos spe circumtulisse salutis, cuius subuentionem expertus nunc esset beati ERMINOLDI gloriæ reseruatam. Ideo, inquit, iam propter quempiam non tacebo, & propter aliquem non quiescam, donec ad solum natale regressus, annunciem huius sancti præconia circumquaq;.

DE PARALYTICA curata.

ITEM mulier quædam iuuencula de ciuitate RATISPONENSI à parentibus matrimonio copulata, ita post breue tempus est dissoluta paralysi, vt loquendo vsum prorsus amitteret, oculo altero priuaretur, dentes haberet ad inuicem ita compressos, vt hora refectionis cultello vix soluerentur ad escam, manibus quoq; contracta & pedibus, miserabile sui spectaculum præbebat. Quæ more solito, ponderata iuxta sepulchrum viri Dei per suos, mox tam integraliter est sanata, vt quæ ab alijs deportari consueuerat, pedibus sanis accederet ad altare, & manibus ante contractis sacrificium X.

offerret, & muto prius ore Missam, à Sacerdote deposceret celebrari, oculoq; recepto lætissime remearit ad propria cum amicis.

DE CONTRACTA CVrata.

XI. SED cum gratias etiam postmodum Dominó redditura, sepulchrum Sancti frequentius visitaret, puella quædam allata est, cuius manus contracta erat omninò. Quam manum cum mulier ante dicta tumulo confessoris imposuisset, astantibus fratribus & orantibus pro eadem puella, clamans, Och, integra sanitate recepta, in momento in ictu oculi manum ante contractam extendens, ouum quod casu in tumba iacebat, puerili more attraxit, iocunditatem & exultationem risumq; excutiens vniuersis.

DE QVODAM PVERO curato.

XII. ALIVS quidam puer, carne fœda in inferiori palpebra succrescente, turpem faciem præferebat. Quam carnem cum medici & chirurgici dicerent resecandam, amici maius periculum metuentes, consilio saniori, Deo & seruo eius deferendum puerum spoponderunt. cumq; mane iter arripere surrexissent, misericordia præuenerat iã fideles, carnemq; abstractam penitus inuenerunt; in patratæ rei signum, sanguinea tantum macula remanente. Qui beneficio Domini nõ ingrati, votum deuotè soluentes ad tumbam sancti puerum adduxerunt, narrantes laudes Domini & virtutes eius fratribus vniuersis.

DE

DE ALIO PVERO curato.

PVER quidam cum continuo vomitu fatigatus esset, nil penitus alimoniæ retinebat. Qui ad tumbam sancti ponderatus à suis, sine mora plenam adeptus est sanitatem. XIII

ALIVD MIRACVLVM.

QVÆDAM mulier horrendo ventris adeò fuit inflata tumore, vt ab alijs, & à se ipsa grauida crederetur, paciens crebras, sicut solent, habẽtes in vtero, punctiones; verum solito prægnantium tempore deuoluto, cum se non esse grauidam comperisset, ad sancti viri Dei sepulchrum cum oblationibus & Dei laudibus se præsentans. XIV. Videtur aliquid deesse.

ALIVD MIRACVLVM.

QVÆDAM AGNES in sancti PAVLI MONASTERIO MONIALIS incredibili tussis incommodo fatigata, ad inuocationem famuli Dei se sensit continuò liberatam. Quæ tempore alio morbo simili repetita, repetita oratione ad Dei seruum secundo mox curata est per eundem. XV.

DE QVODAM IVVENE sanato.

IVVENIS quidam dictus VLRICVS de CVVREN dolore grauissimo capitis molestatus, ad sepulchrum Sancti deuote se ponderans sine mora est redditus sanitati. XVI.

DE MVLIERE PARALYTICA CURATA.

XVII. MVLIER quædam paupercula grauissima dissoluta paralysi per decem & octo hebdomadas, pro quantacunq; corporis sui necessitate, vel se mouere de lecto vel surgere non valebat. Quæ de viri sancti virtutibus concepta fiducia, quodam diluculo vestibus suis induitur in PRVVLINGEN asserens se ituram, quam cum fœminæ commanentes insanire præ infirmitate putarent, deduci ab eis ad ostium attente postulans impetrauit. Hæc inter tenentium manus sanctum obnixius obsecrauit, vt si votum eius sibi placeret atq; deuotio, vires deambulandum sibi apud Dominum obtineret. Nec mora tanta celeritate, quas ductrices habuerat anteceſſit, vt primæ nouissimæ & prima nouissima in itinere viderentur & vix eam alię consequi prealerent.

ITEM DE QVADAM MVliere sanata.

XVIII. ALIA mulier dicta ALHEIDIS, de villa vicina cœnobio, sic est percussa paralysi, vt ore retorto deformiter ad maxillam & vno oculo excęcato, horrendam faciem circumferret. Hæc in vigilia Epiphaniæ, quãdo in crastino anniuersarius Sancti peragitur, ad sepulchrũ eius accedẽs, eius suffragia intentissi ne flagitauit. Itaq; mane regressa orauit eundem sermonem, & statim ore ad statum pristinum reformato, & oculo restituto, similiter plenam est adepta sanitatem.

DE

DE QVODAM FRENETICO curato.

QVIDAM HARTVVICVS de CHEPEN ex nimio morbi feruore raptus in freneſim, de manibus ſe tenentium ſæpe proripiens, currenſq; per ſyluam, more lymphantium ferebatur. Qui adductus ad tumbam ſerui Dei per amicos, ſancti ERMINOLDI obtentu, poſt modicum integrè reſtitutus eſt ſoſpitati. XIX.

ALIVD MIRACVLVM.

ALIVS quidam LEVTVVINVS de villa eadem à graui nimis infirmitate iuxta idem ſepulchrum, Sancti meritis continuo eſt ſanatus. XX.

DE MVLIERE QVADAM contracta & ſanata.

MVLIER quædam paupercula greſſu carens de loco ad locum ſcabellis ſe manualibus promouebat. Hæc ad ſepulchrum viri ſancti deueniẽs, ipſius auxilium inuocauit, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ, ita vt baculi ſuſtentaculo ad ambulandum ſit contenta. XXI.

XXII. ALIVD MIRACVlum.

COcvs fratrum HENRICVS nomine, cognomine VVIRTH cum post febres acutas, tibiarum, oculorumq; dolore maximo laboraret, in die Natalis domini summo diluculo, ad sancti viri sepulchrum deuotius orans accessit & statim sanitate recepta per illum, suscepit domini misericordiam in medio templi sui, vbi famulus domini requiescit.

DE INFIRMO QVODAM sanato.

XXIII. PERCHTOLDVS quidam ciuis de RATISPONA, cum de terra sancta reuerteretur, morbo cœpit grauissimo cruciari. Porro in partes veniēs ALIMANIÆ, auditis beati ERMINOLDI virtutibus per diuersos. pro sanitate recipienda ipsum attentius inuocauit, in suæ exauditionis indicium, antequam domum suam intraret, postulans se curari. Quod fideliter petijt efficaciter consecutus, recepta imo prærepta potius integra sospitate domum reuersus est, vt petiuit.

DE QVADAM MVLIERE curata.

XXIV. IVSDEM PERCHTOLDI filia filiā habebat AGNITAM, cuius pudenda morbus horrendus, qui cancer dicitur occupauit. Anxia ergo mater pro filia, ipsam ad tumulum viri Dei perduxit, eiusq; inuocato suffragio pro filiæ sospitate, censum quinq; nummorum se sibi promisit annis singulis oblaturam. Quo facto filia plene curata, materna deuotio cito se gratulata est exauditam.

DE

DE QVODAM PVERO curato.

ALTERA quoq; filia eiusdem BERCHTOLDI, filiũ paruũ habebat difficultate vrinãdi grauiter laborantem. Cumq; medicorum alij esse strãguriam, alij vero calculum indicarent, eumq; oportere incidere testarentur, amici eius ponentes in Deo spem suam, Beati ERMINOLDI patrocinia requirentes, non sunt fraudati à desiderio suo. Nam puer adductus, ad sancti viri sepulchrum illico integraliter est sanatus. XXV.

DE DOLORE OCVLORUM curato.

ALIVS item ciuis RATISPONENSIS, OPERTVS nomine filiam quandam habebat RAPOTONIS vxorem, quæ oculorum dolore ferme cæcata, ducta ad viri Dei sepulchrum, cum decem nũmos in censu eidem promitteret annuatim, insperatam oculorum recepit protinus claritatem. XXVI.

ITEM DE OCVLORVM dolore fugato.

QVIDAM de ipsa etiam ciuitate HENRICVS qui VICEDOMINVS appellabatur, simili dolore laborãs, ductu amici sui cuiusdam etiã HENRICI vocabulo, ad sepulchrum Patris Sancti deueniens, simili deuotionis affectu, effectu curationis simili est exauditus. XXVII.

DE

DE QVODAM DEBILI curato.

XXVIII. FILIVS eiusdem HENRICI, filium quendam habebat, qui distortis pedibus difficili gradiebatur incessu, qui & ipse ERMINOLDI meritis est curatus.

ITEM DE DEBILI curato.

XXIX. ALIO autem tempore idem HENRICVS à Deo fluxu cœpit sanguinis infirmari, vt nullo medicamẽto quicquam proficere se sentiret. Ad nota ergo sibi iam secundò Patris sancti suffragia se reuertens, iterum curari meruit per eundem dominum nostrum, famulo eius fideli manu contacto, cuius fimbriam olim tangens hæmorroissa recipere meruit sanitatem. Hic iam tertio manifestauit se IESVS eidem HENRICO, in sui gloriam Confessoris.

DE DÆMONIACA liberata.

XXX. IN CASTRO NAPVRCH mulier quædam LEVKARDIS, cuidam iuueni matrimonialiter copulata, cum quadam die vitreis annulis more luderet puellari, maritus offensus eò quod necessaria negligens vanis intenderet, maligni spiritus ei imprecans incautus inuasionem, coniugi non cõiugaliter maledixit. Statimq; vt vel vanitas huius vel illius acerbi-

acerbitas nimia puniretur, Diabolus mulierem inuadens acerrimè cruciabat, & verba per eam blasphema & turpia proclamauit, accedentium culpas eis improperans & peccata. Cumq; sacerdotes super eam dicerent exorcismum, Vestra, inquit, Dæmon verba non curo, nec attendo plateramenta, repellendus ERMINOLDO reseruor, ille accepit reijciendi me potestatem. *Et* mirati sunt vniuersi qui aderant, & ipsi nil horum intellexerunt, eò quod nondum ad partes illas viri Dei præconia peruenissent. *Et* murmur multum erat de eo in populo, quem Dæmon diceret ERMINOLDVM & dicebant ad inuicem. Quid est hoc q; dicit nobis Dæmonium? nescimus quid loquatur. Cum itaq; crederẽt se illudi, affuit de RATISPONA RVPERTVS quidam, qui diceret se intelligere id quod Diabolus loquatur. *Et* incipiens interpretabatur illis qui aderant, verba quæ dixerat inimicus, beati *ERMINOLDI* vitam & sanctitatem, & miracula plurima manifestans. Ille est, ait Dæmon, ille est de quo loquor. Instructo ergo vehiculo mulier superposita in PRÜFENIGEN adducta est per amicos. Cumq; deuentum esset ad fores Ecclesiæ, illa reniti manibus cœpit & pedibus, sed vi deducentium & labore non modico, sepulchro est superposita viri Dei.

Vbi cum fratres dicerent exorcismos, & preces effunderent pro vexata, vix illa ne effugeret tenebatur. Cum subito Deo suum famulum honorante, mulier altius ingemiscens, Ach achq; proclamans quasi resoluta in somnum protinus conquieuit. Cumq; ablata sepulchro in terra super plumarium reclinata fuisset, & an haberet melius, quæreretur, optimè sibi esse ac se liberatam esse respõdit, se nil penitus virium habere. Igitur amici cũ illa tota nocte ad sancti tumulum excubãtes, mane viam arripiunt reuertendi, & cum iter agerẽt vocem huiusmodi Dæmonis

audierunt, Etsi ad te accedere non præsumo, à te tamen longius non recedam. Sana tamen mulier est domum reuecta. Nō multum temporis intercessit,& ecce amici fœminæ liberatæ, Deo gratias non agentes, obliti sunt beneficiorum eius,& mirabiliū eius,quæ ostendit eis in illa. Ideoq; quantæ culpę ingratitudo sit apud Dominum,meminerunt protinus experiri. Deniq; cum Dei ac sui famuli beneficia magnificare inter suos & laudibus dignis attollere tenerētur, illi magis ea occultare ac tegere satagebāt. Cum ecce subito in patris sui conspectu, Dæmon reuertens, in domum suam vnde exiuit, nouissima hominis istius peiora prioribus faciens, per os eius cœpit horribiliter exclamare, Quæ vos occultare nitimini, ego faciam omnibus manifesta. Hoc dicto acrius eam cœpit quam antea cruciare. Igitur amici eius merita vltione confusi, vexatione dante, vt assolet, intellectum, ad cor redeunt sua ingratitudine pœnitentes. Itaq; ad benefactoris sui refugientes auxilium, vt sui misereretur & patientis, negligentiæ ipsorum dignanter oblitus, humillimè postulabant. apud sepulchrum igitur viri Dei denuo pernoctantes, Domino sui famuli merita declarante, mane sanam eam & incolumem receperunt. Sicq; Dominum collaudantes, vt decuit, cum sana & lætalætantes ad propria sunt reuersi.

DE

DE MVLIERE MONOcula curata.

MVlier quędam per octo annos oculo vno prorsus orbata, plena fide ad sepulchrum Confessoris accessit. Quæ cum tota deuotione mentis oraret, corã omnib⁹ qui ad Annũciationis Dominicę festa conuenerant, lumen ad reuelationem insignium meritorum & gloriam Christi famuli declarandam læta recipit, turbam non modicam habens suæ testem illuminationis, & Dei & eius famuli laudatricem. XXXI.

DE QVODAMPVERO DEbili curato.

IN parasceue quædam de RATISPONA mulier puerum fere septennem adduxit, ad memoriam viri sancti, distortos imò prorsus inuersos pedes habentem, ac impotem habentem ac impotem ambulare. Pro quo dum mater tota die vsque ad horam prandendi precibus institisset, integræ puer est restitutus sanitati, qui & in miraculi perpetrati memoriam de fratrum prandentium manibus sæpe postmodum panem & cibos accipiens, domum detulit matri suæ. XXXII.

DE PVELLA PARVVLA CVRATA.

ALIA quędam mulier puellulam fermè quinquigenem similiter pedes habentem inuersos, & nunquam valentem aliquid ambulare, ad sancti sepulchrum in vigilia Pentecostes apportauit. Et ecce inter compulsandum ad vesperas, plurima turba præsente, plantis eius ac pedibus ad rectitudinem restitutis, vsum gradiẽdi recepit, iuxtaq; sepulchrũ, primo XXXIII.

quidem pedetentim obambulabat, deinde vero diatim magis magisq; proficiens integraliter est curata.

DE EPILEPTICA CVrata.

XXXIV. HEROLDVS quidam ciuis de RATISPONA filiam habuit, quæ morbo epilepsiæ adeo vexabatur, vt quotidie bis vel ter elideretur ad terram. Pro qua dum parentes, per dies triginta continuos, ad sepulchrum sancti viri eam ponderare voluissent impleuissentq; quod vouerãt, filia reddita est integrę sospitati, obuiantibus sibi Dei misericordia & vouentium & reddentium veritate. Qui & sancti beneficio respondentes, curatam eandem ob viri Dei sepulchrum, cum vna candela per annos singulos obtulerunt.

DE QVADAM MVLIERE multum debili curata.

XXXV. MVLIER quędam ALHAIDIS dicta de TVTENVVACH, omnium destituta membrorum officijs, viro Dei ad censum nummi vnius annis singulis se deuouit. Nec mora, quæ omnium membrorum vsu caruerat, omnium membrorum gauisa est se vsui restitutam.

DE QVODAM VVLNERATO sanato.

XXXVI. DVO quidem Satellites simul erant ad prandendum, & capta præda quando diuidunt spolia tales, cœperunt mutuo corrixari; vno accusante quod minus sexaginta denarijs recepisset, alter propter domini

domini sui potentiam quem habebat, verba socij contemnente & irrogante insuper illi contumelias & terrores: ille iniuriæ acceptæ non immemor, exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet cùm sibi fortuna, qui grauamen intulerat. Quadam itaque diu læsus & læsor obuiauerunt sibi, & iniuriatorẽ se agentẽ incautius iniuriat⁹ gladio petijt improuiso, vulneratumq; grauissime ad terrã vsque prostrauit. Quo iacente, super dolorem vulnerum eius addidit ampliora, & plagis impositis abijt semiuiuo relicto. Delatus igitur ad hospitium lacero corpore, biennio lecto decubuit, ita quod nullatenus valebat assurgere de eodem. Vxor autem illius flebat quottidie & lugebat, eo quod vnde cõduceret medicum non habebat. Tabescente sic illo, & illa mœrente, nocte quadam reuerenda quædam matrona, flenti vxori non per somnum, vt assolet, sed clarissima visione apparens, Quare mœrore consumeris, ait, absque profectu? Virum tuum Beato ERMINOLDO transmitte, & remittet eum incolumem. At illa: Quomodo eum sibi transmittam, cum de lecto nequeat se mouere? Respondit quæ apparuerat, Tantummodo voueat se iturum, & vires augebuntur. Hoc dicto disparuit. Vxor vero narrauit viro quæ viderat, qui facto voto, mane accepto baculo iter aggressus, licet cum difficultate ad tumbam Sancti deuenit, seque ponderans domum regreditur, plenam, vt credimus, postmodum capiens sanitatem.

DE DOLORE OCVLORVM curato.

XXXVII. AVRIFEX quidam GOTFRIDVS nomine gentē SVEVVS, vir miræ simplicitatis, in artis illius omni genere, cunctis qui erant RATISPONÆ peritior, grauissimam oculorum paciebatur infirmitatē, adeo vt vnus oculus excæcaretur, insuper versus in cruentam carnem & nigram; non autem habens precium medicos conducendi, cum vetularum ac mulierum experimenta quam plurima sine profectu aliquo requisisset, audiuit mulierem peritissimam in huiusmodi esse apud HERBIPOLIM, ad quam dum pergere decreuisset, sed careret expensis, consultum est amicis, vt obmissis omnibus, suffragia beati requireret ERMINOLDI, quibus ille cōsentiens, oculo argenteo fabricato, ad sepulchrum sancti eo se ponderauit. Mira res sub spacio noctis vnius, oculū sanum ac purum perspicacioreḿque recepit, quàm ante morbum se meminit habuisse.

DE PVELLA DEBILI curata.

XXXVIII. HENRICVS quidam ciuis de RATISPONA, die quadam venit in PRÜVENING, Deo & sancto suo supplicaturus. Qui audiēs inter multos à sacerdote qui celebrauit, Dei famulum commendari, habere se filiam testabatur, quæ cum octo annis nunquam ad ambulandum terram suis pedibus tetigisset, ipseq; adductam eam trib⁹ ponderasset vicibus, ad viri Dei sepulchrum, adepta est integram sanitatem, quæ firmis nunc gressibus vsq; in diem vtitur hodiernum.

DE

DE MVLIERE FRAVDVLENTA correcta.

XXXIX.

MAterfamilias quędam de Ratispona, cum per se venire non posset, nummum ad offerendum accedendo absq; candelis, per mulierem manentem secum in domo, ad sepulchrum viri Dei transmisit. Quæ cum alijs mulieribus veniens, candelas quidem accendit, nummum obtulit ad sepulchrum, sed clanculo retrahens ipsum, & fraudulenter marsupio suo eum imponere cogitabat & reseruare. Sed mirum in modum duo digiti quibus illum abstraxerat & tenebat, ita continuo sibi sunt coastricti, vt eos nec ab inuicem soluere, nec nummum excutere prævaleret. Abijt ergo cum sociabus tristis & mœrens. Quæ cum venisset in campum, causam ab illa fletus inquirunt. Illa suum confessa reatum, manum ptotulit subtractricem, digitis adhuc tenaciter cohærentibus & tenentibus quod abstulerant in occulto. Quem cum mulieres auellere niterentur, nihilque proficerent, saniori vsæ consilio, cum rea regressæ manum cum furto super tumulum posuerũt, pro absolutione furis, Deum eiusq; pijssimum Confessorem suppliciter inuocantes. Statimq; digiti qui ad furandum auferendumque cohæserant, ad restituendum laxati sunt & soluti. Denario itaq; misso in arcam, mulieres cum gaudio Deum laudantes & familiam eius, ad propria redierunt. accepit autem omnes timor & magnificabant Deum, qui hoc miraculum audierunt.

DE SVRDA CVRATA.

XL. ALTERA quædam LEVKARDIS tantam incurrerat surditatem, vt tinnitu aurium crebro nimiùm læderetur, quæ tumbam viri DEI tertio visitans, plenam adepta est sanitatem.

DE DOLORE OCVLORVM *fugato.*

XLI. ALIA quædam mulier tantum dolorem pacie-batur in oculis, vt multo tempore clausis eis-dem cæca esse crederetur, quæ cum ad auxilium viri Dei deuota venisset, statim in ipso ingressu *Ecclesiæ* diu clausi sunt aperti. Apertionem autem eorum tanta est lachrymarum effusio subsecuta, vt vestes mulieris vsq; ad pectus adeo madidarentur, vt perfusæ fluuio viderentur. Accessit ad tumbam, Deo gratias agens, eiusq; magnifico Confessori, domum inde rediens, plena post modicum gratulata est sospitate.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus, famulum suum honorans, quæ non scripta in libro hoc, quæ vel quorundam simplicium fratrum humilitas vltro suppressit, vel aliorum incuria obliuioni tradidit negligenter. Hæc autem quæ auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis, & seniores fide digniſſimi, breui calamo perstringentes, futura quorum Deus sibi noticiam reseruauit adnectenda committimus diligentiæ posterorum. Nam fiduciam talem habemus in Domino quod nisi requirentibus famuli sui dilecti suffragia deuotionis & fideivasa defecerint, sui oleum non deficiet Heliſei, ipso præstante qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

EPI-

EPILOGVS
supra dictorum.

CVM fidelium pia deuotio amplius & perfectius circa nota quam incognita moueatur, vt vniuersi qui præsentem sunt ingressuri Basilicam, Cœnobij huius PRÜFENINGENSIS originem ac profectũ, vsq; in hæc tempora non ignorent, pagellam hanc omnibus accessuris, vice speculi duximus adhibendam. Sciendum est igitur quod anno post partũ virginis gloriosæ M.C.IX. Beatissimus Pater sanctus OTTO BABENBERGENSIS Episcopus diuina reuelatione præmonitus euidenter, vt in gestis eiusdem plenius continetur, locum hunc in Dei ac sancti Georgij Martyris victoriosissimum fundauit honorem, eoq; in domibus, habitaculis, officinis claustro conuenientibus, per ipsius studium & industriam laudabiliter consumato, ac communito liberaliter & abunde prædijs, syluis, cęterisq; possessionibus, quas necessitas cœnobialis vitę requirit, fratres collegit & instituit in eodẽ, qui sub beati regula BENEDICTI Deo ibi perenniter militarent. Collecto ergo conuentu beatum ERMINOLDVM, cuius sepulchrum in medio Basilicæ cernitur, huic Ecclesiæ primum Domino disponente præfecit Abbatem, euocatum tam multiplicibus quàm supplicibus literis de HIRSAVGIENSI Cœnobio. In quo sub beati VVILHELMI regimine monasticæ vitę iugum portauerat ab adolescentia sua. Vnde iam pridem propter summam

perfectionem vitæ laudabilis, cuius famæ præconium longè lateq; percrebuerat, ad LORACENSEM Ecclesiam electus est Abbas, & ab HENRICO V. nominis huius Imperatore, regalibus solenniter inuestitus. Cui Ecclesiæ cum paulo plus quam anno gubernatione sanctissima præfuisset, ac sub tantillo spacio temporis, non minus quàm quadraginta Domino sanctæ religioni filios aggregasset, & ibidem, propter quẽdam conscientię leuem scrupulum, culpam timens, vbi culpa omninò non erat, dignitatem Abbaciæ illius resignans, cum fratribus Deo collectis, ad HIRSAVGIENSE cœnobium remigrauit, vbi cum suis iocundè receptus est & seruatus, & aliquanto tempore demoratus ibidem. Demum anno domini M.C.XIIII. à venerabili fundatore nostro, huic loco vt dictum est gubernando præficitur primus Abbas, & rogatu venerabilis domini HARTVVICI tunc RATISPONENSIS Episcopi & consensu, per sanctæ memoriæ Vdalricum Patauiensem Episcopum in Abbatem solenniter consecratur. Cumque in cura suscepti regiminis boni pastoris instar, verbo pariter & exemplo subiectos à malo retraheret, prouocaret ad bona, nihilque negligeret faciendum, sed inuigilaret diuinis operibus incessanter, Diabolus sua damna & Dei lucra videns, & inuidens quotidiè crescere per eundem quosdam, maliciæ suæ satellites, ad sancti patris animauit interitum & armauit. Ne igitur venerabilis Christi Confessor, qui regimine Patriarchas, Apostolos documentis & signis, virgines castitate conciues habere meruerat, martyrũ quoq; palma careret, post multas iniurias, cõtumelias, & terrores, ab vno, ministerio diaboli ligneo per insidias vecte percussus, aliquandiù superuiuens, tãdem in Sancto Epiphaniarum die sub Hymno videlicet An-

Angelorum, ad Angelorum regem & regionem glorioso fine transiuit, sicut in ipsius festi vigilia, prophetico quo plenus erat spiritu, ipse prædixerat, eo ipso nos quod pro signo sui dederat vaticinij certiorans, quod nunquam videlicet diuinum cessare deberet obsequium in hoc loco, quod & ex tunc vsque in hæc tempora, sicut patet, eiusdem patris, vt credimus, meritis & obtentu in suo statu permanet & vigore. Spiritu igitur migrante ad cœlos, corpusculum sancti patris in eo quod in præsentiarum cernitur sepulchro, deuotè reconditum innumeris mox cœpit virtute CHRISTI miraclis coruscare, cæcis viso restituto, quam pluribus contractis & claudis gressu, resolutione turgentibus & inflatis, Epilepticis, paralyticis, energumenis, Dæmoniacis, surdis, hæmorroicis, sospitate potita, blasphemis vero punitis, igne tabefico, lepra & morte postremo quæ merebantur punitis & correctis, accedentibus vel agentibus aliquid circa ipsius tumulum fraudulenter sicut libro miraculorum ipsius plenius manifestatur. Cæterum inter virtutes & signa quæ diximus non debet hoc minimum reputari, quod cum aliquanto iam tempore, memoria sancti Patris ab hominibus intermissa fuerit & neglecta, nunc tandem tam crebra visitatione accedentium iam continuò renouatur, vt hoc quod de iusto per sapientem scriptum est: Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem, ipso facto & euidentia in eo sit impletum. Propter quod profecto speramus, quod Deus omnipotens in suo famulo glorificari, & in se glorificare disponens eundem, omnes qui per ipsum DOMINI beneficia postulauerunt, piè fideliter & attente, misericorditer vel ad votum exauditurus Eccles. 39.

diturus sit vel ad fructum. Cursim ista perstrinximus & summatim, quatenus omnes qui Dei ac famuli sui Patrocinia postulaturi aduenerint, ipsius alhqualiter merita cognoscentes, exauditionis suæ fiduciam eo ipso concipiant ampliorem apud DEVM, qui est benedictus in sæcula sæculorum,

Amen.

VITA

VITA
SANCTI GUNTHERI
Turingii,
SANCTI STEPHANI
REGIS VNGARORVM CO-GNATI, MONACHI ALTAHENSIS; DEMVM
EREMITÆ
in
Silua Bohemica in Rinchnach
vbi
37. annis exactis mortuus est
præsente
BRECISLAO DVCE POLONIÆ
quem S. Gunthernus è fonte Baptismi susceperat.

Auctore
ANONYMO
qui S. GVNTHERO perquàm familiariter notus fuit.

Nunc primum ex codice m. s. edita & notis illustrata
ab
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO
Iurisconsulto.

VITA SANCTI GVNTHERI.

REGNANTE Piissimo Imperatore HENRICO huius nominis secundo, cum B. GODEHARDVS ALTHAHENSE cœnobium regeret, fuit in TVRINGLÆ partibus quidam vir nobilis, dignitate & meritis illustris, nomine GVNTERVS, qui pro delictis iuuentutis ingemiscens, & considerata diligentius actuum suorum qualitate, faciem Domini in confessione præueniens, HERSVELDIAM, ad eundem B. GODEHARDVM Abbatem nouiter eidem Ecclesiæ ab ipso Imperatore præstitutum, digne, vt postea patuit, pœnitendo accessit, eiq; omne secretum cordis ac voluntatis suæ funditus aperuit. Quem Abbas iustè in Deo immoratus, blanda consolatione, & condigna etiam prouisione, pœnitentem suscepit, & ad Monachicam vsq; professionem saluberrima sui commonitione, domino cooperante, conuertit. Qui propriæ diffidens imbecillitati corporis & animi ad penitus abdicanda quæcunq; sunt sæculi, multiplicem suæ hæreditatis proprietatem, quam acceperat à progenitoribus, S. VVIGBERTO, cum consensu hæredum

dum suorum, firma traditione, totam delegauit, sub testibus tamen primitus testamento pactus, vt monachus factus, Monasterium quod GELINGE dicitur, victus & vestitus gratia ipse possideret, ac Fratribus illic Christo seruientibus secum, inde necessaria prouideret. Sanctus Abbas prudenti pertractans consilio huiusmodi nouiter conuerso talem pactionem in via mandatorum Dei maximo futuram esse periculo, & plus inde per dies animæ nasci dispendium, quàm corporis, vt putabat, subsidium, interim illum prouida mente ab incepto suspendit, & laico habitu adhuc vsum ad ALTHAHENSE Monasterium secum perduxit. Ibidem vir prudens prædictus GVNTHERVS cordetenus compunctus, petijt ab Abbate, vt ante professionem liceret sibi Romam petere, & Apostolorum Christi, & aliorum Sanctorum intercessionem pro transactæ vitæ devijs & pro nouæ viæ ingressu, quærere. Quo permittente & redijt, tandemque ante altare sancti MAVRITII cingulum deponens, caput & barbam totondit, & facta de more petitione susceptus, ac aliquamdiu regulariter probatus, ab eodem Pastore monasticæ vitæ habitum est adeptus. Verum post votum professionis non immemor suæ, quam præscripsimus, pactionis, adiens Abbatem GODEHARDVM, peciit licentiam Patriam repetendi, & locum quem pepigerat iuxta conditionem incolendi. Quod pius Pater GODEHARDVS interim consensit, nolens cum obstinata contradictione ab affectu quamuis iniquo prohibere, donec ratione dictante, illicita cupientem animum paulatim posset mitigare. Venienti igitur ad locum GELINGE dictum, & disponenti necessitates ibidem commanentium, ex occultis tentationibus tentatoris & insidiis, DEO, vt certe credimus, ad exemplum Beati Iob, permitten-

permittente, multa & varia ei occurrerunt incommoda, pro quibus dum ipſe, ſcilicet antea paupertatis ac laboris inſolens, ad Abbatem ſæpius queritando confugeret, eiuſque pro talibus conſilium & auxilium anxie perquireret, ſolicitus Pater fluctuationem mentis eius profunde proſpiciens, & ſubſecuturam forte cordis mutabilitatẽ vehementer pertimeſcens, blandâ interdum conſolatione & ſuauiloqua commonitione mœſticiam cordis eius mitigarat. Interdum verò iuxta Apoſtolum, arguendo, obſecrãdo, increpando oportunè & importune nutantem animum eius caſtigans ad viam ſalutis eum reducere ſtuduit: qui tamen adhuc modicum profecit.

2. Tim. 4.

Sed cum in hac altercatione ſæpius luctarentur, & in huiuſmodi moleſtia ambo crebrius fatigarentur, illi iterũ quandam ſuę ſollicitudinis querelam ſuggerenti, Vir Dei debito iuſticiæ Zelo permotus, turgente, vt aiunt, pulmone reſpondit, vt aut in promiſſa obedientiæ ſtabilitate Deo deuotus ſeruiret, aut certe ad ſolitam ſæculi vanitatem laqueis iterum Sathanæ irretitus abiecto habitu rediret. Ad quam vocem ſtupefactus auditor intremuit, & erroris ſui nimietatem ſero tandem perhorreſcens, ingemuit. Sed & hanc cauſam pio Imperatori HENRICO per ordinem Abbas totam ſecretius inſinuauit, ipſumq; adiutorem ad corrigendum talem hominẽ corrogauit. Quem confeſtim Princeps ad colloquendum clementer euocãs perſemetipſum conuertit, & ex Euangelicis vel Apoſtolicis regularibus præceptis inſtruere cœpit, Nullum poſſe duobus dominis ſeruire, nec Monachum ad ſæculum, vt canem ad vomitum, reuerti debere. His & alijs huiuſmodi præcantationibus, tandem in Chriſto verè compunctus vir memoratus omni prædicta pactione cordetenus oblita, & tota cuiuſcunq; incommodi querimonia aboli-

Matt. 6.

2. Pet. 2.

ta, ad

oblita, & tota cuiuſcunq; incommodi querimonia aboliti, ad ALTHAHENSE Monaſterium, vbi tunc ſub eiuſdem Patris cura, vt in gratia omnium loquar, ſingulare Diuini cultus ſtudium feruebat, ſe contulit, & illic fratribus humillimè ſubiectus & in ſacræ religionis diſtrictione pleniter in breui tempore, diuini roris infuſione inſtructus vltra regulare præceptũ ſemet Prælatis admirantibus afflixit.

Cumque in auſteritate vitæ perſeueraret, & exemplo ſuo quam plures ad viam veritatis incitaret, veluti lucerna ſuper candelabrũ poſita, fama eius bono odore reſperſa, ad aures B. STEPHANI Regis VNGARORVM ipſius venerabilis viri cognati emanauit, cuius animum magno dilectionis incitauit amore, vt hunc facie ad faciem videret, quem ſic de virtute in virtutem proficere frequens fama prædicaret. Vnde factum eſt vt ad ipſum nuncios dirigeret, & vt ad eum venire nõ recuſaret, omni ſtudio poſtularet. Vir autem Domini conuerſionis ſuæ non immemor, hæc ſibi minimè licere reſpondebat, quę Rex pius poſtulabat. His Rex auditis maioris inflammatur charitatis amore, & velut antea nuncios direxit. Sed ille ſe venire etiam ſecundo denegauit. Tertio itaq; poſt illum veluti primo & ſecundo tranſmittebat, & vt ipſius petitioni aſſenſum præberet, humiliter poſtulabat. Igitur ſanctus GVNTHERVS Regis tandem victus precibus, eius peticioni licet inuitus annuit, & accepta Abbatis & fratrum benedictione cum tranſmiſſis legatis, pariter & ipſe ad Regem peruenit. Rex autem viſo ſancto GVNTHERO, gauiſus eſt, & quomodo hunc artius veluti iuſtum & ſanctum diligebat, circa ipſum maiorem diligentiam habere ſatagebat. Factum eſt autem dum hora prandij ſanctus GVNTHERVS menſæ Regis pariter conſediſſet, Rex ſibi PAVONEM aſſatum appoſuit, & vt carnibus veſceretur intimè flagitare cœpit.

Sancto autem viro sub regulari conuersatione degente, & huiusmodi cibis abstinente, penitus contradicebat, & illicitis cibis se contaminari nolle asserebat cuius voluntati Rex non minus resistebat, vt apposita manducaret, non solum rogando, verum etiam præcipiendo laborabat. Quid nam facere poterat? Præcepto Regis se obtemperare promittebat, sed in diuino adiutorio fiduciam retinebat. Quapropter factum est, vt inter prandentes hic solito more orationi insisteret, caput manibus inclinaret, profusis lachrymis, ne illicitis cibarijs pollueretur, Diuinam clementiam implorabat. Mira res atq; stupenda, completa Dei famulus oratione, caput de manibus eleuabat, auis assata mensæque superpositæ, reddita vitæ pristinæ deuolabat, & ab eius vsu gratia Diuina virum liberabat. Quo viso cuncti miraculo inaudito, Deo gratias referebant, nec amplius sancti viri voluntati resistebant. Sed Dei famulus plus appetens mala mundi perpeti, quàm laudes; pro Deo laboribus fatigari, quàm vitæ huius fauoribus extolli, deserti loci secessum, cum aliquantis sibi de ALTACH cohærentibus in quodam saltu BOHEMICO de permissione sui Abbatis domini GODEHARDI petijt, ibique cellulam in honore sancti IOANNIS Baptistæ constituxit, & ipsum locũ RINCHNACH proprio nomine appellauit, in qua ad XXXVII. annos in studio sanctæ Religionis, & in summa discretione paupertatis spontaneæ cum sibi remanentibus vixit. Annona denique erat varia, vbi de potu & delicioſis cibis nihil erat, & vbi non nisi sola aqua habebatur, & ipsa etiam hospitibus ad sufficientiam, fratribus vero ad mensuram dabatur. Literas omnino, nisi tantum psalmos aliquos, non didicit, & tamen omnem rationem & intellectum Euangeliorum legis & Prophetarum Historiarũq;

ex

ex crebra fratrum relatione & auidiore verbi Dei auditione mirabiliter percepit, adeò vt sæpissimè obscuriora mysticæ intelligentiæ interdum subridẽdo, interdum verò admonendo stupentibus auditoribus proferret. Quod nos quidem, qui eum familiarius cognouimus, frequenter audiuimus, præcipuè tamen cum in summa sua festiuitate adesset in Cella, quam ipse in honore beati IOANNIS Baptistæ construxerat, specialis sui Patroni, sermonibus eius affuimus, quo in Capitulari collatione eodem die fratres suos admonebat, dum eos de eiusdem Patris, beati videlicet IOANNIS vita & moribus, victu & etiam vestitu ac operibus ad paupertatis suæ Deo placitam tolerantiam instruebat. Verũ enim dico, & coram Deo nõ mentior, quia omnes penè qui aderãt eidem sermoni, ad vberrimam lachrymarum effusionem dono Dei sunt compũcti. Auctor familiariter nouit S. Guntherũ.

Assedit & ibidem venerabilis RATMVNDVS Abbas cum plurimis sui Cœnobij fratribus, & alijs insuper multis hospitibus, præter nos * qui in CANONICO habitu illuc ingredi religio vetuit, quos tamen familiaritas & maximè Abbatis licentia, circumquaq; ad fenestras, ignorante concionatore clanculo collocauit. Erat enim, vt de sancto BENEDICTO dicitur, quem post Dominum vita & moribus sequebatur, scienter nescius & sapienter indoctus. * f. quem

Hæc itaq; breuiter diximus de honestate morum & conuersione nobilis viri GVNTHERI, quantumq; per pœnitentiæ satisfactionem Domino complacuerit, quæ nobis ad imitationem boni exempli sufficiant. *Ecce enim camelus depositâ gibbi sarcina, angustum foramen acus penetrauit*, ipsum ducente, cui omnia possibilia sunt & nihil difficile, quique est mirabilis in operibus suis maximè in misericordijs, neminem propter enormitatem scelerum deserens, omnia dissimulat, propter pœnitentiam, peccata: Vna hora conuertens impium sanctum facit Matth. 19.

cuius virtute caput antiqui hostis pugnando contriuit Christicola GVNTHERVS. De virtutibus vero huius venerabilis viri quibus aduersarium superauit, vel quas eius insidias pertulit, nulli compertum habetur, eo quod multo tempore hominibus incognitus mansit, qui tamē licet locum mutauerit, hostem non mutauit, nulliq; dubium, quia quanto magis in spiritualibus profecit, tanto plus acriora certamina tolerauit. Igitur quanti meriti vir iste sit, per lapidē miratur, in quo dum in vasta heremo solitarius Christo militaret, post laborem quieuisse quantitas membrorum ipsius veluti in molli strato quiescentis, nūc vsq; appareat impressa. Et quid dicimus? nam sicut ad roborandam fidem credentium, Petri Apostoli vestigijs fluenta maris Christi pietas solidauit, sic ad declaranda famuli sui GVNTHERI merita duriciam silicis in molliciem ipsius membri strauit, vt ex hoc clareat, quanta suauitate in cœlis animā eius pius iudex remunerat, quē ad sectanda sua præcepta misericorditer inflam̄auit. Attollamus igitur mentes nostras ad imitanda Sanctorum exempla, vt dum eorum gesta laudamus, nos ipsi probabilem vitam ducamus · iuxta quod Psalmista admonet dicens: Quærite dominum, & viuet anima vestra. Et iterum: Accedite ad dominum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Tūc etenim facies nostræ in die iudicij non confundentur nec terribilem sententiam, Ite maledicti in ignem æternum, audiemus, si toto corde ad eum accedentes, praua fugere huius mundi inquinamenta deuitare studuerimus, atq; ab omnibus peccatis per pœnitentiæ labores expurgati cum Sanctis & electis audiemus à pijssimo iudice, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad quod regnum ipse dominus inuitat cum dicit

Matth. 14.

Psalm. 68.
Psalm. 33.

Matt. 25.

in

in Euangelio, Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Ioan. 12.

Sed quia fragilitate depressi ad sublimia minime tendere valeamus, tota mentis intentione sancti Patris huius poscamus suffragia, vt ipse qui nõ iustos, sed peccatores vocare venit, precibus sui dilecti Confessoris igne sancti Spiritus pectora nostra inflamans nos de conualle huius miseriæ, & via peregrinationis reuocet æternam ad patriam. Ergo Dei clementiã quæ seruum suum de labore perduxit ad requiem superlaudantes, ne Lector circumlocutionibus corda detineat auditorum, sermonem vertamus ad ea, qualiter ad laudem & gloriam nominis sui nobis peccatoribus Christus serui sui terminum huius vitæ manifestare dignatus est, pandamus breuiter.

Cum verò omnipotens Deus beatum virum vellet à labore quiescere, & æterna mercede remunerare, eiusque vitam in exemplum hominibus demonstrare, vt posita super candelabrum lucerna clarescceret, quatenus omnibus qui in domo Dei sunt luceret, contigit vt inclitus * tiro Dux videlicet BREDISLAVS cum POLONIAM gloriose sibi subiugasset, victorque cum pace ad sua rediisset, cuiusdam vrbis, quæ PRAHEN dicitur confinium, causa venationis cum suis adijt, vbi quadam die, vt solebat venatum exiuit. Cumque sui omnes huc illucq; discurrerẽt, nec in aliquo proficerent, subito apparuit eis ceruus miræ magnitudinis, quem ipse Dux cum magna alacritate subsecutus est, tunc ceruus quasi fugam simulans, in quendam locum ipsius syluæ quàm celeriter deuenit, & veluti nullo sequente securè stare cœpit. Hoc Dux intuitus ac solo cliente paruo contentus ceruum aggreditur & eius formam & magnitudinem diligenter scrutatur, de- * f. heros

niq; cũ fidei armis munit° hæſitaret animo, ſubitò de cœli faſtigio audiuit claram ſibi vocem taliter inſonantem: O BRETISLAE, nõ ſemper quę alta ſunt Dei conſilio, tuo fragili deſiderio queras, ſed cum humilibus humilia tibi tuiſque poſteris profutura ne pigriteris attendere. Hoc enim in loco latet Dei theſaurus, cui quondam valde amabilis, nunc verò & in futura tempora cunctis quærentibus pie deſiderabilis. Nam ſcriptum eſſe cogita: Pater meus operatur, & ego operor, quia ego in Patre, & pater in me eſt. Ideoq; quicquid ſerui mei operantur in hoc ſæculo, non eorum, ſed Dei virtutem in omnibus credas. Hæc talia dũ Dux tacitus audiret, & vt amens ſtupefactus, de loco quo ſtratus iacebat, vix reſumpto ſpiritu, ſurgit, ac circumquaq; aſpiciẽs, illico in ipſa vaſta ſolitudine riuulum paruulum à longè videt, pulchroq; gramine circumdatũ, quaſi quibuſdam odoribus abundare, quo in loco lapidem miræ magnitudinis, & ſuper eum cellulam vilibus de lignis conſtructam, miro odore redundantem inuenit, & ſolus cum ſolo cliente de ſupercilio montis deſcendens, licet pauidus, CRVCE tamen ſancta in fronte ſignatus, quid ibi lateret cogniturus celeriter intrat. Et ecce ſenem pulchra canicie ſedentem & albeſcentem, ac veluti Angelum Dei in vultu relucentem, lectoque ceu in oratione proſtratum aſpicit, nimio quoque horrore peruaſus cœpit ſtare. Quem ſenex pio vultu intuitus ne ad talia trepidaret, ſed vt Deum omnipotentem in omnibus laudaret, monuit: & quod ipſe GVNTHERVS eſſet, qui eundem de ſacro fonte ſuſcepiſſet, diuerſis indicijs licet admiranti Duci aſſignauit. Tunc Dux his verbis ſpiritum ad plenum reſumit, & conſtantia animi recepta, pium virum interrogauit, quomodo vel quando ad tam inſolitam ſolitudinem deueniſſet, vel cur tam duram vi-

Ioan. 5.

tam

tam Monachorum attigisset; ac satis amicabili & multum lachrymabili affatu precatur, nè vlterius tam nobilis vir hominibus lateret incognitus, sed ad terram sui Ducatus melius fouendus perduceretur, quamplurimum rogabat. Quod vir Dei prorsus renuit, & ne Dei voluntati in aliquo contrairet solicitè Deum rogans. Vnde Dux valde miratus, & in eius pijs admonitionibus, & diuersis verbis cõsolationis, orationibus se Sancti viri commẽdauit, & vt in reliquo de apparatu proprio nulla necessaria ei deessent, se daturum promisit. Quæ omnia GVNTHERVS à præfato Duce benigne suscipiens, & multa prædixit futura, & velut quodam præsagio inter reliqua pij affaminis verba proloquens dixit, Meæ dilectionis causa si venisti, Filj, meæ petitioni esse contrarius noli. Nam corpusculi mei iam dissolutio instat, & quamuis de sepultura mea diuersi diuersa sentiant, ego vt in spiritu loquar, corpusculi mei BRVNOVIÆ depositionem locandam testor, & quod in spiritu loquor id ab omnipotente, vt fiat, exopto. Proinde Charissime fili memoriæ causa prædicto loco BRVNOVIÆ aliquid solatij apta, vt & mei in Domino, & tui tuorumque omnium in posterum in Deo memoria habeatur, & in mei requiei, quæ futura inibi diem iudicij exspectabit, dignum memoriæ fructum tuis licet postea vel tuorum successorum in temporibus confirmanda prudenti consilio adapta.

Super hæc autẽ omnia si meæ discessionis vel migrationis terminꝰ delectat, crastinæ diei tertia hora quid de meo trãsitu diuina operatio sentiat, meæ fragilis vitę terminꝰ declarabit. His Dux auditis turbatus est animo, & in oscula ruens, amarissimis circumfusus lachrymis, magno rugitu

talia

talia proclamabat, O chariſſime Pater, cur me, licet ad te tarde veniſſe, deteſtaris? O canicies veneranda, quem veluti Angelum Dei, licet indignus amplector? cur me filium, vt dicis, tuum ſpiritualem tam cito ceu orphanum relinquis? Tuæ enim puræ orationes, tua crebra, vt ſpero, ieiunia, meæ prauitatis deberent eſſe & fuerunt tuta præſidia, vt apud Deum omnipotentem pro meis criminibus, quibus humana fragilitas ſæpius conuincitur, hoſtisq; mille fraudum dolis atteritur, fierent aſſidua ſuffragia.

His clamoribus motus pius GVNTHERVS dixit flenti nimiumq; gementi: Deſine Fili, deſine talia agere, & ſperans in Domino noli metuere, meæq; peticionis effectum libenter excipe, veraciter perfice, iam iam ad tuos redi, meiq; ſecretum prodere noli, ſed craſtino non tarde redeas, & meæ migrationi, ſi Dominus Deus voluerit intereſſe poteris. Tunc Dux valde triſtis & gemebundus, benedictione tamen accepta cum ſuo cliente diſceſſit, & ne cui talia ſecreta prodat, ſub interminatione interdixit. Igitur ſequenti die BRECISLAVS dux aſſumpto venerabili Epiſcopo SEVERO, qui ſibi ſpeciali familiaritate adunabatur, ſummo diluculo ad viri Dei cellulam peruenerunt, ipſumq; orationi inſtantem, laudesque Deo omnipotenti pſallentem inuenerunt. Completa verò oratione poſt longa futuræ vitæ colloquia, peractisq; à SEVERO Epiſcopo Miſſarum ſolennijs, vir Domini corporis & ſanguinis perceptione ſe muniens, hora diei tertia, canentibus qui aderant, & flentibus inter orationis verba, immaculatum Deo ſpiritum reddidit. De carnis igitur ergaſtulo iam fœlici recedente anima, tanta de eo ſuauiſſimi odoris redundauit fragrantia, vt cunctorum ibi aſſiſtentium perfunderet nares & pectora. Cuius odoris ſuauitas, tàm diù ſtabilis permanebat, quo vſque viri Dei corpus ad locum ſepulturæ perueniebat.

Poſt

Post hæc peractis omnibus ad exequias attinentibus, corpus illud sanctissimum indomitis equis est superpositum, quod cum tanta mansuetudine ad locum sepulturæ ab eisdem delatum, vt profecto clarescceret, quanti meriti extiterit in cœlis, cuius corpus bruta animalia postposita ferocitate venerabantur in terris. Obijt autem Christi famulus Heremita GVNTHERVS anno incarnationis Domini MXLV. septimo Id° Octobris, sepultusq; est in Monasterio BREVNOVIENSI, quod à ciuitate PRAGENSI distat XX. stadijs, vbi ipse dum adhuc viueret ad sepeliendum esse in Spiritu prædicebat. In quo loco per eius merita fiunt assidue miracula, multa infirmis præstantur beneficia, donante Christi gratia, qui cum Deo patre viuit & regnat Deus per infinita sæculorum sæcula, Amen.

CONditor & saluator humani generis, per ineffabilem sua bonitatis clemẽtiam mirabiliter Sanctos in cœlis glorificans, misericors est peccatoribus in terris, & licet iam seneſcẽte mundo corrupta sit omnis caro iniquitate, non tamen accensam lucernam patitur occultari, sed illuminatam igne cœlesti ponit super candelabrum, vt omnibus in domo Dei luceat; Lucernam dico beatum Guntherum qui propria linquendo, & Christi præcepta sequendo mundum despexit: quem miracula ad sepulchrum eius vel alias per merita ipsius operante diuina clementia facta glorificant.

COLLECTIO

Historica Chronographica

Ex

ANONYMO QVI SVB ALEXANDRO SEVERO IMPERATORE VIXIT,

IDACIO,
TOROMACHO,
alijs.

COLLECTORE

Gallo quodam, quem Carolo Magno
supparem fuisse apparet.

Nunc primùm è m. ſ. codicibus edita & notis illuſtrata
ab
HENRICO CANISIO NOVIOMAGO
Iurisconſulto.

COL.

COLLECTIO HISTORICA CHRONOgraphica

ex

ANONYMO

qui

SVB ALEXANDRO SEVERO IMPErator vixit,

COLLECTORE

GALLO QVODAM, CAROLI MAGNI temporibus.

*INCIPIT LIBER GENERAtionum primus.

† In m codice minore (nam in maiorem. s. totus primus liber abest) non erat præter hunc alius titulus huic libro præfixus.

AB Adam vsq; ad----- Ordine quæ continentur in huius volumine libri. Dinumeratio temporum & annorum. Generationes sæculi vsq; in hunc diem. Terræ diuisio tribus filijs NOE. Declaratio gentium quæ ex quibus factæ sunt. Et quas singuli terras & ciuitates sortiti sunt. Quantæ Insulæ claræ. Qui ex quibus gentibus transmigrauerint. Quot flumina nominata. Quot montes nominati. Quot Iudices, & quis quotannis populum iudicauit. Quot reges in tribu Iuda, & quis quotannis regnauit. Declaratio Paschæ, & quis quando seruauit ex temporibus Moysis vsque in hunc diem. Reges Persarum à Cyro: & quis quotannis

regnauit. Reges Macedonum ab Alexandro; & quis quot annis regnauit. Imperatores Romanorum ab Augusto, & quis quot annis regnauit. Tempora Olympiadum ab * Ippito vsq; in præsentem Olympiadem. Nomina Patriarcharum ac generationes. Nomina Prophetarum. Mulieres Prophetissæ. Nomina Regum Hebræorum, & Regum qui in Samaria regnauerunt supra decē tribus, & quis quot annis regnauit. Nomina Sacerdotum. Nomina Imperatorum Romæ, & quis quot annis præfuit.

Lege Iphito.

Quandoquidem oportet instructum esse veritate, necessarium existimaui fratres charissimi hunc in breui de sanctis Scripturis facere sermonem ad corroborandam doctrinam, vt per paucas enarrationes non sine causa inquisitas virtutes veritatis citius agnoscamus; abscindentes prius indoctorum generatam contentionem, quæ obumbrat sensus * Scdm̄ huiuscemodi indoctum edoceat. Summa autem cum industria prænidere cupientes iuxta veritatem cognoscimus gētium diuisionem & parentum dinumeratam generationem, inhabitatorum quoq; tempora & bellorum commissiones, & Iudicum tempore dispensationes, & Regum annos, & Prophetarum tempora; qui ex quibus regibus nati sunt, qualesq; captiuitates populi quibus Regibus & quibus Iudicibus contigerint: quiq; Sacerdotes quibus temporib⁹ fuerunt: & quæ diuisio, & quæ perditio facta sit. Quo autē modo generatio seminis Israel vel de patrib⁹ in Christo completa sit, & quot quantiq; per quanta tempora dinumerarentur anni à creatura sæculi vsq; in hunc diem. Existimauimus autem incipientes à Genesi iuxta verborum ostensionem sicut expedit declarare, non ex nostra quadam parte, sed ex ipsis sanctis scripturis testificari, hinc occasionem accipientes iuxta ordinem de Genesi sermonem facimus.

Explicit præfatio. Incipit narratio præfationis.

LIBER

LIBER generationis hominum. quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos. Vixit autē Adam annos CXXX. & genuit Seth. Vixit autē Seth annos CCV. & genuit Enos. Vixit autē Enos annos CLX. & genuit Cainan. Vixit Cainan an. CLXX. & genuit Malaleel. Vixit Malaleel ann. CLXV. & genuit Iared. Vixit Iared an. CLXII. & genuit Enoch. Vixit Enoch an. CLXV. & genuit Mathusalem. Vixit Mathusalem CLXVII. & genuit Lamech. Vixit Lamech CLXXXVIII. & genuit Noe. Et erat Noe annorum quingentorū; & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. post annos autem centum, postquam genitus est Sem fuit diluuium, cùm esset Noe annorum DC. Fiūt ergo ab Adam vsq; ad diluuium generationes XI. anni 2242. Istæ sunt generationes Sem. Sem cū esset annorum centū, genuit Arphaxad, an. secundo post diluuium. Et vixit Arphaxad an. CXXXV. & genuit Cainā. Vixit Cainan an. CXXX. & genuit Sale. Vixit Sale an. CXXX. & genuit Heber. Vixit Heber annos CXXXIV. & genuit Phalech. Vsque ad hanc generationem generationes sunt quinque: anni DXXVIIII. Ab Adam generationes quindecim; anni sunt 2771. *Caput 1.*

POst diluuium autem Sem, Cham, & Iaphet trium fratrum tribus diuisæ sunt. Et Sem quidem primogenito à Perside & Bactris vsq; in Indiam longe & vsq; Rhinocoruras est: Cham autem secundo à Rhinocoruris vsq; Gadira: Iaphed autem tertio à Media vsq; Gadira ad Burram. Habet autem Iaphed flumen Tigridem, qui diuidit Mediam & Babyloniam; Sem autem Euphratem; & Cham Geon, qui vocatur Nilus. *Caput 2.* Diuisio terræ tribus filiis Noe. Hæc ex Arnobio sumpta sunt in Psalm. 104.

Caput 3. Confusio linguæ.

CONfusæ sunt autem linguæ post diluuium. Erant autem quæ confusæ sunt linguæ LXXII. & qui turrim ædificabant, erãt gentes LXXII. quæ etiã in linguis super faciem totius terræ diuisæ sunt. Nemroth autem gigas filius Chus iustam Medis venando submini-strabat bestias in cibum.

Caput 4. Dettuatio ex eis gentium, eorumq; nomina. Vide Ioseph. Antiq lib. 1. cap 6. Otton. Frising lib. 1. cap 4.

VOcabula autem LXXII. hæc sunt. Filij Iaphet; Gomer, ex quo Cappadoces; Nagog de quo Getæ & Galatæ; Madai, de quo Medi; Iuuan, de quo Græci & Iones; Tubal, vnde & Italienses; Mosoch, vnde Illyrici; Tyras, vnde Thraces; Chetim, vnde Troiani, Phrygij, Macedones. *Et* filij Gomer, Arcanes, de quo Sarmatæ; Risath, de quo Sauromatæ; Togorma, de quo Armenij. *Et* filij Iuuan, Elisan, inde Siculi; Tharsim, ex quo Iberi; qui & Agareni; Cethim, de quo Romani, qui & Latini; Dodanim ex quo Priamij. Omnes XV. de his extiterunt insulæ gentium. Sunt autem Cyprij & Sicilienses ex Iaphet. Siquidẽ inuenimus & eos qui sunt ad Burram ex ipsis etiam gentes quæ sunt in *T*hebaide, præter eos qui postea aduenerunt. Ibi reges qui habitauerunt in ciuitate, quæ apud Græcos honoratur Athenas & Thebas. Qui enim *S*idoniorũ sunt habitatores & quicunq; sunt alij similium, post hæc apud Helladam trãsmigrauerunt. Cognoscimus autem hæc ex lege & Prophetis. Erant ergo de Iaphet ad confusionem turris XV. Et hæ gentes Iaphet à Mecha vsq; vesperum Oceani diffusæ sunt, attingentes vsq; ad Burram. Hi filij Iaphet, Medi Albani. Gargani, Arsei, Armeni, Amazones, Choli, Corgemi, Benagenæ, Cappadoces, *P*aphlagones, Mariandini, *T*ibarenses, Chalybes, Mossiroti, Cholchij, Melantini, *S*armatæ, Saurobatæ, Meotæ, Scythæ, Tauri-sci, *T*hraces, Bastarni, Illyri, Medones, Hellentes, Græci, Libyes,

Hic aliud non habeo, quàm testari. mem. f. ex fide dare, & quidem etiam manifesta errata repræsentare. Hoc e-

Libyes, Hiſtrij, Dauni, Dapueni, Calabri, Opie, Latini qui & Romani, Agareni, Galli, Aquitani, Illyricani, Baſanotes, Ciritani, Luſitani, Vaccei, Cunienſes, Brittones qui & in inſulis habitant. Qui autem eorum nouerunt littetas ij ſunt Iberi, Latini, qui & vocantur Romani, Hiſpani, Græci, Medi, Armeni. Sunt autem fines eorum ad Boream vſq; Garida apud Ameda fluuium vſq; Maſtuſi ad Ilion. Terræ autem eorum hæ ſunt, Media, Albania, Amazonia, Armenia minor, Armenia maior, Cappadocia, Paphlagonia, Calatea, Collis, Indicib⁹, Forina, Media, Derris, Sarmatia, Tauriana, Schythia, Baſterna, Thracia, Macedonia, Dalmacia, Mollis, Theſſalia, Locria, Boetia, Betolia, Achaia, Pellinia quæ appellatur Peloponeſus, Acarnania, Epirocia, Illyria, Euchnites, Adriate ex qua pelagus Adriaticũ, Galitia, Luſitania, Italia, Theugene, Marſilia, Celtis, Gallia, Ypanogallia, Iberia, Hiſpania maior, hicq; deſinit terra Iaphet, vſq; ad Brittannias inſulas omnes ad Borram reſpicientes. Sunt autem in his inſulæ iſtæ, Britañiæ, Sicilia, Euboea, Arlodoſcius, Leſbus, Cythera, Iacēt⁹, Cephalenia, Iabech, Corcyra, & Cyclades inſulæ, & pars quædam Aſiæ quæ appellatur Ionia. Flumen eſt autem his Tigris diuidēs inter Mediam & Babyloniam. Hi ſunt fines Iaphet.

nim petunt docti, quibus errata m. ſ fere lux ſint pro coniectura ad dubiam, ſicubi eſt, veritatem; iiſq; aliàs perfacile ſit ex aliis ſcriptoribus hæc perſanare quæ à manu deſcriptoris menda manant.

f. Hiſpanogallia.

Caput 5.
De filiis Chā.

FIlij autem Cham: Chus, ex quo Æthiopes; Meſraim, ex quo Ægyptij; Futh, de quo Troglodita, Chanaā, de quo Afri & Phœnices. Et filij Ch⁹: Saba, & Heuilath, & Sabaitha, Regma, & Iabathacha. Filij autem Regma: Seba, & Dedan. Et Chus genuit Nemrod. Sunt Ægyptiorum patriæ cum Meſroim, patre ipſorum VIII. dicit enim: Et Meſraim genuit Ludim; vnde Lydij; Anamim, de quo Pamphilij; Laabim, de quo Laboēs; Neptoin, & Phethruſim, vnde Cretes; Chaſluim; vnde Lycij, vnde

Gen. 10.

vnde exierunt Philistijm; & Capturim, vnde Cilices. Cha-
Gen. 10. nanæorum sunt patriæ cum patre eorum XII. Dicit enim;
Chanaan autem genuit Sidonam primogenitum, ex quo
Sidonij, & Cetheum, & Iebuseum, & Amorrheum, & Ger-
geseum, & Arucheum & Eueum: ex quo Tripolitæ; &
Sineum, & Aradeum: vnde Arain; & Samarleum, & A-
matheum: vnde Amathus. Est autem habitatio eorum
à Rhinocoruris vsque Gadirath. Ex his autem numeran-
tur reges vel gentes Æthiopes, Troglodytæ, Aggei, I-
sabin, Ichthyophagi, Bellani, Ægyptij, Phœnices, Liby-
es, Marmaræ, Decarij, Fallitæ, Mysij, Moysimoeti, Phry-
ges, Magores, Bithynij, Nomades, Lycij, Mariandyni,
Pamphylij, Minsudi, Pisidini, Licalli, Cilices, Marusij,
Cretenses, Magartæ, Numidij, Macronesij, Nasamones;
hi possidebant Ægyptum vsque ad Oceanum. Sunt au-
tem insulæ in his communes hæ; * Corsula, Lupadus,
Gaudius, Melate, Cercenna, Meni, Gardinia, Galata,
Corrona, Crete, Gaulus, Reda, Æthera, Careacus, Asti-
palacius, Lerbeus, Thenedus, Ymbrus, Iassus, Chobus,
Chinidus, Nisurus, Ingeste, Cyprus. Qui autem sunt eo-
rum litterati, hi sunt Phœnices, Ægyptij, Pamphilij, Phry-
ges. Sunt autem fines Cham à Rhinocoruris, quæ di-
uidit Syriam & Ægyptum, vsque Garira in longum. No-
mina autem gentium hæc sunt; Ægyptus, Æthiopia, quę
tendit aduersus Indiam, & altera Æthiopia; vnde profi-
scitur flumen Æthiopum extra quod est rubrum, ten-
dens ad Orientem, Libyæ quę extendit vsque Cyrenem
Marmaris Syrtes habens gentes, Nasamonas Macastun-
lumeos * Libye Qualyptij extendit vsque minorem Syr-
tem, Numidia, Massacria, Mauritania, quæ extendit Her-
culeas quod est Herachleoticas stilas contra Gadyram.
Habet autem ad Borrum maritimam Ciliciam, Pamphi-
liam,

* Corsica, Li-
para, Gaudos,
Melite, Cer-
cinna, Meninx
Sardinia,
Galathe, Co-
ronia, Creta,
Gaulos, Rho-
dus, Cythera,
Hieracum,
Astypalæa,
Lesbus, Tene-
dos, Imbros,
Casus, Thap-
sus, Cynethus
Nisyros, Tri-
nesca.

legend.
Libyæ AEgy.
pti Vide O-
ros lib. 1. Plin.
5. cap. 7.

Pamphyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam, Carmaniam, Lyciam, Cariam, Lydiam, *a* Misuam, Ilium, Troadem, Æolidem, Bithyniam veterem, Phrygiam altiorem. Habet etiam Insulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum & fluuium Geon, qui appellatur Nilus. Diuidit autem inter Cham & Iaphet vsu vespertini maris hæc media Cham generatio.

a. m. f. Misiam tiliam.

Cap. 6. De filiis Sem. Gen. 10.

EE Sem autem seniore filio Noe, tribus cognitæ XXV. Ii ad Orientem inhabitauerunt. Filij Sem, *b* Helam, de quo Helimei, & Assur, de quo Assyrij; & Arphaxad, vnde Chaldęi; & Ludim vnde Lazones; & Aram, *b* vnde Cites priores: hoc excidit Abraham. Filij Aram, *c* Osceun de quo Lydij; & Gether, de quo *d* Garsini; & *e* Mær, vnde Massini. Et Arphaxad genuit Sale, Sale genuit Heber; vnde Hebræi. Et Heber nati sunt duo filij, Phaleg & Deboh, vnde ducit genus Abraham ætatem; & Iectan. Iectan, autem genuit Helmodam, de quo Indi: & Saleph, de quo Bactriani; & Asarmoth, de quo Arabes priores; & *f* Cyduran, de quo Kamer: & Dersa, de quo Mardi; & *E*zech, de quo Arriani; & Glain, de quo Cydrusi: & Hebal, de quo Scythæ priores; & Abimehël de quo Hyrcani; & Sabath vnde Sabæi primi; & Ophir, de quo Armeni; & *E*uilath, vnde gens Helij, omnes Bactriani; Omnes autem hi de tribu filij Sem.

b. locus vitiosus
c. leg. Hus & Hul
d. Sargaranas ena Ptolomæo Cappadociæ.
e. leg. Mes.
f. leg. Adoran de q. k. e. Decla de quo Mardani & Vzal.

Cap. 7. De habitationibus omniū filiorum Noe.

MNivm autem filiorum Noe habitationes sunt LXXII. à Bactris vsq; Rhinocoturis, quę diuidit Syriam & Ægyptum & rubrum mare à Borea Arsinoës quæ est Indiæ. Hæ sunt autem gentes, quæ sunt factæ ex his: Hebræi qui & Iudæi, Persæ, Medi, Pœni,

g. forte Magores Hunni, Ariani, Assyrij, Indi, g Magardi, Parthi, Germani, Helimæi, Chettæi, Arabes primi, Gedrosiæ, Schythę, Arabes vltra sapientes qui dicuntur Gymnosophistæ (nudi sapientes) Habitatio autem eorum vsque Rhinochorura & Cicilia. Qui autem eorum nouerunt literas hi sunt: Iudæi, Persæ, Medi, Chaldæi, Indi, Assyrij. Est autem habitatio eorum, id est, filiorum Sem, in longum quidem ab India vsque Rhinochoruram: ac lata autem à Perside & à Bactris vsque Indiam. Vocabula autem eorum hæc sunt: Persis, Bactriania, Hyrcania, Babylonia, Cordulia, Assyria, Mesopotamia, Arabia vetus, Numidia, India, Arabia, εὐδαίμων Cœlesyria, Comagena, & Phœnicia, quæ est filiorum Sem. Gentes autem quę linguas suas habent, hæ sunt: Hebræi qui & Iudæi, Assyrij, Chaldæi, Persæ, Medi, Arabes, Madiani, Adiabeni, Citadenici, Alamorsini, Saraceni, Magi, Caspij, Albani, Indi, Æthyopes, Ægyptij, Libyes, Cethæi, Chananæi, Pherezæi, Heuæi, Amorræi, Gergesæi, Iebusæi, Idumæi, Samaritæ, Phœnices. Syri, Cilices, Tharsenses, Cappadoces, Armenij, Hiberi, Liburni, Scythæ, Colchi, Sanni, Bosphorani, Isaurienses, Lycaones, Pisidæ, Galathæ, Paphlagones, Thraces, Phryges, Achæi, Thessali, Macedones, Mysi, Bessi, Dardani, Sarmatæ, Germani, Pannonij, Pæones, Norici, Dalmatæ, Romani qui & Latini, Ligures, Galli qui & Celtæ Aquitani, Britanni, Hispani, qui & Terreni, Mauri, Baccuates & Massennas, Getuli, Afri, qui & Barbari, Scmachisei, Garamantes qui & Marmaridæ qui vsque Æthiopiam extendunt.

Necessarium autem putaui vt inhabitationes gentium & cognominationes declararem. Incipiam autem ab Oriente, Persarum & Medorum inhabitatores Parthi & vicinę

vicinæ gentes Parthis vsque Syriam Cœle. Arabum inhabitatores Arabes, Eudemones: hoc enim nomine appellantur Arabiæ Eudemones. Chaldæorum inhabitatores Mesopotamini. Madianensium inhabitatores, Cinæi, Colpitæ, & Troglodítæ, & Ichthyophagi. Græcorum autem gentis vocabula quinque: Iones, Arcades, Bæoti, Æoles, Lacones: horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bithyni, Troes, Asiani, Cares, Lydij, Pamphylij, Cyrenæi, & Insulæ plures, id est, Cyclades quidem XI. quæ Myrtoum pelagus continent. Hæc autem sunt nomina earum: Andrum, Tennem Theonaxus, Geos, Gyarus, Ranea, Cyrnus, Maraton. Sunt autem & aliæ Insulæ maiores, XII. quæ etiam ciuitates habent plurimas, quæ dicuntur Hispotes, in quibus habitauerunt Græci. Hæc sunt autem nomina earum Euboea, Creta, Sicilia, Cyprus, Cos, Samus, Rhod', *Cynstappus, Lemnus, Lesbus, Samothracia. Est autem à Bæotia, Euboea; sicut ab Ione Ionides. Ciuitates XVI. * Laodimena, Mytilene, Phocæa, Priene, Erythræ, Samus, Tohes Colophon, Ephesus, Smyrna, Berytos, Byzantium, Chalcedon, Pontus & Amisus. Liber Romanorum qui & Scythiensium gentes & inhabitationes hæ sunt: Tusci, Æmilienses, Picenses, Campani, Apulienses, Lucani. Affrorum gentes & inhabitatores sunt; Leptini, Cyti, Numidæ, Nasamones, Hesperi.

f. Andros, Tenos, Telos, Thasos, Naxos, Ios, Gyaros, Rhene.

forte Cynthos fort. Laodamantia.

Insulæ autem hæ sunt.

Caput 8.
Insulæ quæ habent ciuitates.

SArdinia, Corsica, Garda quæ & Beniga, Cerne & Galathe. Maurorum autem gentes inhabitationes hæc habent: Musulani, Tingitani, Cæsarienses. Hispaniorum autem gentes & habitationes hæc sunt, * Tyranni & Tursenorũ qui & Tersannenses, Lusitani, Boetici, Autrigones, VVascones Gallici qui & Asturres. Insulæ autem quæ pertinent ad Hispaniam Tarraconensem tres sunt, quæ & appellantur Valhriacæ. Habet autem ciuitates quinq; has: Ebora, Palmæ, Pollentia quæ dicitur Maiorica: Thomæne, Magone quæ appellatur Minorica. Earum inhabitatores fuerunt Chananæi fugientes à facie Hiesu filij Naue. Nam & à Sidona qui condiderunt & ipsi Chananæi Sidonij; & qui Pannoniam condiderunt & ipsi Chananæi. *m* Cadis autem Iebusæi condiderunt & ipsi similiter profugi. Gallorum autem Narbonensium gentes & inhabitationes Macrobij, Græci, Sarmatæ. Et hos necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarũ gentium vocabula & gentes & manifesta flumina ignorares.

cap. 7. paule supra vocauit Terrenos: an Terneſios intelligit? non puto.

m. f. Gades

Caput 9.
De sede gentium ab oriente.

INcipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente. Adiabenithæ & * Tadini contra Arabiam, Saraceni alij & * Adenos contra Arabiam; Albani contra Phrygiam, Caspiasini, Rickanitæ maiores quos expugnauit Moses inter Mesopotamiam & mare rubrum: minor autem Madian est contra mare rubrum, iuxta Ægyptum, vbi regnauit Raguel, socer Mosis, qui & Iethro. Contra Cappadoces à parte dextra Armeni, Hiberi, Birranæ, Scythæ, Colchi, Bosphorani, Samij qui appellantur Samnites vsq; Ponto extendẽtes, vbi est Accessus, Absorus, & Sebastopolis & *n* Hissillime quod est portus & Parsius flumen vsq; Trapezonto extenduntur hæ gentes.

n f. Hypsiline

Montes

MOntes autem sunt nominati: Caucasus, Taurus, Atlas, Parnassus, Cyron, Helicon, Parthenius, Nisa, Luca, Pantus, Pentus, Olympus, Libanus.

Caput 10. De montibus nominatis.

FLumina autem sunt magna & nominata XLI. Hydor qui & Phison, Nilus qui & Geon, Tigris, Euphrates, Iordanis, Cefiros, Tanais, Memorrius, Borus, Thenes, Alsius, Taurus, Eurotas, Mæander, Hyrminus, Axius, Piramus, Baetis, Hebros, Sangarius, Achelous, Paemptus, Euentus, Sperchinus, Gaister, Simois, Scamander, Strymon, o Parthineos, Ster, Yllirius, Danubius qui & Ister, Renus, Rhodanus, p Hember, Eridanus qui nunc dicitur Tiberis.

Caput 11. De fluminibus maioribus.

o f. Partheni-us, Stura, Illur gia.
p f. Himera

ELiorum igitur Noe trium tripartitum sæculum diuisorum. Et quidem Sem primogenitus accepit Orientem: Cham autem Mediterraneum: Iaphed verò Occidentem. Et ostensis gentibus quæ de quo creati sunt, necessarium declarauimus.

Caput 12. Diuisio filiorũ Noe terræ.

PHalech ann. CXXX. genuit Ragan. Ragan an. CXXXII. gen. Serach. Serach an. CXXX. genuit Nachor. Nachor ann. LXXVIIII. genuit Thare. Thare an. LXX. genuit Abrahã. Abraham autẽ erat annorũ LXXXV. quo tempore dixit illi Deus, vt exiret de terra sua & de domo patris sui, & veniret in terram Chanaan. Fiunt igitur à diuisione vsquequo venit Abraham in terrã Chanaan generationes V. anni DCXVI. Ab Adam autem generationes XX. an. III. millia. CCCLXXXIII. dies IIII. Conuersatus est autem Abraham in terra Chanaan annis XXVI. & genuit Isaac. Isaac autem anno LX.

Caput 13. De Phalech, Abraham.

genuit Iacob. Iacob autem LXXXVIII. genuit Leui. Leui an. XL. genuit Gad. Gad an. LX. genuit Amram. Amram an. LXX. genuit Aaron.

Caput 14. De egressione filiorum Israel

IN LXXXIII. anno Aaron egressi sunt filij Israel de Ægypto, educente eos Moyse. Fiunt igitur omnium an. CCCCXXX. In deserto XL. ann. fuit populus sub Moyse. Hiesus Naue transito Iordane fuit in terra ann. XXXI. Bellum agitat ann. VI. & postquam possedit terram iuxta an. XXV. Fiunt ergo ex quo Abraham venit in terram Chanaan vsq; ad mortem Hiesu Naue gentium numero VII. ann. DI. Ex Adam autem generato XXVII. ann. III. millia DCCCLXXXI. Post mortem vero Hiesu Naue peccans populus, traditur Cusarsaton Regi Mesopotamiæ, cui seruiuit annis VIII. Et cum clamasset ad Dominum, exsurrexit Othoniel frater Caleb iunior, de tribu Iuda, qui denunciauit ipsi Cusarsaton, & occidit illum, & gessit ducatum populi ann. XXXIII. Et iterum dum peccaret, traditus est Eglon regi Moab, & seruiuit illi ann. XXIII. Conuerso autem populo surrexit Aoth, vir de tribu Ephraim, & occiso Eglon principatus est populo an. LXXX. Mortuo autem Aoth delinquens populus traditus est Iabin Regi Chananæorum, cui seruiuit ann. XX. Sub eo prophetauit Delbora vxor Lapidoth de tribu Ephraim, & per ipsam ducatum gessit Barach Abinoem de tribu Nephtalim. Hic denunciauit Iabin regi, & vicit eum, & regnum iudicauit cum Delbora annis XL. Post cuius mortem peccauit populus & traditus est Madianitis ann. VII. Sub quo surrexit Gedeon de tribu Manasse qui in trecentis viris centum viginti millia hostium perdidit. Hic rexit populum annis XL. Huius filius Aoimelech.

Post

Post hunc præfuit populo Thola filius r Phua Fale filij Caram de tribu Ephraim annis xx. Post hunc iudicauit Iair, Galaadites de tribu Manasse, & præfuit annis xxii. Post hunc peccans populus traditus est Ammonitis, annis xviii. Et cum clamassent ad Dominum, surrexit illis princeps Galaadites de tribu Gad, de ciuitate Masephat, & gessit ducatum annis vi. / Post hunc iudicauit Ailon, Zabalonita ann. vi. Post hunc iudicauit Elon ann. x. Post hunc iudicauit Hebron, filius Alleion, Farathonoïn, de tribu Ephraim, annis viii. Post quem peccans populus traditur Allophylis per ann. xl. Post hæc conuersis filius Israel surrexit Samson filius Manue de tribu Dan. Hic debellauit Allophilos & gessit principatum annis xx. Post hunc Heli sacerdos iudicauit an. xx.

r Phua filii Caram.

t fort Post hũc iudicauit Abesan annis 7 Post hunc iudicauit Ahialon Zabulonites an 10. Post hunc iudicauit in Hebron Abdon filius Ezel Pharathonites de tribu Ephraim. Vide Iudic. 12. & 13.

POst Samuel Propheta vnxit Saul in regem, iudicauit populos annis lxx. Post tempus autem cum regnasset Dauid eduxit Arcam de domo Aminadab, & diuertit vitulum, & cum reuertitur, apposuit manum filius Aminadab nomine Oza, & percussus est. Et timuit Dauid & induxit illã t Abethitarath Gethæi: & fuit ibi menses iii. Regnauit autem Saul u annis xxx. Erat autem illi Dux Abner, filius Ner. Ipse autem Samuel, Dauid vnxit in Regem. Fiunt autem ab Hiesu vsq; quo conuersus suscepit Dauid regnum de tribu Iuda generationes xviiii. anni cccLxx. generationes xxxiv. anni iv. millia cccLxiv. & deinceps regnauit Dauid an. xl. menses vi. In Hebron autem regnauit an. vii. menses vi. Et in Hierusalem an. xxxiii. Sub hoc sacerdos Abiathar filius Achimolech ex genere Heli & ex alia patria Sadoc. Prophetabant autẽ tem-

Caput 15.
De regno Saul Dauid, Salomon &c.

t f in domum Obededom

u leg ann 10.

Ab Adam autẽ

temporibus Dauid Gath & Nathan. Erant autem ipsi Dauid dux Ioab filius Saruiæ sororis Dauid. Hic dinumerat populum. Erat autem numerus quos dinumerauit filiorum Israël millies centies milleni. Leui autem & Beniamin non dinumerauit. Numerus autem eorum qui ceciderũt ex Israël LXX. millia. Post Dauid autem regnauit Salomon filius eius annis XL. Et sub ipso adhuc Nathan Propheta & Achias ex Silo, & inter eos Sadoc Sacerdos. Post Salomonẽ regnauit Roboam filius eius annis XVIII. Sub hoc diuisum est regnum; & regnauit in Samaria Hieroboam seruus Salomonis de tribu Ephraim. Prophetauit autem & sub Ieroboam Ahias Silonites, & a Sameas filius Helami. Post Ieroboam regnauit Abias filius eius b annis XVII. Post Abiam regnauit c Asaph filius eius annis XLI. Hic in tempore Senectutis suæ pedes doluit. Prophetauit autem sub eo Azarias. Post Asa regnauit filius eius Iosaphat annis XXV. Sub hoc prophetauit d Heliareth, Michæas filius Iemla, & Abdias filius Ananiæ. Sub Michæa autem erat pseudopropheta Sedecias filius e Chnanaei. Post Iosaphat regnauit filius eius Ioram annis XX. & sub ipso prophetat Helias, & post hunc prophetat Heliseus sub filio Ioram Ochozia, sub quo populus in Samaria filios suos, & stercus columbinum manducauerunt regnãte in Samaria Ioram. Post Ioram regnauit filius eius Ochozias anno vno. Et sub hoc prophetauit * Gothol & Labidone. Post hunc regnauit Godolia mater Ochoziæ annis VII. Quæ exsurgens occidit natos filij sui. Erat enim de genere f Achas regis Israël. Soror g Ochoziæ Iosabeth cum esset Ioiadæ Sacerdotis vxor, furata est Ioas filium Ochoziæ, cui Ioiada imponit regimen. Prophetauit autem sub Godolia Heliseus. Post hanc regnauit Ioas filius Ochoziæ annis XL. Hic inter-

a. f. Semeias.

b alii annis III.

c. f. Asa

d f. Eliezer

e. f. Chanaana

f. Achab

g. al. Azariæ

interfecit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis. Post Ioam regnauit filius eius Amasias annis *VIIII.* Post Amasiam regnauit filius eius Ozias annis *LII.* Hic leprosus fuit, vsquequo moritur. Iudicabat autem sub eo Ioatham filius eius. Prophetabat autem sub Ozia Amos & *E*saias filius eius & Osee filius Beeri, & *I*onas filius Amathi & Gophyr. Post Oziam regnauit filius eius *I*oatham annis *XVI.* Sub hoc prophetabant *E*saias, Osee, Michæas Morathita, & *I*oël filius Phathuel. Post Ioathã autem regnauit filius eius Achaz annos *XVI.* Et sub hoc prophetabant, *E*saias, Osee, & Michæas. Sacerdos autem Vrias. Sub hoc Salmanasar Rex Assyriorum eos qui erant in Samaria transmigrauit in Mediam & Babyloniam. Post Achaz regnauit filius eius Ezechias annis *XXV.* Sub hoc prophetabant *E*saias, Michæas & Osee. Post Ezechiam regnauit filius eius Manasses annis LV. Post Manassem regnauit filius eius Amon annis duobus. Post Amon regnat filius eius *I*osias *XXXI.* Hic idola & altaria Samarię dissipauit. Sub hoc celebratum est Pascha anno *XVIII.* Regni eius. Nam ex quo mortuus Hiesus filius Naue, nõ est seruatum Pascha sicut tunc. Sub hoc Helcias sacerdos pater *I*eremiæ Prophetæ inuenit in sacrario librum legis anno *XVIII.* Iosiæ. Prophetabant autem sub eo Olyba vxor Sellum à veste sacerdotis, & Sophonias & Ieremias. Sub quo pseudopropheta Anaias. Post Iosiam regnauit Sophonias annis V. mensibus *XI.* Post Sophoniam regnauit Ioachaz filius eius menses III. Hunc ligauit Nechao rex Ægypti & adduxit in Ægyptum, ordinato loco eius Eliacim, qui cognominatus est Ioacim; & regnauit annis *XI.* Sub hoc prophetauit Ieremias, & k Buzi & Vrias filius Semei ex Cariathiarim.

i. ad Holdam prophetidem vxorem Sellum filiæ Thecuæ filii Araas custodis vestium. 4. Reg. 22.

k. intelligit Ezechielem filium Buzi, Ezech. 1.

Cap. 16. De Nabuchodonosor & captiuitate.

IVNC Nabuchodonosor ligauit cathenis Ioacim regem Iuda, & duxit eum in Babyloniam. Post Ioacim regnauit filius eius Ioacim ann. III. *Et* hunc ducens ad eum compeditum Nabuchdonosor Rex Babylonis, & alios cum eo. Pro ipso constituitur in loco eius frater Ioacim, cuius nomen Sedechias, qui & *Iechonias*, qui regnauit annis XI. In anno XII. transmigrauit illum in Babyloniam effossis oculis. Et populum transduxit cum eo, præter paucos, qui postea in Ægyptum descēderunt. Prophetabant autem & sub Sedechia Ieremias & *Abacuc*. *In* anno autem VIII. regni eius prophetauit in Babylonia *Ezechiel*. Post hunc Prophetæ Nahum, & Malachias, & Daniel, qui vidit de hebdomādis in primo anno Darij regis filij Asueri de semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldæorum. In primo anno regni sui Cyrus dimisit redire populum in Ieruſalem.

Cap. 17. De generatione ac passione Christi.

EO autem tempore templum ædificauit. Prophetabant simul Aggæus & Zacharias: Post quos Nehemias filius *n* Acheli de semine *Israël* fabricauit ciuitatem Ieruſalem cum esset ab anno x x. Artaxerxis Regis, & post hunc secundum Mardochæum. Fiunt igitur à Dauid vsque Sedechiam, qui & Iechonias, & trās migrationem generationes XIV. anni CCCCLXXVIII. menses VIIII. *Et* post transmigrationem Babyloniæ vsque ad generationem Christi generationes XIV. anni. DCLX. *Et* à generatione Christi vsq; ad passionem eius an: XXX. *Et* à passione eius vsque hunc annum qui est XIII. Alexandri, anni CCVI. Fiunt igitur omnium anni ab Adam vsque ad XIII. Alexandri *Imperatoris* anni quinquies mille CCXXXVIII. Vt autem aliter ostendantur, non tantum per tempora Regum, sed etiam, à quo Pascha seruatum

n f. Helchiæ 2. Esdræ, 2.

NB. quo tempore auctor vixit.

uatum est, dinumerantes simul & anni dicuntur. Ab Adam vsque ad diluuium an II. millia CCXLII. A diluuio vsque ad Abraham anni MCXLI. Ab Abraham vero vsquequo exierunt dè Ægypto, educente eos Moyse, quãdo & Pascha fecerunt, anni CCCCXXX. Ab exitu Ægypti vsque in transitum Iordanis quando Hiesus Pascha celebrauit, sunt anni XLII. Ezechias post annis CCCCLIV. celebrauit Pascha. Post Ezechiam Iosias annis CXIV. Pascha celebrauit. Post Esdram seruata generatione Christi post ann: DLXIII. Pascha fit.

Caput 18. De festo Paschæ a Christo instituto.

A Generatione autem Christi post tricesimum annum, cum passus est Dominus, Pascha celebratur: Ipse enim erat iustum Paschæ. A passione autem Domini vsque in XIII. Imperatoris Alexandri Cęsaris anni CCVI. Seruatum est Pascha quod in commemorationem Christi seruatur à nobis. Fiunt igitur omnium anni ab Adam vsq; in hunc diem anni quinquies mille DCCXXXVIII.

NB

Caput 19. De Regibus Persarum.

REGES Persarum ex tempore Cyri. Cyrus regnauit Persis annis XXX. Post hunc Cambyses annis IX. Esmedius Magus Menses VIII. Darius annos XXXVI, p Artaxerxes Longimanus annos XXXVI. q Xaiaedies LXS Socdanius menses VII. Darius nothus annos XVIII. Artaxerses Cyri iunioris frater annos LXII. Ochus qui & Artaxerses annos XXIII. menses VII. Arses Nothus annos III. Darius annos VII. Hic est quẽ Alexãder Macedo deposuit in bello, quod fuit inenarrabile. Fiunt omniũ anni CCXLV. Post quos tempora iã apud Græcos manifesta extructione Olympiadũ sunt clara. Nam vsq; Alexandrũ Macedum Olympiades a XIX. quæ faciũt an: b CCCLV. ab c Ibito cõstituitq Olympiadas. Ab Alexãd: vsq;

p Reponendũ Xerxes Darij filius annos...
q Xerxes dies 60. Sogdianus.

a. leg. CXJV
b. leg. CCCCLVI
c. leg. Iphito.

vsq; ad Christum Olympiades LXXX. faciunt annos CCCXX. A Christo autem vsq; ad annum XIII. Alexandri Olympiades LVIIII. quæ sunt anni CCXXXVI. Sunt ergo omnium Olympiades vsq; ad annum XIII. Alexandri Cæsaris Olympiades CCLIII. quæ sunt anni mille duodecim.

Caput 20. Nomina primorum progenitorum.

ADam Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iareth, Enoch, Matusalem, Lamech, Noe, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Faleth, sub quo diuisa est terra; Ragan, Sarug, Nachor, Thara, Abraham, Isaac, Iacob, Iuda, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naasson, Salma, Booz, Obeth, Iesse, Dauid, Salomon, Roboam, Abiam, Asa, Iosaphat, Ioram, Ochozias, Ioas, Amasias, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iosias. Iosias autem genuit Ioraam & Ioachim & fratres eius Heliachim qui & Ioachim, & Sedechiam qui & Iechonias dictus est Salum.

Caput 23. Nomina post transmigrationem eorum. Reddo hæc sicut & alia vt sunt in m.s. neq; dubito quin vitiosa, quæ corrigere poteris ex 1. Paralip. 3.

INtransmigratione autem Babyloniæ Ioachin genuit Iechoniam & Sedechiam. Iechonias autem genuit Salathiel, Fanneum, & Sale, Saer, & Iechoniam, Ortamo & Deebi & Filisanta Zorobabel & fratres eius Zorobabel, Melechiam & Fanue. Filij autem eius Abiud & Mosolam & Ananias, & Salade soror eorum & Sedbel & Thoul & Archia, & Asadia, & Soboseb. Ædificatum est Sanctuarium tempore Zorobabel. Huius filij Abiud; dehinc Eliacim, Azor, Sadoc, Achim, Heliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph, cui desponsata fuit Virgo Maria, quæ genuit Christum.

Caput 22. Nomina Prophetarum.

ADam, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Aaron, Hiesu Naue Heldad & Medad, Nathan, Dauid, Salomon, & Modap, Ahias Silonita, Sameus,

meus, filius Helam, Ananias, Helias, Micheas filius Emblas, Abdias, Heliseus, Abladon, Amos, Esaias, Osee, filius Beeri, Ionas, Micheas, Rabam, Ioël filius Bathuel, Ieremias filius Helchiæ sacerdotis, Sophonias, Buz Ezechiel, Vrias Sameus, Abacuc, Nahum, Daniel, Malachias, Aggeus, Zacharias, & sub Christo Simeon & Ioannes Baptista.

Caput 23. De mulieribus Prophetissis.

SAra, Rebecca, Maria soror Moysis, Delbora, Oliba, & sub Christo Anna, Helyzabeth, Maria quæ genuit Christum.

Caput 24. De nominibus Regum.

SAul de tribu Beniamin, postquam translatum est regnum in tribum Iuda, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphas, Ioram, Ochozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manasset, Amon, Iosiias, Ioachim, Eliacim, Sedechias, & Iechonias: sub hoc transmigratio facta & sub Nabuchodonosor.

Caput 25. Nomina Regum post regni diuisionē. 3 Reg. 15.

NOmina Regum qui regnauerunt in Samaria super decem tribus, ex quo regnum diuisum est. Hieroboam filius Nabad annis XXII. Nadab filius eius annis II. Basa filius Achiem annis XXIV. Hic vindicauit domum Ieroboam. Hela filius Base annis II. *n* Zambri annis XII. Achab filius eius annis XXII. Ochozias filius Achab & Ioram filius Iechoniæ annis XV. Sub hoc filios suos & stercus colūbinum ij qui erant in Samaria manducauerunt. *o* Hieu filius Namsi annis XXVIII. Hic initio pius fuit. fecit vindictam super domum Achab. Occidit Ioram & Iezabel & Ochoziam Regem Iuda. Ioachaz annis XVII. Ioas filius eius annis XVI. Hic Amasiam Regem occidit & destruxit de muro Ierusalem cubitos

n leg. Ambri ex 3. Reg. 16. Nam Zambri tantum 7. dies regnauit.

o Iehu filium Iosaphat filii Namsi 4. Reg. 9.

p f. Zacharias menses sex. Nā Azarias filius Amasiæ fuit 4. Reg. 15.
q Phaceia dicitur 4 Reg 15.
r Phacee f R annis viginti 4 Reg 15.

cccc. Hieroboam filius Ioas annis xv. *p* Azarias filius Hieroboam menses III. Sellum filius Iabe mense vno. Manahem filius Gadi annis x. *q* Falacias filius Manahe annis II. *r* Facea filius Romeliæ annis x. Hic obsedit Ierusalem regnante Achaz non possedit eam. Osee filius Ela annis IX. Sub hoc decem tribus transmigratæ sunt in regionem Medorum à Salmanasar, qui & ipsum Osee colligatum habens abiit, regnante Achaz super duas tribus in Ierusalem.

Caput 26. Nomina sacerdotum.
f fort. legend. Abisue, Bocci, Ozi, Meraioth &c. ex 1. Parali. 6. & ex Iosepho: vbi tamen maior ex nec Iosiffino m f. date nomina vt sunt, quam meas coniecturas figere, scio quâm varii varie sacerdotes hos numerent. Tu vide tom. 1. Sebastiani Barradii com in hist. Euang li 5. cap 22.

AAron genuit Eleazar, Phinees, *f* Achias, Kazaza, Moriat, Amaria, Amittebus, Settis, Achinas; huius filius Elias, Propheta, & Salon, Ioram, Amos, Ioiade filius Sedechiæ, Sedechias, Iohel, Vria, Neem, Salon qui genuit Heleiam, cuius filius Ieremias Propheta & Zacharias filius Azariæ, Saren, Iosedech qui genuit Hiasum qui fuit sacerdos cum instauraretur templum post captiuitatem Helchias Ioachim.

Caput 27. Eductio.

ITem alia patria, ex qua fuit Ezechiel Propheta, Iode, Falue, Amorius, Zadcur, Samuel, Euexeia; Melchius, Salon, Gomorius, Barsachim, Sosonias, Maxes, Celcius, Buzi, Ezechiel.

Caput 28. Eductio.

ITem alia patria, vnde Heli sacerdos, cuius Phinees & Ophni rapiebant immolationes Princeps patriæ de filiis Gad, Achimelech, Abiathar, Vria, Nathan, Heliseus.

Caput 29 Eductio.

ITem patria Leuiticum, vnde fuit Samuel Propheta Chore qui restitit Moysi; filius huius Helcana: Susen, & Eliab, Zeraam, Cheliana, Samuel. Huic fuerunt duo filij munerū acceptores Ioel & Abdia.

Vnde

VNde sunt sacerdotes & ministri & leuitæ: Amram filius Caath filij Leui, filij Iacob. Leui genuit Gerson & Caath & t Emeher; filij autem Gerson Lebni & Semei & Emeher. Hi filij Leui & filij Caath. Amram, genuit Moysen & Aaron & Mariã. Et Aaron genuit ex Helysafid sorore Naason Nadab & Abiud & Eleazar & Ithamar. Mortui autem sunt Nadab & Abiud offerentes ignẽ alienum. Post Aaron Eleazar susceptit sacerdotium. Post Eleazarum Phinees. Ithamar item & filij eius. Isaar autem frater Amram & ipse Leuita. Huius Filij Core & Nabeth, & Gazer & filij Core: Aser, & Elcana & Abiasaph. Hic Core restitit aduersus Moysen & Aaron & Chao absorpt' est in viuis. Celebratur Amram vxor eius. Filij eius Misael, Elitapham & Sethri, & Dile. Hi filij Leuitæ * traditi sunt omnes Aaron autem & filij eius Arca testamenti vt ministrarent ei & tolerent eam, & facta est eius pars decima sacerdotibus initiata & primogenita & quæ in sacrificijs cõstituta & primogenito & destinata Leuitis, dicta est Lex vt quæcunq; acciperent à populo ex decimis, decimas darent sacerdotibus, vt existimaretur eis tanquam oblatio initio eorum. traditæ sunt illis etiam ciuitates refugiorum sex, & harum prata sementia in circuitu cuiusq; ciuitatis cubiti duo millia, & hæc ciuitates XLII. Sacerdotibus quidem x. Leuitis quoq; XIII.

Caput 30. Inicium patrię Leuiticorum. Num. 3. t Merari

Exod 6. 1. Paralip. 24

Puto latius nos dixisse, quàm sperauimus, tamen necessaria pro his qui scrupulosius requirere volunt, & multa legerunt, quos existimo facile percipere quæ scripta sunt. Sed & illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum possunt peruenire ex illis, quæ à nobis per breuiatã inquisitionem declarata sunt.

MACE-

Caput 31. De Regibus Macedonię.

MACEDONVM Reges iuxta Alexandrinos: Alexander filius Philippi post Darium annis VII. Ptolomæus annis XLII. Ptolomæus filius Philadelphi annis XXXVIII. Ptolomæus Euergetes annis XXX. Ptolomæus filius Euergetis annis XXV. Ptolomæus Philopator annis XVII. Ptolomæus
v Phiſcon. frater annis XXIII. Ptolomæus Fuſcus annis II. Ptolomæus Euergetes annis XXVI. Ptolomæus Alexus annis XX. Alexander frater Ptolemæi Alexæ annis XVII. Ptolomæus Dionyſius annis XXIX. Cleopatra filia ann: XXV. Fiunt in ſimul anni CCCXLVI.

COLEC-

COLLECTIO HISTORICA CHRONOGRAPHICA

ex

IDACIO

& aliis

COLLECTORE

Gallo quodam Caroli Magni temporibus.

* INCIPIT LIBER GENERATIONUM Secundus.

* Hic titulus erat in codice minore m. ſ. in maiore autem m. ſ. nullus omnino, niſi quod initio indicem capitum argumentorumq; ponit, iisq; hũc præfigit titulum. *Incipiunt capitula chronicæ Iheronymi excarſum.* Quod dictum interpretor: quia Idacius ipſemet lib. 2. cap. 50. teſtatur ſe pleraq; ex Ieronymo Euſebij interprete ſumpſiſſe. At quia manuſcripti in diſtributione capitum argumentorumq; verbis diſcrepant, ſecutus ſum fere codicem m. ſ. minorem, eaq; ad marginem poſui.

CAPVT I.

Regnum Aſſyriorum.

PRImus Rex Ninus regnauit annis LI. Et mulier ſua Semiramis regnauit poſt eum annis XLII. Eodem tempore natus eſt Abraham. Ninias filius Nini & Semiramis regnauit poſt eos annis XXXVIII.

Caput 2.
De semine Abraham.

ABRAham cum esset annorum Lxxv. à Deo accepit repromissionem. De illo tempore vsq; ad egressionẽ Hebræorũ de Ægypto supputantur anni Cccxxx. Abraham de ancilla Agar habuit filiũ nomine Ismahel: vnde Ismahelitæ & postea Agareni, postremum *S*arraceni vocantur. Centenarius Abraham habuit de Sara filium nomine Isaac. Primus omnium *P*rophetarum Abraham. Assyriorum Arrius tunc regnauit annis *X*xx. Sexagenario Isaac nascuntur filij gemini, primus *E*sau, ex quo gens *I*dumæa fuit: secundus Iacob, qui Israel appellatus est. *I*nde gens Iudæorum est. Vixit Abraham annis Clxxv. Centesimo anno repromissionis moritur Abrahã. Centesimo sexagesimo anno cum esset Isaac, tunc Iacob descendit in Mesopotamiã, & seruiuit Laban annis Xiv. pro duabus filiabus, quas accepit vxores, Lia & Rachel. Anno CC. post repromissionem mortuus est Isaac annorum * octoginta. Filius eius Iacob cùm esset annorum Cx. adhuc viuente Isaac, Ioseph filius Iacob venundatus est in Ægyptum. Centum triginta annorum cum esset Iacob, iam secundo anno famis, ingressus est cum filijs in Ægyptum. Iacob centesimo quadragesimo septimo anno obijt, Prophetizans de Christo. Centum decem annos cum impleret Ioseph moritur. Fiunt autem omnes anni, quibus Hebræi in Ægypto fuerunt, ducenti quindecim. Ob hoc ab eo tempore computantur, quo Iacob cum filijs suis descendit in Ægyptum.

* leg. 180. Vide notas.

Cap. 3
De Moyse & captiuitate Iudæorum &c

TRecentesimo quinquagesimo an: repromissionis natus est Moyses. cum esset annorum Lxxvi. Cecrops regnauit in Attica: à quo vsq; ad Troiæ captiuitatem fiunt anni Cclv. *T*recentesimo à quadragesimo

mo repromissionis anno Moyses Ægyptum derelinquēs eremo philosophatur Hebræorum. Octogesimum annum agens dux itineris ex Ægypto Hebræorum gētis efficitur, legem eis in eremo tradidit per annos XL. Ab hoc loco vsq; ad Salomonem & ædificationem templi numerātur anni quadringenti octoginta. Primus apud Hebræos Aaron Pontifex fuit Hebræorum. Post Moysen constituitur Hiesus. Hiesus successit Moysi. Terram Palæstinorum Iudæę genti sorte distribuit. Iudæorum Iudex post Gothoniel annis XL. Post Gothoniel Hebræi fuerūt subiecti alienigenis annis decem & octo, qui copulantur temporibus Aod. Ipse fuit iudex ex tribu Effraim annis octoginta. Post Aod Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis viginti; qui copulantur temporibus Deboræ & Barac qui iudicauerūt Israël annis quadraginta. Hebræorum Iudex Gedeon. Post Deboram in ditionem redigūt alienigenę annis septem, qui coniuncti sunt temporibus Gedeonis secundum Hebræorum traditionem, Gedeō Iudex ex tribu Manasse. Cyrus *b* cōdita ante templum Ierosolymorum annis CCXL. scripsit Iosephus in libro tertio Hebræorum. Abimelech filius Gedeonis Iudex annis tribus. Post quem Tola annis XXII. Post quem Iair annis XXII. ex tribu Manasse. Sub Tautano rege Assyriorum Troia capta est. Hebræorū Iephte Iudex *c* annis octo. Postea Hebræos in ditionem suam redigunt Ammonitæ *d* annis VIII. qui cum temporibus posteriorum iudicum copulantur secundum Iudæorum traditionem. Iephte in libro Iudicum (Post quem Esebon annis VII.) ab ætate Moysis vsq; ad semetipsum ait supputari annos CCC. Post Esebon Labaion: VIII, e.

a. corrig. ex Euseb. 390. repr. an. & 40 anno Moysis.

b. Vide notā.

c Euseb. & Iudic. 12. an. 6.

d. Euseb. an. 18.

e. Hic maior codex m. s. in sertam habet importune historiam Daretis de Origine Francorum.

Caput 3.

IN illo tempore Priamus Helenam rapuit. Troianum bellum decennale surrexit, causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit vna earum Helenam pastori iudici pollicẽte. Memnon & Amazones Priamo tulêre subsidium. Exinde origo Francorum fuit. Primo Priamum regem habuerunt: postea per historiarum libros scriptum est, qualiter habuerunt Regem Friga. Postea partiti sunt in duabus partibus. Vna pars perrexit in Macedoniam, vocati sunt Macedones, secundum populum ad quem recepti sunt, & regem Macedoniæ, qui opprimebatur à gente vicina, inuitati ab ipsis fuerunt, vt eis auxilium præberent. Per quos postea cum subiuncti in plurimam procreationem creuissent, ex ipso genere Macedones fortissimi pugnatores effecti sunt. Quod in postremum in diebus Philippi Regis & Alexandri filij sui fama confirmat illorum fortitudo qualis fuit. Nam & illa alia pars quæ de Friga progressa est, ab Olexo per fraudem decepti, tamen non captiuati nisi exinde deiecti per multas regiones vagantes cum vxoribus & liberis.

Vide Aimoin. de gestis Fran. lib. 1. cap. 2.

Caput 4.
De Francis

ELecto à se Roge, Francione nomine, per quem Franci vocantur. *In* postremo eo quod fortissim⁹ ipse Francio in bello fuisse fertur, & multo tempore cum plurimis gentibus pugnam gerens, partem Asiæ vastans, in Europam dirigens inter Renum & Danubium & mare consedit.

Caput 5.
De Germanis.

EBiq; mortuo Francione, cum iam prælia tanta quæ gesserat, parua ex ipsis manus remanserat, Duces ex se constituerunt. Attamen semper alterius dictione vagantes, multo post tempore cum ducibus transf-

transegerunt, vsq; ad tempora Põpeij Consulis, qui & cum ipsis dimicans, sicut & reliquas gentium nationes, quæ in Germania habitãt, totasq; ditiones subdidit Romanis. Sed continuo Franci cum Saxonibus amicitias ineuntes, aduersus Pompeium rebellantes, eiusdem renuerunt potestatem. Pompeius in Hispania contra gentes dimicans plurimas morti tradidit. Post hæc nulla gens vsq; in præsentem diem Francos potuit superare, qui tamen eos suæ ditioni potuisset subiugare. Ad ipsum instar & Macedones, qui ex eadem generatione fuerunt; quamuis grauibus bellis fuissent attriti, tamen semper liberi ab externa dominatione viuere conati sunt. Saxones

Caput 6.
De Thurcis

ETiam ex eadẽ origine gẽtem Thurcorum fuisse fama confirmat. Vt cum Franci Asiam peruagantes pluribus prælijs pertransissent, ingredientes Europam, super littora Danubij fluminis inter Oceanum & Thraciam, vna ex eis ibidem pars resider. Electũ à se itaq; Regem nomine Torquoto, per quod gens Torquorum nomen accepit. Franci huius itineris gressum cũ vxoribus & liberis agebant. Nec erat gens, quæ eis in prælio potuisset resistere. Sed dum plurima egerunt prælia, quando ad Renum consederunt, dum à Torquoto minuati sunt, parua ex eis manus aderat.

A captiuitate Troiæ vsq; ad primam Olympiadem fiũt anni CCCCVI.

Caput 7.
De gente Hebræorum.

REdeamus quo ordine Hebrẽorum gens fuit. Hebræorum reliqui anni L. Abdon annis octo. Post Abdon Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annis XL. qui copulantur temporibus Iudicum posteriorum. Post quem Samson fortissimus omnium fuit; ita

vt quibuſdam facta eius cum geſtis Herculis computarent. Vide notas. Quidam ad huius memoriam conſeruandam balneum ..... multo poſt tempore appellatus pœna. Poſt quem Heli ſacerdos. In Hebræorum libris XL. anni inueniuntur; in ſeptuaginta Interpretum, viginti.

Caput 8. De regno Latinorum.

IN illo tempore Tautanus regnabat in Aſſyrios. Tunc Troia capta eſt. In Hebræis Lepdon Iudex erat, & in Ægypto Dinaſtia rex erat. Primus Rex Latinorum tunc in ipſo tempore ſurrexit, eo quod à Troia fugaciter exierunt, & ex ipſo genere & Frigas fuerunt niſi per ipſam captiuitatem Troiæ & inundationem Aſſyriorum. E quorum perſecutione in duas partes egreſſi & ipſa ciuitate & regione. Vnum exinde regnum Latinorum erigunt, & aliud Frigorum. Poſt tertio anno capta Troia, Latini, qui poſtea Romani nuncupati ſunt, & vt quidam volunt, poſt octo ann. regnauit Æneas. Æneas & Frigas feruntur Germani fuiſſe. Æneas in Latinos regnauit annis III. & Frigas in Frigia. Ante Æneam & Frigam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, per quem Latini vocati ſunt, & in Italia regnauerunt annis circiter CL. Roleta ſcribit Palæphatus autem in incredibilium libro primo, Sirenas quoq; fuiſſe meretrices, quæ deceperint nauigantes. Poſt Æneam, Aſcanius annis XXXVIII. Aſcanius derelicto nouercæ ſuæ regno, Latinis Albam Longam condidit, & Siluium poſthumum fratrem ſuum, Æneæ ex Lauinia filium ſumma pietate educauit. Amazones illo tempore etiam templum Epheſi incenderunt. Aſcanius Iulium filium procreauit, à quo familia Iuliorum orta, & propter ætatem parumli, qui necdum regendis ciuibus idoneus erat, Siluium poſthumum fratrem ſuum regni reliquit hæredem.

IN

IN illo tempore mortuo Heli sacerdote Hebræorum, Samuel prophetabat; & Saul regnauit annis XL. In illo tempore Siluius Latinorum Rex Æneę filius, à quo omnes Albanorum Reges Siluij, vocati sunt. Hebræorum Rex primus ex tribu Iuda Dauid annis XL. Hebræorum tunc Pontifex Abiathar clarus habebatur. Latinus Siluius regnauit annis L. Hebræorum filius Dauid Salomon regnauit annis XL. Salomon templum in Ierosolymis ædificare cœpit, consummauit annis septem.

Caput 9. De primo ex tribu Iuda rege

CArthago tempore Salomonis à Lacedæmonijs in Africa condita est à rege Zostrato & aliæ vrbes plurimæ. Nam & Carthago ab Arcedone Tyrio, vt vero alij, à Dido filia eius annis CXLIV. expleta fuisse refertur.

Caput 10. De Carthagine &c.

Colligitur autem omne tempus. A Moyse & egressu Israel secundum tertium librum regnorum vsq; ad Salomonem & ædificationem tẽpli computantur an. CCCCLXXX. A diluuio vsq; ad Moysen anni III. millia CCCCLXXXVIIII. Ab Adam vsq; ad diluuium anni duo millia CCXLII. Simul omnes anni quatuor millia CXLVIIII.

SAlomon Rex Hebræorum regnauit annis XL. Sacerdos Sadoch tunc fuit. Post Salomonem Roboam annis XVII. Post mortem Salomonis seditione orta in gente Iudæa, regno bifariam diuiso in Samaria decem tribus regnauit Ieroboam. Latinorum Alba Siluius regnauit an. XXXVIIII. Roboam filius Salomonis regnauit Hierosolymis duas tribus tantum, quæ vocantur Iudæorum, quia ex Iudæ stirpe descenderunt.

Caput 11. De regibus Hebræorum & Latinorum.

Vnde

Vnde & vniuersa gens illa nomine Iudæorum est vocata. Post quem Abia annis VIII. Post quem Asa annis XLI. Latinorum Ægyptius Siluius annis XXIII. Latinorum octauus Capis Siluius annis XXVI. Hebræorum Iuda Iosaphat annis XXV. Prophetabant in Hebræis tunc Abdias, Hieu, Ozias, Michæas. Latinorum nonus, Carpentus Siluius annis XIII. Hebræorum Iuda (g Ioram) annis octo. Post quem Ochozias anno vno, Post quem Godolia mater annis VII. Post quam Ioas annis XL. Latinorum tunc post Carpentum, Tyberinus annis octo. Post XI. Agrippa Siluius annis XL. Ioiade apud Hebræos insignissimus Pontifex erat, Qui solus post Moysen vixit annis CXXX. Hebræorum Iuda Amasias annis XXIX. Hebræorum Israël Ioas in tempore Ioram. Ipse fuit septimus in Iuda, regnauit annis VIII. In cuius tempore prophetabat Elias. In tempore Ioas Regis Heliseus moritur. Zacharias propheta à Ioas Rege interficitur. Hebræorum Iuda Amasias XI. regnauit annis XXIX.

g. hæc vox in vtroque m. s. exciderat

Cap. 12. De regibus Latinorum.

LATINORVM duodecimus Aremolus Siluius annis XIX. Post quem tertius decimus Auentinus Siluius annis XXXVI. In tempore Aremoli superioris ipse Siluius Aremolus siue Remolus Agrippæ superioris regis filius præsidium Albanorum inter montes, vbi nunc Roma est posuit. Ab impietate postea fulminatus interijt.

Cap. 31. Hebræis.

HEbræorum Israël secundus Nadab annis duobus. Post quem tertius Baasa annis viginti quatuor. Post quem Hela annis septem. Post quem Ambri annis duodecim. Post eum annis XXVIII. In tempore Achab prophetabat Helias. Post Ioram Iehu annis XXVIII. Post Iehu Achab annis XVII.

Iulius

IVLIVS proauus Iulij Proculi, qui cum Romulo Romam commigrauit, fundauit Iuliam gentem. His diebus Hebræorum duodecimus Azarias qui & Ozias annis LII. In illo tempore Thespie Ocorifonis filio Athenis regnante, Assyriorum imperium deletum est. Vsq; ad id tempus fuisse Reges Assyriorum historia refert. Et fiunt simul anni mille nongenti nouem. Omnes autem anni regni Assyriorum à primo anno Nini supputantur mille ducenti quadraginta. Abarces Medus Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit. Et interim sine principibus res agebatur vsque ad Antiochum regem Medorum. In medio autem tempore Chaldæi proprie prævalebant: quorum separatę quędam regnum successiones feruntur. Reliquæ quoque gentes proprijs legibus vtebantur. Caput 14. De Iulio & Assyriis.

LATINORVM decimus quartus Procas annis XXXIII. Post quem Amulius Siluius annis XIV. In illo tempore Roma palilibus qui nunc festus dicitur, est condita. Romulus & Remus ipsam condiderunt. Remus rutro pastorali à Fabio Romuli duce occisus. Ob asyli impunitatem magna Romulo multitudo coniungitur. Anno ab vrbe condita III. vna virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione rapientium, Talasso duci Romuli decernitur. Vnde in nuptiarum solennitatibus, Talasso, vulgo clamitant; cui talis nupta sit, quam Talassus meruit. In illo tempore prima captiuitas Israël. Decem tribus à Senacherib rege Chaldæorum translatæ sunt in montes Medorum. Regnatumque est in Samaria annis CCL. Cap. 15. De Romulo & Remo.

Caput. 16. De Regibus Romanorum.

ROMANORVM decimus ſeptimus rex Romulus, annis XXXVIII. Remus & Romulus generantur Marte & Ilia. Romulus apud paludem caprenus moritur. Poſt quem per quinos dies ſenatores Remp. rexerunt atq; ita vnus annus expletus quod tempus inter regnum appellatum eſt. Poſtea Pompilius regnauit annis XLI. Romulus primum milites ſumpſit ex populo, & nobiliſſimos ſenes centum, ob ætatem, ſenatores; ob ſimilitudinem curæ patres adpellauit: Templa quoq; & muros, Romanæ vrbis extruxerunt. Sabacan Bochirum Regem captum, viuum exuſſit. Tullius Hoſtilius, annis XXXIII. Primus regum Romanorum purpura & faſcibus vſus eſt, ac deinceps cum ſua domo fulmine conflagrauit. Tullius Hoſtilius poſt longam pacem bella reparauit, Albanos, Veientes, Fidenates, vicit, & adiecto monte Cælio vrbem ampliauit. Romanorum quartus Ancus Martius annis XXXIII. Ancus Martius Auentinum montem & Ianiculum vrbi addidit. In tempore Procatis Siluij Latinorum regis, Hebræorum tunc prophetabāt Oſee. Amos, Ioſias, Iſaias, Ionas an. LIII. quando Roma condita fuit prophetabat. Ioathan annis XVI. Poſt quem Iuda decimus quartus Achaz item regnauit XVI. Cuius tempore Talat Faltaſar rex Aſſyriorum magnam partem populi Iudæorum in Aſſyrios trāſtulit. Poſt quem Iuda decimus quintus Sedechias annis XLIX. Poſt quem Iuda decimus ſextus Manaſſes annis LV. Poſt quem in Iuda decimus ſeptimus Ammon annis XII. Poſt quem in Iuda decimus octauus, Ioſias annis XXXII. Hieremias prophetabat. Hebræorum Iuda Ioachim annis XI. Poſt quem iterum Ioachim alias annis a XLIII.

a al annis 40.

Anno

ANNO tertio Ioachim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Iudæam capit & in ditionem suam redactis plurimis Iudęorum, cum etiam partem vasorũ templi inuasit, & tributarium fecisse Ioachim fertur; victor ad patriam reuertitur. *I*srahel (quando Roma cõdita fuit) Azarias: & Manaim principabat an: *X*. postea Vaceas annis *X*.

Caput 17. De Nabuchonosor.

ANNO decimo à captiuitate *T*roiæ vsq; ad Olympiadem primã an: Cccc v. *P*rimã Olympiadem AFRICANVS temporib⁹ Ioatham regis Hebræorũ fuisse scripsit. Post *c* Vagea in Iudæa prophetabat annis nouẽ. *T*unc a *S*anacherib Israëlitæ in captiuitatem ducti sunt. *d* Memorauimus sub *e* Arifrone rege Assyriorum regnum destructum. *S*ardanapalus eo tempore Tarsum atq; Ancealem condidit, & in prælio victus ab *A*rbace Medo semet incendio concremauit. *P*rimus, vt supra memorauimus, rex Macedonum Casanus regnauit annis *X*VIII. Ægyptij regem suum Osorton Herculem nominauerũt. Phidon *A*rgiuus mensuras & pondera primus inuenit.

Cap. 18. De captiuitate Troiæ. Iulius Africanus.

c. al. Vazea.

d. supra c. 14.

e al. Afrone.

Macedonum Philippus regnauit annis *X*XXVIII. Numa Pompilius duos menses ad annum cõdidit, *I*anuarium & Februarium; cum antehac menses decem tantum apud Romanos fuissent. Capitolium quoq; à fundamẽtis ædificauit. Sibylla Samia quæ & Herophila, in *S*amo insignis habetur. Numa *P*ompilius nullum cum finitimis bellum gessit. Olda mulier apud Hebræos prophetabat. *P*ostea *S*ophonias, Hieremias annis XXXII. Post quem Ioachim an: *X*I. *P*ost quem *S*edechias *X*I.

Caput 19. De Romanis ac captiuitate Ieruſalem.

ROmanorum quintus Tarquinius Priſcus annis xxxviii. *A*ncus Martius Numæ nepos. Tarquinius Priſcus circum Romæ ædificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos inſtituit, muros & cloacas ædificauit, ad extremum ab *A*ncī filijs, regnum eius, cui ipſe ſucceſſerat . . . . . *P*rimo anno captiuitatis Ieruſalem in Iudæa Nabuchodonoſor Rex Chaldæorum, Ieroſolymis captis, templum incendit. quod ab initio ædificationis ſuæ tranſierant anni cccclxii. quadrageſima octaua Olympiade captiuitas & exterminium tẽpli quod fuit in Ieroſolymis ann. lxx. In Babylone prophetabant Daniel & *E*zechiel.

Caput 20. Romanæ urbis ampliatio

TVnc Romæ Seruius ancillæ ſed nobilis captiuæ filius tres montes vrbi addidit, Quirinalem, Æſquilinum, & Viminalem. Foſſas circa muros duxit, cẽſum Romanorum ciuium ipſe primus inſtituit, & ad extremum Tarquinij *S*uperbi generi ſui ſuperioris regis filij ſcelere occiſus eſt.

Caput 21. De regno Babyloniæ.

MOrtuo Nabuchodonoſor Babyloniorum Rege ſuſcepit imperium *E*uilmerodach. Cui ſucceſſit frater eius Baltaſar, cuius tempore liber Danielis ſcribitur. Romanorum Seruius ſextus regnauit annis xxxiii. Capta Hieroſolyma ab Aſſyrijs ad Vafrem regem Ægypti *I*udæorum reliqui transfugerunt: Hieremias quoque Propheta meminit. Corinthiorum monarchia deſtructa. *S*olis facta defectio; cum futuram eam Thales ante dixiſſet Olympiade LV. initium regni Perſarum, Cyrus Rex Medorum deſtruxit imperium.

Cyrus

Cyrus regnauit Persis subuerso Astyage rege Medorum. Persarum Cyrus regnauit annis xxx. Cyrus Hebræorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme millia hominum regredi fecit in Iudæam. Qui constructo altari, templi fundamenta, iecerunt. Sed cum à vicinis gentibus fabricatio impediretur imperfectum opus vsq; ad Darium permansit. Cyrus Babyloniam capi-

Caput 22. De Cyro Persarum Rege.

IN Hebręis prophetabãt Aggæus & Zacharias. quo tẽpore Hiesus filius Iosedech, & Zorobabel, regio genere, principes fuerũt eorũ, qui regressi sunt in Iudæam. Colliguntur, omne tempus captiuitatis Iudæorũ an. LXX. secundũ quosdã à tertio anno Ioachim vsq; xx. an. Cyri computantur. Romanorum Tarquinius tunc regnabat annis XXXV. excogitauit vincla, taurea, fustes, latomias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla.

Caput 23. De Prophetis & Tarquinio.

REgnauerunt Medi super Assyrios annis CCCLIV. Croesus à Cyro captus est, & Lydorum regnum destructum est, quod stetit ann. CCXXX.

Cap. 24. De Medis.

CAmbyses qui & Nabuchodonosor Rex vocatus est, sub quo historia Iudith, quæ Holofernem interfecit, scribitur. Apud Hebræos Aggæus & Zacharias prophetabat. Secundo anno Darij Regis templum in Hierosolymis constructur à Zorobabel, consummatur annis quatuor remissionis captiuitatis Iudęorum. Et ædificatio templi initium sub Cyro habuit, consummatur sub Dario. Regnauit Persis, Assyrijs & Ægypto.

Caput 25. De Holoferne

ARmodius Acidius & Aristogidus Inpargum regem interfecerunt. Et Lena meretrix amica eorũ cum tormentis cogeretur, vt reos proderet, lin-

Caput 26. Initium Coss. Rom.

guam suam morsibus amputauit. Pulsis vrbe regibus attenuatum est valde Romanorum imperium. Romanorum reges septem à Romulo vsq; ad Tarquinium Superbum imperauerunt annis CCXLIV. Romæ post exactos reges initio Consules à Bruto esse cœperunt. Deinde tribuniplebis ac dictatores & rursum consules Remp. tenuerũt per annos ferme CCCCLXIV. Censu Romæ agitato inuenta sunt hominum centum viginti millia. Lapis tunc in Ænis fluuio de cœlo ruit. Persarum septimus Artabanus regnauit annis IIX. Artaxerxes annis XL. Anno ab vrbe condita CCCII. tribuniplebis Romæ erecti consulibus eiectis. Neemias tunc Hebræus minister vinarius consentiente domino suo, vigesimo eiusdem regni anno de Babylone venit, & muros Hierosolymis struxit. Romani denuo consules creati sunt. Si quæsieris de hebdomadis LXX. quæ in libro Danielis scriptæ sunt, reperies eas esse expletas in tempore Neronis Imperatoris, quæ faciunt annos * CCCCXL. Secundo postea à Vespasiano anno Hierosolyma capitur, vt Daniel prophetauit. Ex Ætna monte ignis erupit. Temporibus Consulum Galli Senonaci Romam incenderunt, excepto capitolio.

Euseb. 490.

Caput 27. De Alexandro.

ALexander filius Philippi & Olympiadis nascitur. Romani Gallos superant. Nectenebon rege Ægyptiorum in Æthiopiam pulso, Ægyptiorum regnum destructum est, & in Romanam ditionem redigitur. Romani Samnitas duobus prælijs & reliquas vicinas gentes superant. Descriptione Romæ facta inuenta sunt ciuium centum quadraginta duo millia hominum. Alexander aduersus Illyrios & Thracas feliciter dimicãs vicit. Quibus subuersis in Persas arma corripuit & apud Grani-

Granicum fluuium rege ducibusq; oppressis vrbem Sardis capit. Romanorum Consul Torquatus filium suum, qui plures prælio hostes vicerat, virgis cæsum securi percussit. Alexander capta Tyro Iudæam inuadit. Post multas pugnas triumphans Alexandriam in Ægypto septimo regni sui anno ædificauit: & tenuit omnia quæ cœperat annis XII. Alexander Hyrcanos & Medos cepit. Alexander Ornem ..... & Indum amnem transgreditur. Bellum egit Alexander aduersus Porum & Taxilonone dimicauit, & vicit Arpalus fugit in Asiã. Alexand. xxx. ætatis suæ anno moritur in Babylone; postquam translatum est in multos eius imperium. Macedonum regnum Philippus frater Alexandri possedit.

Caput 28. De Romanis.

ROmani Samnitas diutissime aduersus se pugnãtes ad extremum in seruitutem subijciunt. Seleucus Consul Babyloniam & plures vrbes ædificauit. Censu Romæ agitato inuenta sunt ciuium Romanorum ducenta septuaginta millia hominum. Legati Alexandriam Ptolomæi transmissi Romanorum amicitiam petierũt. Romani Gallos superãt, & Sabinorum terram sorte diuidunt. Seleucus in Sicilia capto Demetrio Syriæ & Asiæ pariter imperauit. Sostratus ingressus est Alexandriam, quam Romano subdidit imperio, & pharum magnam in Alexandria fecit. Aratus argenteos nummos primus in orbe figurari fecit. Romani Carthaginenses nauali prælio superant & centum ibi vrbes capiunt. Carthaginenses Romanorũ naues in Sicilia capiunt Metello Consule in fugam verso. Censu Romæ tunc agitato inuenta sunt hominum ducenta sexaginta millia. Post an. quatuor Romæ tẽplum Vestale incensum est. Post annos XIII. quadraginta fere millia Gallorum fuerunt à Romanis cæsa.

Post

Post annum septimum Caria & Rhodos terræ motu cõcussa est, ita vt colossus magnus rueret. Post annos item septem victi Iudæi & sexaginta millia armatorum à Romanis cæsi, Romanam redacti sunt in ditionem. Post annos tres Romani Marcello consule Syracusam capiunt----Siciliam. Post annos septemdecim Romani Græcos liberos esse iusserũt, & vniuersis Hebræis ita fecerunt. Postea per Antiochum regem Iudæi contra Romanos cœperunt rebellare, & idololatriam cogente Antiocho sunt cõuersi. Tũc Sacerdotes & duces Machabæi propter regem custodiendum surrexerunt, sicut scriptum est in lib. Machabæorũ. Romani interfecto Seleuco rege Macedones tributarios faciunt. Descriptione Romæ facta inuenta sunt hominum trecenta viginti duo millia. Oppius consul Gallos capit. Et Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur; habens, quod condita fuit annos sexcentos quadraginta nouem. Ptolomæus Demetrio filiam suam tradidit vxorem. Cum regnaret in Ægypto & in Ieroſolymis super Iudæos, dedit Demetrio genere suo regnum quod abstulerat patri suo Antiochus rex. Antiochus rex filio Alexandro fratre Demetrij interfecto ad extremum se interfecit. Bellum ciuile ortum est in illo tempore in Sicilia. Primus liber Machabæorum temporibus Antiochi scriptus est in Iudæa. Arsaces Parthus Antiochum interfecit. Serui qui in Sicilia rebellabant, obsidionis necessitate compulsi ad sua inuicem cadauera deuoranda conuersi sunt. Aruernia tunc nobilis Galliarum vrbs capta. Et rex Vetuetus iuxta Tule insulam igni est conflatus. Samariam vrbem Herodes restaurans, Sebasten in honorem Augusti appellare voluit. Græci victi à Romanis subijciuntur. In Sicilia bellum ciuile cõsurgit. Deprehenso Ptolomæo per matrem

Cleopatram

Cleopatram in Sicilia bellum ciuile quieuit. Ptolomæus rex Cyrenæ moriens Romanos testamento reliquit hæredes. Seleucus ab Antiocho viuus exuritur. Antiochus in Parthos fugatur; Pompeio consuli se deinceps tradidit. Pompeius Syriam in ditionem redegit. Antiochus reuersus de fuga regnum obtinuit. Plotius Gallus Latinorum. Rhetoricam docuit sicut Cicero refert: Pueris nobis primum latine dicere cœpisse Plotium quendam. Descriptione tunc Romæ facta, inuenta sunt hominum quadringenta quadraginta quatuor millia. Voltacilius Plautus Pompei Consulis libertus doctor scholam Romæ primum inuenit. Pompeius glorioſissime triumphauit.

Caput 29. De primo Imperatore.

VCVLLVS primus Imperator appellatus est, victa Armenia & Mesopotamia & Nisibi cũ fratre acceptaPompeius vniuersum Hiberiã subiugauit, Lucullus de Bessis triumphauit. Virgilius Maro in pago qui * Ædis dicitur, non procul à Mantua nascitur. Antiochia ab Assyrijs capta. Aristobulus & Hyrcanus filij Alexandræ contra se de Imperio dimicantes, occasionem præbuerunt Romanis, vt Iudæam inuaderent. Pompeius Ierosolymam veniens, capta vrbe & templo obseruato ad Sancta sanctorum accedit. Aristobulũ vinctum secum adducit. Hyrcanum deinde Antipatrum Herodis Ascalonitę filium procuratorem Palęstinę fecit. Pompeius captis Ierosolymis, tributarios Iudæos facit. Pompeius secundus Imperator appellatur. Cæsar Lusitaniam & quasdam Insulas in Oceano capit. Cæsar Rhenum transiens Germanos & Gallos capit.

Euseb. Andes.

Caput 30. De Iulio Cæsare.

POstquam C. Iulius Cæsar primus Romanorum singulare obtinuit imperium, Romanorum princeps appellatus est. Pompeius prælio victus fugiens, à spadonibus Alexandri regis occiditur. Ptolomæi cadauer cum lorica aurea in Nilo inuenitur. Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat, ob stupri gratiam. Cleopatra regio comitatu ingressa vrbem prohibet lecticis & margaritis vti. Antonius decernit. Quintilem mensem Iulium debere dici, quia in eo fuisset natus. C. Iulius Cæsar in curia occiditur, corpus in rostro rumore cõcrematur. Romæ tres exorti Cõsules in eadem vrbe fuerunt. Inter cætera portenta, quæ in toto orbe facta sunt, bos ad arantem in suburbano locutus est; frustra se vrgeri: non enim frumenta, sed homines breui defuturos.

Caput 31. De Octauiano Cæsare.

ROMANORVM secundus post Iulium singulare Octauianus assumpsit imperium, qui primum Augustus Cæsar appellatus est. regnauit annos LXII, menses sex. Post quem Augusti appellati sunt reges Romanorum. Antonius aduersus Cæsarem Augustum bellum mouit. Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quàm vt quarta pars hæredibus superesset. Trans Tyberim fluuium oleum terra erupit, quod tota die sine intermissione fluxit, significans Christi gratiam ex gentibus. Antonium superat Augustus Octauianus & interueniente Senatu, eum in gratiam recepit. Antonius Patricius contra Iudæos dimicans tandem occiditur & regnum Iudæorum tunc fuit destructum. Herodes postea à Romanis constitutus princeps. Virgilius in Cappadocia moritur. Herodes à Romanis Iudæorum suscepit principatum. Cuius tempore Christi natiuitate vicina, regnum & sacerdotium Iudæi, quod prius per successionem Assamonæorum tenebatur, destructum est; completa prophetia, quæ ita per Moysen loquitur

Gen. 49.

quitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. *In* hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accepit finem. Nam vsque ad Herodem, Christi, id est, Sacerdotes erant reges *Iu*dæorum, qui imperare cœperunt* 165. Olympiade; & ab instauratione templi sub Dario vsq; ad Hyrcanum & CLXXXV. Olympiade an: CCCCLXXXVII. in medijs an: transactis, quos Daniel significat, dicens: *Et* scies & intelligens ab initio sermonē respondendi & ædificandi Hierusalem vsq; ad Christi principatum, hebdomades VII. & hebtomades sexaginta duæ: quæ sexaginta nouem hebdomadæ faciūt ans: quadraginta quatuor. Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto & Senatu accepit: filijq; eius post eum regnauerunt vsque ad nouissimam Ierosolymæ captiuitatem. Quæ omnia etiam Daniel propheta vaticinatur, ita dicens: *Et* post hebdomadas septem & sexaginta duàs, peribit chrisma, & iudicium nō erit in eo: & templum & sanctuarium corrumpet populus cum duce veniente: & cædentur in cataclismo belli. *Et* in consequentibus: *Et* super templum, inquit, abominatio desolationū vsq; ad consummationē temporis; & consummationem dabit super dissolutionē.

Euseb. 65.

Dan. 9.

Dan. 9.

Herodes *A*nanælum quendam Pontificem *Iu*dæorum instituit, & post exiguum temporis Aristobulum fratrem vxoris suę, nepotem-----successorem dedit, quo post annum vnum interfecto, Ananælo reddidit sacerdotium.

Lunæ cursus tunc à Romanis inuentus est.

Antonius Cleopatræ *A*rabiam tradit. Augusti & Antonij tertiæ dissensionis exordium fuit, quod repudiata sorore Cæsaris, Cleopatram duxit vxorem. Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & ob hoc Ægyptus fit Romana prouinica: quam primus tenuit consul Cornelius.

Caput. 32. De Augusto & Caio.

TErtiodecimo anno imperij Octauiani, monarchiam habere meruit Cæsar Augustus; & ita appellatus est: à quo Sextilis mensis Augusti nomen accep t. Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus est. Cleopatræ liberi Sol & Luna ante currum eius ducti. Augustus Romanis plurimas leges statuit. Censu Romæ agitato inuenta sunt ciuium Romanorum XLI. millia, centena & LXIV. millia. Hæc descriptio XIII. anno imperij Octauiani facta est. Augustus Calabriam & Gallos vectigales fecit. Munatius Plancus Ciceronis discipulus, orator insignis habetur: qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit.

Anno XXIII. imperij Octauiani Tiberius ab Augusto missus occupauit Armeniam. Herodes ab Hierosolyma multas & magnas ædes construit. Herodes Samariam olim, iam in cineribus sedentem, à fundamentis suscitans, in honorem Augusti Augustam, id est Sebasten appellauit. Augustus Samijs libertatem dedit. In Cypro plurimæ ciuitatum partes terræ motu corruerunt. Germanos in arma versos Lollius superat. Augustus XXIX. anno imperij sui Caium adoptauit in filium. Tiberius [a] Vindelicos & eos qui Thraciarum confines erant, Romanas prouincias facit. Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit. Antidonam & Antipatridam condidit: innumerabilia quoq; opera in singulis Syriarum vrbibus, quas regnauit solertissimè ædificauit. Tiberius Cæsar de captiuis Pannonijs triumphauit. Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudæorum fuerat, de captiuitate Parthica regressum, & filium eius, qui sacerdotio patris successerat, interfecit. Sororem quoq; ei° vxorem suam cũ duobus proprijs filijs adolescẽtibus, & matrem vxoris occisæ socrum suam crudelissimè necauit. Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam

[a] f. Vindecolis. & vindiculos. corrigo Vindelicos ex Euseb.

henſam damnat exilio. M. Tullius Tyro Ciceronis libertus, ipſe primus notas commentus eſt. Herodes ad ea quæ ſupra crudeliter geſſerat, etiam hoc addidit, virum ſororis ſuæ Salomæ interfecit; & cum eam alij tradidiſſet vxorem, etiam ipſum necat. Interpretes diuinæ legis occidit.

Caput 33. De Chriſto Saluatore noſtro. Tertull. adu. Iudæos cap 8.

COlliguntur omnes anni ab Abraham vſq; ad Natiuitatē Chriſti, an. duo millia quindecim. Tertullianus in eo libro quem contra Iudæos ſcripſit, affirmat quadrageſimo primo an. Auguſti natū, & decimo quinto Tiberij eſſe paſſum. Auguſtus Tiberium & Agrippam in filios adoptauit. Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur. Herodes cū Chriſti Natiuitatem Magorum indicio cognouiſſet, vniuerſos Bethleem paruulos iuſſit interfici. Herodes morbo intercutis, & ſcatentibus toto corpore vermibus, miſerabiliter & digno moritur cruciatu. Auguſtus quinquageſimo quinto imperii ſui anno, cum Tiberio filio ſuo cenſum Romæ agitans. Inuenta ſunt hominum *b* nonaginta centena millia. Archelaus nono anno regni ſui in Vienna vrbe Galliarum moritur. Defectio ſolis facta. Auguſtus * ſeptuageſimo ſexto ætatis ſuæ anno Atellæ in Campania moritur ſepultuſque eſt Romæ in Campo Martio. Imperauit Tiberius annis XXIII. Germanicus Cæſar de Parthis triumphauit. Tiberius multos reges ad ſe per blanditias euocauit, nec remiſit quem attrahere potuit & Archelaum Cappadocem, cuius regnum in prouinciam erat verſum Agiacham nouiſſimam ciuitatem Cæſaream appellare iuſſit. Tiberius Druſum conſortem imperij fecit. Druſus Cæſar veneno periit anno XLVI. imperij Tiberij. Ioannes filius Zachariæ in deſerto iuxta Iordanem fluuium prædicans

b al. nonaginta ter centena millia.

Christum filium Dei in medio eorum adesse testatur. Ipse quoq; Dominus IESVS Christus hic in principio salutarem iam adnunciat signis atq; virtutibus viam: vera comprobãs esse quæ dicerentur per Prophetas.

Caput 34. Quãdo passus sit Christus.

Confer cum Eusebio.

COmputantur in præsenti an. id est Tiberij Cæsaris XXXIV. à secundo anno instaurationis templi, quæ facta est sub altero an. Darij regis Persarum, an. DXLVIII. à Salomone autem & prima ædificatione templi anni mille quadraginta. à Moyse & egressu Israel ex Ægypto anni mille octingenti nouem. ab Abraham & regno Nini & Semiramidis ann. duo millia quadraginta quatuor. à diluuio vsq; ad Abraham anni nongenti quadraginta duo. Ipse Christus filius Dei salutarem cunctis prædicans viam miracula quæ in Euangelio scripta sunt facit. Iesus Christus filius Dei discipulos suos diuiuo imbuens sacerdotio, vt vniuersis gentibus conuersionem ad Deum nuncient imperat. Ipse Christus filius Dei secundum Prophetas quæ de eo fuerant prælocuti, ad Passionem venit anno Tiberij decimo quinto. Quo tempore etiam in alijs Ethnicorum commentarijs hæc diuersa scripta comperimus. Solis facta defectio, ita vt in tenebrosam noctem dies media conuerteretur, & stellæ apparerent. Bithynia terræ motu cõcussa est, quæ omnia his congruunt quæ in Passione Saluatoris acciderant. Argumentum autem huius diei, quod Saluator isto anno passus sit, Euangelium præbet Ioannis, in quo scribitur XV. anno Tiberij Cæsaris tribus annis dominum prædicasse. In templo Ierosolymis subito erupit vox dicentium, Transmigremus ex his sedibus. Eodem anno Pilatus præses, secreto noctis, imaginem Cæsaris in templo statuerat. Hæc prima seditio & turbarum Iudæis causa

cauſa. *Eccleſiæ Ieroſolymorum primus Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus eſt Iacobus frater Domini. Ex hoc cõſiderandum quantæ deinceps calamitates Iudæorum gẽtem oppreſſerint. Pilatus poſt ſupradictam ſeditionem, quæ ob Cęſaris imaginem fuit concitata, ſacrum theſaurũ, quem Corbonam Iudæi vocant, in aquæductum Ieroſolymorum expoſuit. Secunda ſeditio Iudæorum fuit anno xxii. imperij Tiberij. Agrippa filius Herodis regis accuſator Herodis Tetrarchæ Romã profectus à Tiberio in vincula mittitur. Pilatus de Chriſtianorum dogmate refert, Tiberius ſenatui dicens, vt inter cætera ſacra reciperent præcepit. Tiberius per edictum accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem. Multi ſenatorum & equitum Romanorum interfecti. Tiberius in Campania moritur.*

ROmanorum iv. Caius imperauit annos iv. & menſes x. Gaius Cæſar cognomento Caligula Aggrippam vinculis liberatum, regem Iudæis fecit. Gaius ſemetipſum in Deos refert. Flaccus multos Iudæos calamitatibus premit, conſentiente Alexandriæ populo. Gaius Mammij reguli vxorem duxit, impellens eum, vt vxoris ſuæ patrem eſſe ſe ſcriberet. Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit. Gaius Ieroſolymam ſtatuam ſuam ſub nomine Iouis Maximi ponere præcepit. Plurimi nobilium à Gaio ſunt interfecti. Gaius ſorores ſuas, quibus ſtuprum intulerat, exilio condemnauit. Gaius omnes exules iuſſit interfici. Gaius à protectoribus ſuis in palatio occiditur anno ætatis ſuæ xxix.

Caput 35. de Caio Cæſare

Mammij reguli. vel regentis exercitus. Ita enim Sueton: Calig 25. *Lolliam Paulinam C. Mẽmio cõſulari, exercitus regẽti nuptã &c. cõiunxit ſibi.*

ROmanorum v. CLAVDIVS imperauit annos xiv. menſes ix. dies xxviii. Iſte eſt Claudius patruus Druſi, qui

qui apud Moguntiam monumentum habet. Petrus Apostolorum auctor primus postquam Antiochenam Ecclesiam in Episcopatum fundasset, Romam mittitur. Vbi Euangelium prædicans XXV. annis eiusdem vrbis Episcopus perseuerat. Marcus Euangelista interpres Petri Ægypto & Alexandriæ Christum annunciat. Primus Antiochiæ Episcopus ordinatus Euodius. Agrippa rex Iudæorum regnauit an: XXVI. postquem filius suus Agrippa à Claudio substituitur in regno. Fames ingens quæ prædicta fuerat sub Claudio toto orbe fuit. Claudius de Britannis triumphauit, & Orcadas insulas Romanorum subiecit imperio. Descriptio Romæ V. anno Imperij Claudij facta. Inuenta sunt ciuium Romanorum LXIX. centena & LXIX. millia. Græcia eiusque regna in prouinciam rediguntur. Hierosolymis orta seditio, vt in portarum exitu corrueret: triginta millia Iudæorum perierunt. Claudius felicem Procuratorem in Iudæam mittit: apud quem Paulus Apostolus accusatur. Sub Felice Procuratore Paulo dicitur à tribuno, Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies congregasti & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Claudius XIV. anno imperij sui in palatio, ætatis suæ LXIV. moritur.

Caput 36. De Nerone.

ROmanorum VI. regnauit NERO annos XIII. menses VII & dies XXVIII. Huius auunculus fuit CAIVS Caligula. Felice regnante in Iudæa seditio in Cæsarea Palæstinorum orta est. Magna Iudæorum perijt multitudo. Festus successit Felici, apud quem præsente Agrippa rege Paulus Apostolus religionis suæ rationem exponens, vinctus Romam mittitur anno tertio Imperij Neronis. Terræ motus Romæ & solis facta est defectio-

ctio. NERO Agrippinam matrem suam, & sororem matris suæ interfecit. Nero tantæ luxuriæ fuit, vt frigidis & calidis vnguentis lauaretur, retibusque aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebant. Iacobus frater Domini, quem omnes Iustum appellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur. Cui Simeon secundus Episcopatum assumpsit. Ante mensam Neronis fulmen de cœlo cecidit. Thermę Neronianæ ædificatæ sunt. NERO vt similitudinẽ Troiæ ardentis inspiceret, plurimam partem Romanæ vrbis incendit. Duæ tantum prouinciæ sub Nerone factæ, Pontus Ptolemaicus, & Alpes Coctiæ. Coctio rege defuncto multi nobilium à Nerone interfecti Neroni in expensas centies cẽtena millia decreto Senatus, annua subministrantur. Nero cum cæteris Octauiam vxorem suam interfecit, Cornutum philosophum Persij in exilium relegat. Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit. Petrus & Paulus glorioſe Romæ occubuerunt: Petrus crucifigitur; & Paulus gladio capite trũcatur. Iudæos tunc contra Romanos rebellantes Vespasianus à Nerone transmissus, plurimas vrbes Iudæorum capit. Nero cum à Senatu quęritur ad pœnam, à palatio fugiens ad V. vrbis miliarium in suburbano liberti sui inter Salariam & Numentanam viam semetipsũ interfecit anno ætatis suæ Xxxii. atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. Sueton Ner. cap 48.

Post Neronem GALBA in Iberia, VITELLIVS in Germania, OTTO Romæ imperium administrauerunt. Magister militum Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur. Galba VII. mense imperij sui in medio Romanæ vrbis foro capite truncatur. Vespasianus duobus præIijs superat Iudæos. OTTO III. regni sui mense apud * Vitriacum propria manu occubuit. Vitellius à Vespasiani ducibus occisus in Tiberim proijcitur. leg. Bebriacũ

Romanorum VII: imperauit VESPASIANVS annos nouem, menſes vndecim, dies 22. VESPASIANVS apud Iudæam Imperator appellatus, & bellum Tito filio ſuo commendans Romam per Alexandriam proficiſcitur. Tunc Iudæorum regnum finitum eſt. *T*itus Iudæam captam & Ieroſolymis ſubuerſis ſexcenta millia virorum interfecit; vndecies centena millia fame & gladio ex eis periêre: & centum millia captiuorum publice ſunt vẽdita: quia ex omni gente Iudæorum ad tempus *P*aſchæ in vrbe quaſi carcere ſunt recluſi. Oportuit enim in ijs diebus Paſchæ eos interfici, qui *S*aluatorem crucifixerunt. Colligitur omne tempus, in ſecundo anno Veſpaſiani & nouiſſima euerſione Hieroſolymorum CCXV. anni, Tiberij Cæſaris & ab exordio *E*uangelicæ prędicationis, an: XLII. à captiuitate autem quam ab *A*ntiocho perpeſſi ſunt, anni, CCXXXVIII. *P*orrò à Darij ſecundo anno, quo rurſum templum ædificatũ eſt, anno DCLXI. A prima autẽ ædificatione templi ſub Salomone vſq; ad nouiſſimam eius ruinam, quæ à Cæſare Veſpaſiano facta eſt, anno milleſimo centeſimo ſecundo. Veſpaſianus capitolium ædificauit. Germanos rebellantes ſuperat, & Auenticum ciuitatem ædificari præcipit, à *T*ito filio ſuo poſtea expletur, & nobiliſſima in Gallia Ciſalpina efficitur. In Alexandria facta eſt ſeditio. Coloſſus Romæ erectus habens in altitudine pedes CVII. quem in nomen & laudem victorię quã in Germania fecerat erexit. Veſpaſianꝰ mortuꝰ eſt profluuio vẽtris, in villa porpria an: ætat: ſuę LXIX.

Romanorum IIX. *T*itus imperauit annos duos, menſes duos. Titus filius Veſpaſiani in vtraq; lingua peritiſſimus fuit, & tantæ bonitatis, vt cùm quadam die recordatus fuiſſet in cæna, nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, dixerit, Amici hodie perdidi diem. Mons * Bibius in *A*ſia ſubtus in vertice tantum eiecit incẽdium, vt regiones vicinas cũ homini-

Nomen montis huius mire variant. Georg. Cedren. Besbius. Silio

hominibus exureret. Titus amphitheatrum Romæ ædificauit, & in dedicatione eius quinq; millia ferarum occidit. Romanæ Ecclesiæ secundus Episcopus Cletus an: XII. Titus vniuersam Galliam circuiuit, & Auentico ciuitatem, quam pater inceperat, expleuit, gloriosè, eò quod eam diligebat, ornauit. Titus Romam rediens morbo perijt in ea villa qua pater suus.

Italico Vesbius aliis Vesuius, Vesenus, Vesuuius. Vide Synonymiam Ortelii.

De Vesuuii eruptione Sueton. Tit. cap. 8. Dio in Tito. Plin. Epist. ad Taci.

Caput 37.

De Domitiano Cæsare.

REGnauit DOMITIANVS annos XV. & menses V. Titi frater iunior fuit. Domitiani vxor Augusta appellatur. Domitianus eunuchos fieri prohibuit. plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit. Domitianus templum sine lignorum administratione construxit. Primus Domitianus Dominũ se & Deum appellari iussit. Duos menses aliter appellari fecit; Septembrem, Germanicum; Octobrem, Domitianum. Domitianus plurimos nobilium exilio damnauit atq; occidit. Domitianus de Dacis & Germanis triumphauit. Domitianus tantæ superbiæ fuit, vt aureas & argenteas statuas sibi in capitolio poni iusserit. Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam vero in exilium misit. Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Ioannes Apostolus in Pathmos insulam relegatus Apocalypsin scripsit. Domitianus rursus philosophos & mathematicos Romæ per edictum proscribit. Domitianus eos, qui de genere Dauid erant, interfici præcepit vt nullus Iudæorum regum reliquus esset. Domitianus in palatio occiditur, & per vespillones ignobiliter portatus sepelitur anno ætatis suæ * XXXVI.

al. 30.

Romanorum decimus regnauit Nerua an: I. mẽses IV. Senatus decreuit, vt omnia quæ Domitianus statuerat, irrita essent, & multi, quos iniuste eiecerat, de exilio sũt reuersi. Et Apost: Ioan: hoc tẽpore exilio solut⁹ Ephe: secessit; in qua vrbe hospitiolũ & amicos amãtissimos habebat

Nerua morbo periit in hortis Saluſtianis anno ætatis ſuæ 72. cum iam Traianum adoptaſſet in filium. Traianus Agrippinæ in Gallijs Imperator factus, natus in Hiſpania.

Romanorum vndecimus regnauit TRAIANVS annos XIX. menſes VI. Decreto Senatus Nerua in Deos relatus. Ioannes Apoſtolus vſque ad Traiani tempora permanſit. Traianus de Dacis & Scythis triumphauit. Traianus victo rege Decibalo Daciam fecit prouinciam: Iberos, Sauromatas, *Ruinus, Arabes, Boſphoranos, Colchos in fidem accepit. Seleuciam, Cteſiphontem, Babyloniamq; occupauit. Romæ aurea domus incendio conflagrauit. Terræ motu quatuor vrbes Aſiæ ſunt ſubuerſæ. Traianus aduerſus Chriſtianos perſecutionem mouens, multos Chriſtianos interfecit. Traianus Armeniã, Aſſyriam, Meſopotamiam fecit prouincias. Traianus profluuio ventris extinctus eſt anno ætatis ſuæ * LXIV. menſe IX. die IV.

al. Aſtiunas. quidam Croneos, quidam Hoſdroenos nominant hic. ſunt qui Agarenos ex Dione legant.

al. 63.

Romanorum duodecimus ADRIANVS in Hiſpania natus conſobrinæ Traiani filius fuit. Adrianus Alexandriam ſubuerſam à Romanis, publicis reſtaurauit expẽſis. Adrianus Traiani inuidens gloriæ, de Aſſyria, Meſopotamia, & Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus. Adrianus Iudæos rebellantes capit. Senatus Traianum in Deos refert. Adrianus in vtraq; lingua eruditus benigniter tributa vrbium plurimarũ relaxauit, * polepticis publicis incenſis plurimos à tributis liberos fecit. Adrianus edictũ dedit, ſine obiectione criminum Chriſtianos non condẽnandos. Imperator Adrianus pater patriæ appellatur, & vxor eius Auguſta. Adrianus bibliothecam muri operis extruxit. Iudæis rebellantibus Adrianus mittit ad reprimendum exercitum eorum: quæ rebellio finem accepit; & ita oppreſſi ſunt, vt ex eo tempore etiam eis introeundi in

al polemticis. Corrige tu has voces ex Dione & Spartiano qui de Syngraphis incenſis multa.

in Ierusalem sit licentia ablata. Primus ex gentibus Ierosolymis tunc constituitur Marcus *Episcopus*, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis. Adrianus morbo moritur sexagenarius.

Romanorum XIII. regnauit Titus, cui nomen ANTONINVS PIVS, annos XXII. menses * III. cum liberis suis Aurelio & Lucio. Antoninus pater patriæ appellatur. *Antoninus* Pius in villa propria XII. ab vrbe milliario moritur, anno vitæ septuagesimo septimo.

al menses 4.

Romanorum XIV. regnauit MARCVS *ANTONINVS* annis XIX. mense vno. cum quo consortes fuerunt regni * Lucius *Aurelius* & Commodus. Hi primum æquo iure imperium administrauerunt; cum vsq; ad hoc tempus singuli *Augusti* fuerint. Lucio Cæsare *Athénis* sacrificante, ignis in cœlo ab oriente in occidentem ferri visus. Lucio Cæsar de Parthis cum fratre triumphauit. Plurimi in Gallijs glorioſe ob Christi nomen interfecti. Lucius Imperator anno regni sui nono in Concordia apoplexia extinctus est, sedens cum fratre in * cubiculo. *Pseudoprophetia* quæ Cata-Phrygas nominatur, accepit exordium. *Tanta* vndiq; tunc fuit inundatio gētium, vt totus Romanorum exercitus ad internecionem delectus fuisset. Imperator *Antonin*° multis aduersum se nascentibus bellis sæpe ipse intererat; sæpe duces nobilissimos destinabat. Semel * pertinaciter exercitu confligebat in Gothorum regione; & oppresso pluuia diuinitus missa est; cum e contrario Germanos & Sarmatas persequeretur imber. Christianis militibus fortiter deprecantibus ad extinguendā sitim illorum hoc fuit præstitum. *Antoninus* Commodū filium suum consortem regni facit. Descriptiones iniquas in foro incendi iubet. Leges seueriores integra emendatione instituit. *Antoninus* post victoriā in editione mune-

al. Lucius & Aurelius Commodus. Hic sollicite m.s. var. lect. noto, propter ingentes dissensiones de nomenclatura horum Imp. de qua Baron. ann. 163.

† Capitolin. in Marco habet: in vehiculo.

al. pertinaci exercitu cum eo in Gothorū regione oppressus.

nerum mirificus fuit. Smyrna vrbs Asiæ terræ motu ruit. Antoninus in Pannonia morbo perijt.

Commodus.

Romanorum xv. regnauit COMMODVS annis XIII. Commodus de Germanis triumphauit. Commodus Imperator Colossi capite sublato suæ imagini caput iubet imponi. Commodus multos nobilium interfecit. Incendio Romæ facto, palatium, ædes Vestæ, plurimaq; vrbis pars solo æquantur. Commodus strangulatus in domo Vestali moritur.

Caput 38.

ROmanorum XVI. Ælius regnauit menses VI. PERTINAX cognominatus: qui obsecrante vxore sua Augusta, vt filium suum Cæsarem appellaret, cõtradixit: sufficere, dicens, quod ipse regnaret inuitus. Occiditur in palatio, IVLIANI iurisperiti scelere, quem postea Seuerus apud Miluium pontem interfecit.

Romanorum XVII. regnauit SEVERVS annos XIX. Seuerus Parthos & Auaros superauit. Seuero imperante thermæ seuerianæ Romæ factæ. Persecutio in Christianos facta.* Leonides glorioſe martyrium accepit. CLAVDIO ALBINO, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Seuerus in Britannos bellum transfert, vbi recepta maxima eiusdem prouinciæ parte, murum per centum triginta quinq; millia à mari ad mare duxit. Seuerus moritur Eboraci in Britannia.

Caput 39.

ROmanorum XIIX. regnauit ANTONINVS cui nomẽ CARACALLA, Seueri filius an. VII. Antonin⁹ Romę thermas sui nominis Antoninianas ędificauit. Tam impatiens fuit suæ libidinis, vt nouercam suã Iuliam vxorẽ duceret. Antoninus interficit an. ætatis suæ XLIV.

Romanorum XIX. MACRINVS regnauit anno vno. Interficitur in Archelaide.

Roma-

Romanorum xx. regnauit AVRELIVS annis IV. impudicè. Romæ occiditur tumultu millitari.

Romanorum xxi. regnauit Alexander Mammeæ filius annis xiv. Alexander *Xerxem regem Persarum gloriosissime vicit. Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ. Alexander occiditur, Mogunciæ super Renum fluuium, tumultu militari.

* Herodian. lib. 6. & Lampridius Artaxerxem vocat.

Romanorum xxii. MAXIMINVS an. quatuor. Maximinus primus ex corpore militari ab exercitu electus est Imperator. A Popione occiditur.

Romanorum xxiii. regnauit GORDIANVS. In palatio occiditur Gordianus, cùm de Parthis triumphauit, fraude Philippi Præfecti Prætorii. Philippus filium suum consortem regni fecit, primusq; ommnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.

Regnante PHILIPPO millesimus an. Rom. vrbis expletus est. Philippus nominis sui in Thracia vrbem construit. Philippus senior Veronæ occiditur.

Romanorum xxiv. regnauit DECIVS anno vno mensibus tribus: qui in Pannonia inferiori natus fuit. Cum duos Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum, in Christianos persecutionem mouet. Antonius monachus in Ægypto nascitur. Decius cum filio in Africa occiditur.

Romanorum xxv. regnauit GALLVS & VOLVSIANVS Galli filius an. I. mens. III. Gallus & Volusianus ab Æmiliano interfecti sunt.

Romanorum xxvi. regnauit VALERIANVS & GALLIENVS an. xv. Valerianus in Retia ab exercitu Cæsar appellatus est. Valerianus in Christianos persecutione commota statim à Sapore rege Persarum capitur, ibique seruitute miserabili cõsenescit. Sapor rex Persarum Syriã, Cili-

Ciliciam depopulatur Valeriano in Persas ducto, Sapor Rex de dorso Valeriani semper equum ascendebat.

Caput 40.

GALLIENVS firmatur in imperio. Germani Rauēnam venerunt. Alamanni vastatum Auenticum peruenerunt, inæstimabili nocumento & plurimam partem Galliarum vastauerunt, indeq; in Italiam transierunt. Græci Pannoniam occupauerunt. Germani Hispanias obtinuerūt, etiam & Syriam incursauerunt, Francos in eorum habentes auxilio. Gallienus Mediolani occiditur.

Romanorum XXVII. regnauit CLAVDIVS annos XI. & menses * nouem. Claudius Gothos, Illyricum, & Macedoniam vastantes superat. Claudius Syrmij ciuitate Pannoniæ moritur.

al. 8. l. frater ex Vopisio.

QVINTILIVS Claudij * pater à Senatu Augustus appellatur. XVII. die Imperij sui occiditur.

Romanorum XXVIII. regnauit AVRELIANVS annos V. & menses II. Aurelianus, Tetrico apud Cataulanensem exercitum gubernante, Gallias recepit. Cenobia apud Emmaus non longe ab Antiochia vincitur, quæ, occiso marito suo, Orientis tenebat imperium: in qua pugna strenuissime apud eādem pugnauit Pompeianus dux genere Francus, cuius familia vsque hodie apud Antiochiam perseuerat. Cuius Pompeiani instantia maxima pars Asiæ ditioni Romanæ subijcitur: ex cuius stirpe EVAGRIVS charissimus nobis presbyter descendit. Tetricus Aurelianum Romæ triumphantem & Cenobia præcesserunt. Aurelianus templum Solis ædificat, Romam firmioribus muris vallat, Aurelianus cum aduersus Christianos persecutionem mouisset, à fulmine occiditur.

Romanorum XXIX. regnauit TACITVS menses VII.

Quo

Quo apud Pontum occiso, obtinuit FLORIANVS imperium dies 89 qui apud Tharsum interficitur.

Romanorum XXX. regnauit PROBVS annos VI. menses IV. Probus Gallias à barbaris occupatas, ingenti virtute restituit Probus Gallijs & Pannonijs vineas habere permisit. Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ vocatur Ferrata, occiditur.

ROmanorum XXXI. regnauit CARVS cum filio CARINO & NVMERIANO. Carus fulmine est mortuus. Numerianus ob oculorum dolorem cùm lectica veheretur, insidijs Apri soceri sui occisus est, vix fœtore cadaueris post aliquot dies comperto scelere. Carinus in prælio victus apud Murgum occiditur. *Caput* 41.

Romanorum XXXII. regnauit DIOCLETIANVS an: XX. qui primo pro scelere generum suum interfecit. DIOCLETIANVS in consortio regni sui Herculium Maximianum adsumit: qui rusticorum multitudine oppressa, qui factioni suæ Baccharidarum nomen indiderunt, pacem Gallijs reddidit. Carausius sumpta purpura Britannias occupauit. Narseus in Oriente bellum intulit. Achildis Ægyptum obtinuit. ob quæ Valerius Maximianus Cæsares assumuntur in regno. DIOCLETIANVS etiam affinitate coniungitur: & Constantius priuignam Herculei Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit; Gallerius filiam Diocletiani Valeriam; ambo vxores, quas habuerunt, repudiare compulsi. Carporum & Basternorum gentes in Romanum solum trãslati. Primus Diocletianus adorari se vt Deum iussit: vestibus, calceamentisque gemmas inseruit; cùm ante eum omnes Imperatores in modum iudicum salutarentur, & chlamydem tantum purpuream à priuato habitu plus

haberent. Post decem annos Britanniæ rebellantes, ab Asclepiodoro receptæ. Iuxta Lingonas à Constantio Cæsare sexaginta millia Alamannorum cæsa. Paulatim decimam illo tempore persecutionem aduersus Christianos incipiens prælio Galerius superior, Narseo, vxoribus, ac liberis, sororibusq; eius captis à Diocletiano ingenti honore susciptur. Thermæ Romæ à Diocletiano factæ. Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa Romæ triumphauerunt. Nouendecim annis Diocletiano regnante quatuor * Sedum cum populo, eodem iubente subuersi sunt: Secundo anno persecutionis Diocletianus & Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt. b Maximianus & Seuerus à Galerio Maximiano Cæsares facti. Constantius XVI. imperij sui anno diem obijt in Britannia.

b. Maximinus

Caput 42. ROmanorum XXXIII regnauit CONSTANTINVS XXX. annos, menses decem. Constantinus Bizantium ciuitatem mirę magnitudinis ampliauit, & glorioſe constructit: quam sui nominis Constantinopolim appellari iussit. Constantinus cum matre Helena Crucem Domini nostri Iesu Christi Hierosolymis inuenit, effectusq; est Christianus ab Helena. Crux Domini Hierosolymis fabricatur & stabilitur. Constantinus per signum crucis omnes gentes superat. Seuerus Cæsar à Galerio Carnoti cum Galliam regeret, imperator factus. Galerius Maximianus moritur. Constantinus filus Constantini Cæsar factus. Herculius Maximianus à filia Fausta detectus, quod dolum Constantino viro suo pararet, Massiliam fugiens occiditur. Galerius Maximianus moritur. Crispus & Constantinus, filius Constantini & Licinius adolescens Licinij Augusti filius, Constan-

Constantini ex sorore nepos c quem cum Crispus & Lactantius Latinis literis eruditiuit. Constantinus filius Constantini Cæsaris & Liciniæ filius crudelissime interficitur. Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt. Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt. Constans filius Constantini prouectus ad regnum. Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium literas mittit. Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicodemiensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat. Constantinus bellum parans in Persas in d Aquiloni villa publica moritur, anno ætatis suæ LXI. post quem tres liberi eius Consules à Senatu appellantur & Imperatores.

c al. quem Crisous & Lactantius in I eruditiuit. Corrige hunc mendosum locum ex Euseb. Chron.

d Ieronym. in Chron. Ancyrone. Vide Euseb. in vita Constant. 4. cap. 61.

Romanorum XXXIV. regnauerunt CONSTANTIVS CONSTANTIVS & CONSTANS annos XXIV. menses V. dies XIII. à quo multi nobilium sunt occisi. Sapor rex Persarum Mesopotamiam vastat, Nisibin obsidet. Dalmatius Cæsar quem patruus Constantinus consortem regni filijs dereliquerat, factione Cõstantij patruelis & tumultu militari interimitur. Ex hoc loco impietas Ariana Constantij regis fulta est. Carceribus & varijs afflictionum modis primum Athanasium Episcopum persecutus est------iuxta Aquileam à se occiditur. Vario euentu aduersus Francos à Constante pugnatur. Multæ orientis vrbes terræ motu horribili confederunt, Franci à Constante perdomiti, pax cum eis facta. Solis defectio. Bellum Persicum nocturnum apud b Signera, victoriam militum stabilitate perdiderunt. Neq; vero vllus Constantium ex nouem grauissimis prælijs contra Persas bellasse acrius conspexit. Nam vt alia omittam, Nisibis obsessa, Nicea & Amida captæ sunt. A quatuordecim millibus militum, sexaginta millia victa & capta.

leg. Constantinus iuxta Aquileiæ Alsam.

b Ieronym. in Chron Singarum in quo victoriam militum stolidi-tate perdidimus.

Caput 43. MAGNENTIO apud Augustodunũ arripiente imperium, constans haud longe ab Hispania in castro cui Helenæ nomẽ est, interficitur an. ætatis suæ xxx. Quamobrem turbata rep. VETRANIO Mursæ, NEPOTIANVS Romæ Imperatores facti. Romæ populus aduersus Nepotianum consurgit. Caput eius ablatum, multorũq; nobilium cædes interea fiunt. Magnentius Lugduni in palatio propria se manu interfecit. DECENTIVS frater eius quem ad tuendas Gallias Cæsar miserat, apud Senonas se laqueo suspendit.

Caput 44. GALLVS Cæsar sollicitatus à Constantio patrueli à quo in suspicione ob egregia facta habitus occidit. Siluanus in Gallia res nouas molitur: xxiix. die extinctus est. Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer ac Dionysius Caralitanæ & Mediolanensis Ecclesiæ Episcopi, Pangratius Romanus presbyter à Constantio damnantur exilijs. Antonius monachus cv. ætatis suæ anno moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre. cuius exitũ breui libello e explicuimus. Sarraceni in monasterium Beati Antonij irruerunt, Sarmatam interficiunt. Constantio Romam ingresso, ossa Andreæ Apostoli & Lucæ Euãgelistæ à Constantinopolitanis miro fauore suscepta. Paulinus Treuerorum Episcopus in Phrygia exulans moritur. Gratianus qui post Imperator fuit, nascitur. Hilarius cum apud Costantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit. Omnes pæne totius orbis Ecclesiæ sub nomine pacis & regis Arianorum consortio polluuntur. Gallia per Hilarium perfidiæ dolos damnat. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq; moritur, anno XLV. ætatis suæ.

e sunt verba S. Hieronymi in chron.

Ro

Romanorum xxxv. regnauit IVLIANVS anno vno, mẽsibus octo. Iuliano ad idolorum cultum conuerso, blanda persecutio fuit, illiciens magis quàm impellens. Multi ex Christianis voluntate propria corruerunt. Iulianus in Persas profectus post victoriam à contrarijs hostibus superatur; à suis conto ilia percussus interiit anno ætatis suæ xxvii. aal. 22 quod Corrigunt alii in 23.

POst quẽ Iouianus arripuit imperium, Romanorũ xxxvi. Regnauit, IOVIANVS mensibus 8. Iouianus necessitate compulsus Nisibeum & magnam partem Mesopotamiæ Saxoni regi Persarum tradidit. Iouianus in castris moritur anno ætatis suæ xxxiii. Post quem Valentinianus tribunus scutariorum apud Niceam Augustus appellatus est; fratrem Valentem apud Constantinopolim in commune assumit regni consortium. *Caput 45.*

XXXVI. Romanorum regnauit VALENTINIANVS. VALENS ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus Christianos persequitur. Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator factus. Apud Atrebates lana è cœlo pluuia mixta defluxit. Hilarius Episcopus Pictauiensis Pictauis moritur. Athanaricus Rex Gothorum in Christianos persecutione commota plurimos interfecit. Eusebius Vercellensis Episcopus moritur. Valentinianus in Britannia antequam tyrannidem inuaderet oppressus est. Saxones cæsi Diouione in regione Francorum consederunt qui superfuerunt.

IN illo tempore Burgundionum lxxx. ferè millia, quot nunquam antea nec nominabantur, ad Renum descenderunt, & ibi castra posuerunt, quasi burgo vocitauerunt, & ob hoc nomen acceperunt *Caput 46.*

Burgundiones: ibiq; nihil aliud præsumebant, nisi quantum pretio ementes à Germanis eorum stipendia accipiebant. *Et* cum ibidem duobus annis resedissent, per legatos inuitati à Romanis vel Gallis qui Lugdunensium prouinciæ & Galliæ domita cisalpina vt tributarij, publice potuissent renuere. ibiq; cum vxoribus & liberis visi sunt consedisse. Valentinianus subita sanguinis eruptione, quod Græci apoplexiam vocant, Briuione percussus moritur.

vicioſus locus in vtraq; m.ſ.

Caput 47. POst quem GRATIANVS assumpto in imperium Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat. Valens legem dat vt monachi militarent: nolentes iussit interfici. Alamnnorũ xxx. circiter millia apud Argẽtariam oppidũ Galliarum ab exercitu Gratiani prostrata.

Caput 48. GEns Hunorũ *G*othos vastat, qui à Romanis, sine armorũ congressione susceptι, per auaritiã Maximi ducis, fame ad rebellandũ coacti sunt. Superatis in cõgressione Rom. Gothi fundunt in Thracia. Valens de Antiochia exire compulsus Christianos de exilio reuocat. Lachrymabile bellũ in Thracia, in quo deserẽte equitum præsidio, *R*omanæ legiones à *G*othis vsq; ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Imperator Valens cum sagitta facius fugeret, & dolore nimio sæpe ab equo laberetur, ad cuiusdã villulæ casam deportatus est, quo persequentibus barbaris, & incensa domo, sepultura quoq; caruit.

Caput 49. Recapitulatio. a. al. mille CXXXI. bal. 427.

AB vrbe condita vsq; ad extremum huius operis an. fiunt *a* mille xxxi. hoc modo sub regibus an. ccx l. sub consulibus anni cccclxiv. Sub Augustis & Cæsaribus an. *b* ccccxvii. à xv. *T*iberij anno & prædicatione Domini nostri Iesu Christi. *A* secundo anno Da-

Darij Regis Persarum, quo tempore templum Hierosolymis restauratum est, anni nongenti sexaginta nouem. Ab Olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Isaias prophetabat, anni 655. A Salomone & prima ædificatione templi anni 1311. A Moyse & Cecrope primo rege Atticæ anni 1890. ab Abraham & regno Nini & Semiramidis an. 2314. à diluuio autem vsq; ad Abraham supputantur anni 2212. & fiunt ab Adam vsq; ad XIV. Valentis & Valentiniani iterum omnes anni 5588. Et quia deinceps varietatibus temporum & incursionibus barbarorum ita cuncta mixta sunt vt gestorum veritas, quæ historiæ inserere possit, ad plenum reperire non potest. cal. 942

IDACIVS seruus Domini nostri Iesu Christi, vniuersis fidelibus, in Domino nostro Iesu Christo, & seruientibus sibi in veritate Salutem. Caput 50. Conclusio libri.

Probatissimorum in omnibus virorum studio, quos præcipue in fide catholica & conuersatione perfecta, testes veritatis diuini cultus docet assertio, hucusq; à sancto Hieronymo, & ipso (sicuti in capite istius voluminis præfatio prima declarat) cognomine Eusebio historia in aliquantis Hispaniarum prouincijs descripta retinetur. Cui si quid postea subdidi in locis, quibus decuit, certo stili studio declaratur. Verum ad hæc ignarus indignissimus omnium seruorum Dei IDACIVS seruus Iesu Christi Domini nostri, quæ sequuntur ab anno primo Theodosij Augusti, vt comparet, descripsi, breui ante factæ præfationis indicio.

COL-

COLLECTIO

HISTORICA CHRONOGRAPHICA

ex

IDACIO.

COLLECTORE

Quodam Gallo Carolo, Magno compar.

*INCIPIT LIBER CHRONICÆ TERTIVS.

*Hic titulus est in vno manuscripto: in altero m. s. non est distinctio, sed capita continuantur.

CAPVT I.

ROMANORVM XXXVII. THEODOSIVS post Gratianum regnat annis XVII. Theodosius natione Hispanus a prouinciæ Galileæ ciuitatis. A Gratiano Augustus appellatur. Inter Romanos & Gothos multa certamina conseruntur. ---- Theodosius II. anno regni sui Augustus appellatur. III. regni Theodosij anno Athanarius rex Gothorum Constantinopoli XV. die à quo à Theodosio fuerat receptus interijt. IV. regni Theodosij anno in fœda Romanis pace se tradunt. Martinus in Gallijs Turonicæ Episcopus, & vitæ meritis & patratis virtutum miraculis virtutum insignis

a. al prouincia Gallia ciuitatis. corrigo ex Zosimo lib. 4. *natus Caucæ Galleciæ ciuitate.*

Scio ab Marcellino in Chr. patriam eius vocari Italiam.

insignis habetur. Theodosius quinto regni sui anno ARCADIVM filium suum Augustum appellans, consortem regni sui fecit esse. In VI. regni Theodosij anno HONORIVS filius nascitur. VII. an: regni *T*heodosij *b* Graotingorum gens à Theodosio superatur. *X*I. anno *T*heodosius regni sui Romam cum filio Honorio ingressus est, legesq; *R*omanorum integra emendatione edidit. XIV. regni sui anno Valētinianus iunior, apud *V*iennam *c* scelere Comitis Arbogastis occiditur. *X*VII. anno *T*heodosius Metropoli Mediolano defunctus est anno regni sui XVII. à Romanis in *E*cclesia sancti Laurentij sepultus est.

b. al. Grantingorum.

c. al. stere fort. austeritate vt aliqui legunt.

Caput 2.

ROMANORVM *X*XXIIX. Arcadius & Honorius filij *T*heodosij defuncto patre regnauerunt annis *X*xx. Anno octauo regni eorum *T*heodosius Arcadij filius nascitur. Anno vndecimo regni *A*rcadij Martinus Episcopus *S*piritu sancto plenus & vir Apostolicus transit ad Dominum carne deposita. Cuius vitam & mirabilia quæ fecit, Seuerus, vir summus, discipulus ipsius, qui & Chronica[a], alia quàm hæc sunt, ab initio Generis aperitissime scripsit.

a. al pernicio-sissime.

Anno *X*v. regni *A*rcadij & Honorij *A*lani, VVandali & Svveui Hispanias ingressi sunt tertio Idus Octobris Honorio & *T*heodosio Arcadij filijs consulibus Alaricus rex Gothorum Romam ingressus. Cum intra extraq; vrbem cædes agerentur, omnibus indultum est, qui ad Sanctorum limina confugerant. *P*lacidia *T*heodosij filia, Honorij Imp: soror à Gothis in vrbe capta est. *A*laricus moritur; cui *b* Ataulfus succedit in regno.

b al. Aistulfus.

Anno XVI. imperij Honorij debacchantibus per Hispanias barbaris, pestilentiæ malo in vrbe; opes conditas &

substantiam tyrannicus exactor diripit, & fames dira grassatur, vt humanæ carnes ab humano genere præ fame fuerint deuoratæ; matres quoq; necatis, vel coctis natorum suorum sint pastæ corporibus peste occisorum. Gladio, fame, pestilentia bestiarum infestatione interimuntur homines. His quatuor plagis ferri, famis pestilentiæ, & infestationis bestiarum vbiq;, in toto orbe sæuientibus, prædictio à Domino per Prophetas suos annunciantes implentur. *c* Anno XVI. Honorij regni Galliciam VVandali occupant, & Svveui in extremitate succedunt. Alani Lusitaniam & Carthaginensem prouincias, VVandali cognomento Silingi Boeticas sortiuntur. Constantinus post triennium inuasit tyrannidem & ab Honorij duce *d* Constantio Narbonæ occiditur. *e* Iouianus & Sebastianus tyranni ab Honorij duce Narbonæ interfecti.

c al. anno 15.

d al. Constantio in Galitia occiditur. Vide Sozom 9. cap. 15. & Ortteli. Sinonymiam geograph in Narbona.

e Oros & alii Iouinum vocant.

Anno XX. imperij Honorij Aistulfus apud *f* Narbonam Placidiam duxit vxorem: in quo prophetia *g* Danielis putatur impleta, vt ait, filiam regis Austri sociandam regi Aquilonis, nullo tamen ex ea semine subsistente.

f Paul. Diac. lib. 13. ponit Forum Cornelii.

g Dan. 11.

Anno XXII. imperij Honorij Ataulfus à Patricio Constantio compellitur, vt relicta Narbona, Hispanias peteret. A quodam Gotho *h* Barcinola iugulatur: cui successit VVallia in regno. Cum Patricio Constantio pax mox facta, Alanis & VVandalis cognomento Silingis, in Lusitania & Boetica sedentibus aduersatur. Constantius Placidiam duxit vxorem. Fredibaldum, regem gentis VVandalorum, sine vllo certamine ingeniose captum, ad Imperatorem Honorium destinat.

h Barcinone ait Oros. 7. c. 43 cum cuius chronologia noster conuenithic. Vide Baron. tom 5. an 414. 1.

Anno XXVII. Honorij regni VVandali per Boeticam à VVallia plurimi sunt extincti. Alani adeò cæsi à Gothis, fortiter *i* vallato Addachet rege ipsorum, pauci qui superfuerunt, oblito regni nomine Gunderico regi VVandalorum, qui in Gallijs residebat, se patrocinio subiugauerunt.

i al. vallati ad Dacher regem

runt. Gothi ſedentes in Aquitania *T*oloſam ſibi ſedem eligunt. à mari inter Rhenum & fluuium Rodanum per *L*igerim fluuium vſq; Oceanum poſſident. VValliæ regi eorum defuncto Theudericus ſuccedit in regnum.

ipſorum pauci quiſuperfuerunt venerunt oblito regni nomine Gundenico &c.

Anno *X*xv imperij Honorij inter Gundericum VVãdalorum & Hermenricum *S*vveuorum regem bellum ortum eſt. *S*vveui in Neruoſis montibus à VVandalis obſeſſi. Valentinianus Cõſtantij & *P*lacidię filius naſcitur. VVandali *S*vveuorum obſidione dimiſſa, relicta Gallicia ad Boeticam tranſierunt. Honorius apud Rauennam Conſtantium conſortem regni facit. Conſtantius Imperator Rauennæ moritur in ſuo tertio conſulatus anno.

k An: xxviii. imperij Honorij Caſtinus magiſter militũ magna manu in auxilijs Gothorũ bellum Bœticę VVãdalis infert: quos cùm ad inopiã obſidionis arctaret & tradere ſe pararent, inconſulto, publico certamine confligẽs, auxiliatorũ fraude decept⁹, *T*erragonas victus fugit.

k al. anno 89.

Trigeſimo Honorius imperij an: *l* Rauennæ moritur.

l Paul. Diac. ait Romæ mortuum.

Romanorum Xxxix. *T*heodosivs Arcadij filius poſt obitũ Honorij patruelis monarchiam tenens imperat annis tribus & decem annis. Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ Placidiæ filium *C*onſtantinopoli Cæſarem facit; quem contra Ioannem *T*yrannum mittit: à ducibus ſuis *m* Rauennæ occiditur. Felix *P*atricius coronatur. Valentinianvs Cæſar Romæ Auguſtus appellatur anno Xviii. *T*heodoſij. Gundericus rex VVandalorum capta Hiſpali cùm inſidias *E*cclesiarum intenderet, mox Dei iudicio correptus interijt.

m. de Ioanne Rauennæ occiſo Socrat. 7. cap. 23.

Caput 3.

GVI Gaiſericus frater ſuccedit in regno: An. vno regnauit. Gaiſericus rex VVandalorũ cunctaq; eorũ familia Mauritania in Affricã tranſijt, interfecto *E*rmengario rege Svveuorũ, iniuriam *S*ãctę *E*ulalię in eodem ac ſi nolens vlciſcitur. Conſederunt VVandali in Boetica an: Liv.

NB.

n numeri sequentes sunt corrupti. ego ex fide m.s. do. tu corrige.

Septimo *n* ann. imperij Theodosij Aëtius, Dux vtriusq; militiæ. Sueui initam cum Gallis pacem libera sibi occasione conturbant.

Anno IIX. regni Theodosij Aëtius, Dux vtriusq; militiæ, Patricius appellatur.

Anno X. regni Theodosij Burgũdiones qui rebellabant Romanis, à Duce Aëtio sunt perdomiti.

Anno XIII. regni Theodosij ab Aëtio Duce & magistro militum, Burgundionum cæsa sunt viginti millia, Gothorum qui eis auxiliauerunt octo millia.

o al. Richildã.

Anno XIV. regni Theodosij Svveui cum parte plebis cui aduersabantur, pacis iura confirmant. Emenricus Rex Svveuorum morbo oppressus *o* Richilã filium suum substituit in regno, Boeticæ fluuio Gothi prostrauerunt, auri argentiq; opibus occupatis. Carthago magna fraude decepta. Bellum Gothicum sub Theodorico rege apud Tolosam Littorius Dux Romanus *p* cum auxilijs Hunorum manu magna irruens, cæsis parte plurima suis, ipse vulneratus, à Gothis post dies paucos capitur & occiditur. Geisericus Rex Svveuorum multas in sacerdotibus fecit strages. Richila Rex Svveuorum qui Geiserico successerat, Emeritam ingreditur.

p Vide Baron. tom. 5. an. 439. 16.

Anno XXIV. regni Theodosij Solis facta defectio. Richila Rex Svveuorum Emeritæ gentilis moritur: cui mox filius suus Richarius succedit in regno. Agilulphum Gothum nobilem *q* Hispali Cæsarius Comes iugulat. Richarius rex accepta in coniugium Theodora Gothorum regis filia Gvvasconias deprædatur.

q al. vitiose: ininpletum Cæsaris iussu.

Anno XXVII. regni Theodosius moritur Constantinopoli anno ætatis suæ XLIX.

Post

POst quem XL. MARTIANVS à militibus & ab exercitu, instante etiam Pulcheria sorrore Theodosij, regina, efficitur & ipse sublimatur in regno, eãque Valentinianus in r coniugium assumpsit. Valentinianus & mater Placidia moriuntur Romæ. In Gallia terræ motu facto, tertia feria post Solis occasum ab Aquilone plaga è cœlo ruens quasi ignis & sanguis efficitur. *Caput 4.*

r corrig. consortium, imperii scilicet.

GEns Hunorum pace rupta in Gallias irruit. quos cum Aëtius Patricius venientes comperisset, sanctum Anianum Aurelianensem Episcopum ad Theodorum regem Gothorum in legationem dirigit, petens auxiliare contra Hunos subsidium: & si superaret, mediam partem Galliæ Gothis daret. Cùm à Theodoro rege huius petitioni annuẽte auxilium fuisset promissum, Aëtius legatos mittens ad Attilã regem Hunorum, obuiã petens auxilium contra Gothos, qui Gallias putabantur inuadere: si prævalerent Huni contra Gothos, medietatem Galliæ ab Aëtio perciperent. Attila Rex cum Hunis festinans & parcens ciuitatibus Germaniæ & Galliæ, contra Gothos super Ligerim fluuium, non procul ab Aurelianis confligit certamine. Cæsa sunt Gothorum ducenta millia. Theodorus rex hoc occubuit prælio. Cæsa sunt Hunorum centum quinquaginta millia. Ciuitas Aurelianis orationibus Beatissimi Aniani liberata est. Huni repedantes Trecassis in Mauriacensi consederunt Campania. Thorsimodus filius Theodori, qui ei successit in regnum, collecto Gothorum exercitu, patrem vlcisci desiderans, cum Attila & Hunis Mauriaco confligit certamine, ibiq; tres dies vtræq; phalanges inuicem præliantes: & innumerabilis multitudo gentis occubuit. Aëtius cum esset strenuissimis consilijs, per noctem ad Attilam veniẽs, dixit ad *Caput 5.*

cum, optabilem duxeram, vt tua virtute regionem hanc à perfidis Gothis potuissem eripere; sed nullatenus fieri potest: cum vsque nunc cum minimis pugnatoribus prælias, hac nocte Theodericus germanus Thorsimodi cum nimia multitudine & fortissimis Gothorum pugnatoribus aduenit: hæc non sustines. atq; vtinam euadere possis. Tunc Attila dedit Aëtio decem milia solidorum, vt per suum ingenium Pannoniam repedaret. Ipsaq; nocte Aëtius ad Thorsimodum pertexit, dicensq; ei causam consimilem: quod apud viles Hunorum pugnatores vsq; nũc pugnauerit; nam maxima multitudo & fortissimi pugnatores à Pannonijs ipsa nocte ad Attilam venerat, & audissent fratrem suum Theodericum maures Gothorum occupasse, regnumq; velle arripere: nisi festinus ad residendum pergeret, periculum adeo grande haberet. Acceptis idemq; Aëtius à Thorsimodo XM. solidis, vt suo ingenio à persecutione Hunorum liberati Gothi ad sedes proprias remearent. Protinus abierunt. Aëtius vero cum suis etiam Francos secum habens, post tergum duxerat Hunorum quousq; ſ Toringia à longe prosecutus est; præcepitq; suis, vt vnusquisq; nocte vbi manebat, decem spatim focos facerent, vt immensam multitudinem simularẽt. Quieuit hoc prælium Aëtij consilio Gallia ab aduersarijs liberatur. Postea cum r à Thorsimodo regi & Gothis hæc factio perlata fuisset, requirente promissionem Aëtij implẽdam; & ille renueret, per pacis iura orbiculum aureum gẽmis ornatum, pensans libras quingentas, ab Aëtio compositionis causa transmittitur Thorsimodo: & hæc iurgia quieuerunt: quæ species deuotissimè vsq; in hodiernum diem Gothorum thesaurus pro ornatu veneratur & tenetur.

ſaï. Turingia.

r à Gothis.

Anno

Anno u tertio Principis Martiani Huni in Italiam irruunt, eamque deprædantur aliquantis ciuitatibus direptis, diuinitus partim fame, partim morbo, partim plagis cœlestibus finiuntur, iussu Martiani ab Aëtio duce cæduntur, in sedes suas coacti reuertũtur: & mox *Attila* moritur. Thorsimodus Rex Gothorumà *Theudorico* & Friderico fratribus interficitur. Cui *Theudoricus* successit in regno.

u al. secundo.

Tertio regni anno Principis Martiani regina moritur Pulcheria. *Aëtius* Dux & patritius fraudulenter Valentiniani Imperatoris manu propria occiditur.

Septimo regni anno Princeps Martianus per duos barbaros familiares Valentiniani occiditur. Post quem mox x Maximianus ex consulibus, XLI. *Romæ* Augustus appellatur. Qui cum Imperator factus relictam Valentiniani sibi duxit vxorem. Maximianus quarto regni sui y mẽse vrbe *Romæ* tumultu militari occiditur.

x alij Maioriannum vocant. y corrige: an si de Maioriano intelligas, scioá quibusdã hic ponit Maximum tyrannum qui post duos mẽses peremptus: de quo forte, noster.

In ipso anno Auitus Gallus ab exercitu *Gallicano*, primo Tolosæ, dehinc apud *Arelatum* Augustus appellatus *Romam* pergit.

Caput 6.

ROmanorum XLI. Marcianus quarto iam regni sui ann. obtenta monarchia per Auitum *Gallum*, qui à Romanis euocatus & susceptus fuerat imperator. Legati à Marciano pro z vnanimitate mittuntur imperij *Gaisericus* sollicitatus relicta Valentiniani a & malam famam dispergit, priusquam Auitus Augustus fieret *Romã* ingreditur, ditatusq; opibus Romanorũ Carthaginem redit, relictam Valentiniani & filias duas & Aëtij filium *Gaudentium* secum ducens. *Syveui* Carthaginens. regio-

z m. s. animicitate.
a al. malum fame.

regiones quas Romanis reddiderant, deprædantur. Martianus & *Auitus* concordes principatu Romano vtuntur imperio. Svveui *Targonenſem* prouinciam vaſtãt. Theudoricus rex poſt irritam fidem imperij in *Svveuos* legatos mittit vt ſe à prouincijs, quas inuaſerant, remouerent. Conſilio & conſenſu *Auiti Imperatoris Theudoricus* rex contra *Svveuos* mouit exercitum & in *Targonenſem* Campaniam ſuper *b* Vrbicam fluuium cum Richario rege Svveuorum confligit certamine, plurimisq; Svveuis extinctis, ipſo rege *c* placito in Gallicias fugaciter fecit adgredi; ipſoq; in itinere *Theudoricus* cum Gothis qui in Hiſpania conſidebant captiuitate vaſtauit, & multas diripit ciuitates; ſanctasq; baſilicas effringunt; Richarius ad locũ vbi *d Portegale* appellatur profugus redit, à Theudorico captus ducitur & in cuſtodiam redigitur. Svveui oblito regno ſe tradunt Theudorico, ibique regnum eorum deſtructum eſt. Auitus *Imperator* legatũ ad *Theudoricum* cũ ſacris muneribus mittit, nuncians in Corſica cæſa multitudine VVandalorum, *Auitũ* de Italia ad Gallias *Arelatem* ſeceſſiſſe. Orientalium naues Hiſpalenſes veniẽtes per Martianũ exercitum cæſum nunciãt. Occiſo Richario rex *Theudoricus* de Gallicia ad Luſitaniam venit. Svveui denuò regem Maldra ſibi conſecrant. *Theudoricus Emeritam* deprædari molitur. Auitus III. anno quàm à Gothis & Gallis factus fuerat Imperator, caret imperio, Gothorum promiſſis deſtitutus & auxilio, caret & vita. VII. anno imperij ſui moritur.

b. al. Vrbeam.

c. al. rege placatu, locus corruptus eſt.

d al. Portugale.

Caput 7.

ROMANORVM XLII. MAIORIANVS in Italia, & Conſtãtinopoli LEO Auguſti appellantur. *Theudoricus* aduerſis ſibi nuncijs territus mox poſt dies Paſchæ de *Emerita* egreditur Gallias repetens, partem

tem ex ea quam habebat multitudinem variæ nationis, cum ducibus suis ad campos Galliciæ dirigit: qui dolis & periurijs instructi, ad *S*vveuos, qui remanserant, iussam sibi expeditionem ingrediuntur pace fucata solita arte perfidiæ. Nec mora: illis cedit multitudo Romanorum: sanctæ effringuntur *E*cclesiæ, omnis ornatus & vsus auferetur, *E*piscopi, Clerici captiuantur, domus dantur incendijs. Agilulfus dum regnum Svveuorum sperat, *P*ortugali moritur. Svveui in solitam perfidiam versi, regionem *e* Galliæ adhærentem fluuio Durio circa littora remanentes deprædantur. Gothicus exercitus duce suo Cyrola à Theudorico rege in Hispanias missus succedit ad Boetica. Theudoricus duce suo *f* Semnerico exercitus sui aliquantam partem ad Boeticam dirigit. Cyrola reuocatur ad Gallias. *S*vveui Lusitaniam cum Maldare rege & alij cum Richmundo *g* Gallias deprædantur. *h* Alxeroli ad Boeticam pertendentes. Maldras germanum suum nomine fratris interfecit, & *P*ortogali castrum inuadit. Legati à Maioriano Augusto & Theudorico, pace inter se inita, ad *S*vveuos & V Vandalos diriguntur.

e. al. Galliciæ.

f al. Sunerico

g al. Gallicias
h al Aëroli. vocant alii Verulos.

Anno Iv. regni Maioriani Maldras rex iugulatur mense Maio. Maiorianus imperator Hispanias ingreditur, ad Carthaginensem prouinciam pertendens: naues ad trãseundum aduersus VVandalos præparare iubet, quas VVandali subripiunt. Maiorianus Imperator sua ordinatione frustrata ad Italiam repedauit. Gothicus exercitus à *S*unnarico & Nepotiano Comitibus vertitur. Svveuos deprædantur. A *T*heudorico legati ad *S*vveuos veneniunt & recurrun, à Theudorico legati ad gentes, pace postulata & obtenta reuertuntur.

Anno V. Maioriani regnum Gaisericus rex à Maioriano Imperat: per legatos postulans. Maioriano de Gallijs ad Romam redeunte Romano imperio vel res necessari-

i forte Seueri fraude Vide Marcellin & Cassiodor. cap. 8.

as ordinante, Richimeris Svveuorum consilio, *i* Sultus fraude interficitur.

Romanorum XLIII. SEVERVS à Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperio Leonis quinto k Atrapennus Galliarum Comes & ciuis inuidus Ægidio insignis inimicus----- Gothorum fœderatur. Narbona traditur Theudorico. Mense Iulio in Gallicia coruscatione villæ exustæ, & greges ouiũ concremati, carnes concisæ, pluuiæ de cœlo mixtæ cadunt: duo adolescentes carne inuicem solidati adhęrentes sunt mortui. In *l* Armenia prouincia Fridericus frater Theodorici regis insurgens cum his, cum quibus fuerat, superatus tunc occiditur. Luna XV. tunc conuersa est in sanguineam speciem. Luna V. Sol ab hora tertia vsq; ad horam nonam obscuratus est. Vvandali per Marcellinum in Sicilia cęsi effugantur. Ægidius Comes veneno perijt.

k. alii vocant Attabenum.

l. al. Marmonicana.

Romanorum XLIV. regnat ANTHEMIVS. Romæ Augustus appellatur. Anno octauo Leonis imperij expeditio ab Africa aduersus Vvandalos ordinatur. Per Theudoricum Salla legatus mittitur (ad) *m* Remundum Regem Svveuorum; qui reuersus eum à fratre suo Theodorico nunciat esse interfectum. Gothi qui ad Vvandalos missi fuerant *n* supradictæ expeditionis rumore perterriti reuertuntur. Conembra ciuitas in pace decepta domibus destructis cum aliqua parte murorum, habitatores capti atq; dispersi, & regio desolatur & ciuitas.

m. al. Renusmundum.

n al. supradictæ expeditione Romanorum.

Anno 11. Anthemij in medio Tolosæ ciuitatis sanguis erupit de terra & tota die fluxit, significans Gothorum dominationem sublatam, Francorum aduenientę regno. Exercitus Leonis aduersus Vvandalos cum tribus ducibus descendit. Richimeris gener Anthemij Imperatoris & patricius factus adfatim degradatum ad priuatam vitã filio eius occiso. Aduersus Romanorum imperium *o* cõuentiq;

Locus corruptus.
o conuenti

uentiq; sunt Vvandali consolentis Gothi eodem tempore legati desæuiunt, partem etiam Lusitaniæ deprædantibus Richimundo cum Svveuis ad Imperatorem transeunte. Durissimus extra solitum hoc eodem anno imber hyemiæ & æstatis, autūniq; fructuū mutatione diffūditur.

quærunt Wandali consulentes Gothos eodem tempore hostes ligaque desæuiunt.

Temporibus Imperatoris Honorij regnum Gothorū post captam Romam bifaria diuisione partitur; & qui in Italia cōsederunt, ditioni imperij se tradūt: reliqui Aquitania prouincia, ciuitate Tolosa eligentes sedem, Regem eligunt Ataulfum; postea, vt supra gesta cōfirmant, à Gothis regnatum est; in his vero qui in Italia considentes, Romano pertinebāt imperio, Theodoricus natione Macedo permissu Leonis Imp. principatum assumpsit, sicut huius lib. gesta testātur. Nā ille alius Theudoricus Theodori regis filius natione Gothus fuit. Natiuitas Theodorici regis ex genere Macedonū ita fuit, qui in Italia Gothis & Roman. regnauit. Idacius patritius & vxor eius Eugenia cum sine liberis essent, & habuerunt in ministerio creditorium sibi puerum nomine Theodorum & puellam nomine Liliam: quos cum comperissent diligentes se, coniugium ꝑmiserunt copulare; erantq; ambo natione Macedones, vnde parui captiui erant adducti. Eugenia iussit puellę cū ad viri coitū accesseris, quodcūq; eadem nocte sopore somnij visaueris, mihi in crastino narrare nō sileas; quia creditur veritate subsistere, q; nubentes prima nocte visauerint, Qui cū coniugati eadē nocte fuissent, vidit puella somnium, q; natus illi fuisset arbor exiliēs de vmbilico ventris tam excelsa, q; nubes penetraret. Narrauitq; viro somnium, iussionem dominę suę & visionem quā viderat: dixitq; ad eā vir suus, cùm steteris in cōspectu dominę tuę eo q; sine liberis est, sic dices ad eā, Visaui hac nocte equū & equā, ambos pulcherrimos cunctorū & comam nimia pulchritudine habētes: sequebatur eos tertiꝰ equꝰ paruulꝰ eorū cōsimilis & ambulabāt in domo dominorum meorū

Eadem Aimo. in lib. 1. de gest. Franc.

Caput 10.

Quod cum dixeris, inuenies gratiam in conſpectu eius. Surgenſq; Lilia, omnia ſicut vir præceperat, protinus nũciauit dominæ ſuæ. Eugenia cum audiſſet viro narrat: putauerunt liberum eſſe futurum repleti gaudio Theodorũ & Liliam liberos eſſe iuſſerunt, & per tabularum ſcriptionem firmantes etiam rebus plurimis ditauerunt. Conceptum Lilia peperit filium nomine Theodericum; qui diligenter nutritus eſt: Idacio & Eugeniæ pręſentatur cum puero quem ſecum eſſe iuſſerunt, tanto eum amplectẽtes amore, vt ipſum ſibi adoptarent in filium. Creſcenſq; puer decorus valde cubitũ ſuper aliorum ſtaturã effectus eſt, prudẽs & fortis valde. Defuncto Idacio & Eugenia præcepto Imperatoris Leonis Theodoricus iuſſus eſt militare, duodecimq; an. militiã agens tantę fortitudinis & ingenij
pal. poſtremũ, prælia geſſit, primum vt ab omnibus ſenatoribus pallatij vehementer diligeretur. ℘ Poſt triennium ſagaci inuidiæ morbo aduerſus eum dolore fremebant, inueſtigantes, quali iuſſu Imperatoris interiret. Ptolomæus quidam ex ſenatoribus huius conſilij tacitus contrarius vehementer, cum Theoderico amicitias iniens, vſq; diem obitus cuſtodiuit. Gothi poſtquam Romam vaſtauerunt, & terram Italiæ poſſederunt, ſeditioni Imperatoris Leonis ſponte nei tradiderunt..... ab Odoagro rege & Erolis & reliquis vicinis gentibus aſſidue vaſtarentur, per legatos Leonem Imperatorem poſtulauerunt, vt Theodericum eis inſtitueret patricium, vt per ipſum aduerſariis reſiſterẽt. Quod Leo Imperator clementer annuens, cum conſenſu ſenatus Theodericum Romam direxit: qui à Romanis ſeu Gothis patriciatus honore glorioſe ſuſceptus eſt, & cum Herolis plurima prælia geſſit. Nam quadam die cum apud Odoacrum regem & Herolos Theodericus cum Gothis prælium concitaſſet, Theodericus fugiens cum ſuis Rauennam ingreſſus eſt: ibiq; mater ſua Lilia obuiam veniẽs incre-

increpans eum dixit, Non est vbi fugias, fili, nisi vt leuem vestimenta mea, vt ingrediaris vterum de quo natus es. Quod ille audiens nimium confusus, cum suis quos potuerat reperire, plus mori volens quam viuere, obuiam Odoagro & Herolis exiuit. Qui cũ eis imparatis & dispersis obuiasset, tandem cum paucis eos superat: resumptis viribus Gothi se colligentes persequũtur Odoacrum: quem cum vxore & liberis vinctum interfecit; gẽtemq; & regnũ Herolorum deleuit. Quod cum perlatum Leoni Imperatori fuisset, & senatus sæpius suaderet, vt Theudericum deleret, præcepit eum ad se venire: Theudericus collectis secum vtilissimis pugnatoribus Gothorum, armatusq;, vt quinobilis erat vtrinq; duodecim millibus tantum euectu nauali quasi obediens in occursum Leonis Imperatoris Constantinopolim venit. Amicus eius Ptolomæus nullo ingenio scire poterat, qualiter eidem res, quæ agebantur, narraret, nisi tantum in consilia prudentissime & subtili ordine, qui Theoderico erant contrarij destruebat. Decretum Imperatoris Leonis & senatus erat, vt cum in palatium ingrederetur, à cunctis membratim & separatus à suis interficeretur. Consilio Ptolomæi amici sui de hoc periculo liberatur, dicentis ad Imperatorem, Non est vtile gloriæ tuæ, vt homo ille sic fraudulenter interficiatur, ne dictum sit à suis qui cum eodem venerunt, quod non publice eum potuissetis interficere, nisi ingeniose separatum à suis. Sed iube eum vinctum tenere, & mittantur seniores senatores ad castra Gothorum foris ciuitatẽ, narrantes eis, qui cũ Theoderico venerunt, offensionẽ Theoderici & iram glorię tuæ, eo q; dignus est morte; ipsi decernant, vtrum capite truncatur, an bestijs deuorandus tradatur. Cumq; placuisset consiliũ Ptolomæi, transmissis quinq; senatoribus, qui præerant cæteris, & Ptolomæus cum ipsis hæc verba Gothis nuncianda. Ibiq; Ptolomæus secretissi-

me mittens puerum, nuncians Gothis, vt cum ipſe & reliqui ſenatores eis verba hæc narranda accederent, eos Gothi cingerent & ligarent, imperatori mandantes, niſi dominum noſtrum Theodoricum viuum & ſaluum nobis redderet & ſacramentis firmaret incolumes nos cum ipſo remeare permittat, ſenatores hos interficimus, & aduerſus ciuitatem hanc qua virtute poſſumus præliabimus. Quod cum cõſilio Ptolomæi fuiſſet impletũ, Theodoricus vinctus in palatio tenetur, & Ptolomæus cum ſocijs itemq; vinctus ſub eiuſmodi ordine tenetur à Gothis. Vellet nollet Imperator Theodericum ſanum Gothis reddidit. Inſuper promittens eum cum ſuis incolumem patriæ remeare. Saluatus Theodericus conſilio Ptolomæi, regreſſus Romam Auaris bellum intulit; plurimæ ſtrages vtrinq; factæ: Huni Italiã inundantes Theodericũ & Gothos ſuperant, plurimas ciuitates Italiæ vaſtant. Tandem Theodericus reſumptis viribus irruit ſuper Auaros, quos victos Pannoniã in fugam dirigit: quos cum ſequeret finibus in Pannonię nõ eſt auſus ingredi; ibiq; tũ caſtra locauit, cũ quatuor pueris in equis ſedentibus extra caſtra ſibi quintus egreſſus eſt, vt pręuideret, ne forte Auari denuo aduerſus ipſum inſurgerent. Cùm iã procul à caſtris eſſet, Auar, nomine Xerſes vtiliſſimus cunctorũ ſinguliis ad pręuidẽdum Theodericũ, cum caſu ei obuiaſſet & à Theoderico conſpectus fuiſſet, miſſi à Theoderico tres viri bellatores, vt eum aut viuum caperent, aut interficerẽt. Quos Auar fugam fingens, ſingillatim interfecit. Denuo Theodericus alios tres viros ad ipſum capiendum direxit, qui iterum ab ipſo interfecti ſunt. Poſtea Theodericus ſingulare certamen cum Auare iniuit; quẽ conto in brachium percuſſit: diutiſſime inuicem cum equis girantes, à Theoderico Auar ſuperatus eſt. Quem vinctũ Theodericus ſecum ducit ad caſtra: quem cũ cognouiſſet fortiſſimum

eſſe

esse in bello, verbis & blanditijs ei suadebat, vt suo sacramento fidem Theoderico promitteret, & eũ postea multis muneribus Theodericus ditaret. Quod Auar Xerses nomine vehementer renuens, fidem promittere noluit, nisi ad terram suam cupiens remeare. postea minis & diuersis afflictionibus à Theoderico coactus est: sed tamen eius imperiũ denegans, fidem penitus promittere noluit. Cumq; vehemẽter renueret, permisit eum Theodericus ad patriam remeare. Natans cum equo p fluuium Istrum, ait, Liberatus sum ab dominatione tua: libero me arbitrio esse cognosco: nihil super me est tua potestas: reuertar ad te, eroq; tibi fidelissimus cæteris. Quem Theodericus multis opibus ditans, cunctis dilectissimũ habuit: & cũ plura prælia cum VVandalis & Svveuis cæterisq; gentib⁹ habebat, eũ semper proximũ & fortissimum prælianté suæ custodię in agminibus cognoscebat, ideoq; à Theoderico vehementer dilectus est. Cũq; vtilitas Theoderici & prælia quæ gesserat, perlata ad aulã Imperatoris fuissent, Leo Imp. iussit eum denuo venire, consilio senatus, vt tractatũ perficerent, quem de ipso inierãt. Iuramento senatores constringit, vt huius consilij nullus proditor esset: & si quis agnitus esset capite puniendus esset. Tunc Theodericus dirigens secrete puerũ ad Ptolomęum, inquirens quæ suæ vtilitati proficerent; aut veniret, aut forsitan oporteret renuere. Ptolomæus his verbis secretissime dixit ad puerũ, Nihil penitus Theoderico remando, hodie dies festus est, iussione Augusti omnes senatores in aula imperij discũbent ad prandium, tu vero ad instar pueri mei mihi ad dorsum obediens, diligenter attende, quod ad senatũ loquar fabulis, protinus reuertens nuncies ad eum qui te misit. Quod cum puer ille huius eadem die obediret, discumbentibus senatoribus ad prandium, dixit Ptolomęus, Lętus dies huius prandij sit, iocundemus in fabu-

Cum lesset eo fortissimus bestiarum, fuit electus à cunctis bestijs rex, venientesq; cuncti in eius occursum, cùm esset iam hora prandij, venit ceruus. Cum adorasset leonem, apprehendit cornu eius, vt ei ceruus esset ad prandium: ille vehementer retrahens cornu amisit, cursuq; veloci fugit in eremum. Iussu Leonis inter has bestias missa est vulpes, vt eum veniendum subuerteret. Illa cũ sit ingeniosa, artis suæ iuramentis non pauida sacramentis præuentum ceruum in conspectu Leonis adducit. Qui cum adorasset Leonem ab ipso Leone capitur, & membratim disrumpitur. Vulpes illa furtim ablatum cor eius comedit. Cor cerui ad manducandum inquirens leo & fremens vehementer: omnes bestiæ pauefactæ tremebant, eo quod cerui cor inuenire non potuissent, dixerunt, Vulpes quæ eum adduxit, ipsa proximior cũctis fuit, quando disruptus fuit, illa furata est cor eius. Apprehensa cùm esset in pœna & quæreretur ab ea, vt redderet quod furauerat, dixit, Sine culpa pœnas patior. Ceruus ille non habuit cor: nam si cor habuisset, ego ei præulere non potuissem, nec hic vnquam venisset, primum amisso cornu vix tandem euasit; quo pacto cor habens hic reuerti potuerat. Puer ille diligenter audiens memoria retinens, Theodorico velociter narrauit consilium Ptolomæi: iterum Theodericus de periculis liberatur. Post hæc remanẽs ditioni Imderij cum summa felicitate Xxv. annis cum Gothis regnauit. Fiunt omnes anni quibus Theodericus regnum tenuit in Italia, triginta duo. A finibus Pannoniæ vsque ad Rhodanum fluuium: à Tyrreno mari vsque alpes, Penninas & Isera fluuium. Vnum tantum modium plenum terræ annis singulis ærarijs publicis soluebat, vt diceretur, Theodericus rex modium plenum ærarijs per singulos annos reddet publicis, decretum

Aimoin. modium numorũ explicat lib. 1. cap. 10.

tum imperij, vt amplius ei nullo tempore quæreretur. Ciuitates vniuersas quas regebat, miri operis restaurari & muniri solertissime fecit. Palatia quoque splendidissima Rauennæ vrbis, Veronæ & Papiæ cui Ticinum cognomentum est fabricari iussit. Tantæ prosperitatis post regnum tenuit, pacem cum gentibus habens, vt mirum fuisset. Cuius filiam SIGISMVNDVS rex Burgundiorum habuit vxorem.

Cap. 10.

Quadã vice Clodoueus rex Francorũ & Alaricus rex Gothorum, qui sedẽ Tolosæ habebat, post multa prælia quæ inuicẽ gesserunt, intercedentibus legatis cùm pacem inire cœpissent huius conuenientiæ, vt Alaricus barbam tangeret Clodouei effectus patrinus, perpetuam adinuicem pacem seruarent & ad huius placida conuentionis nec Francus nec Gothus armatus penitus accederet. Stauentes diem ad locum designatum adinuicem; ibiq; legatus Clodouei Paternus nomine ad Alaricum accessit, inquirens vtrum eo habitu Gothi sine armis quo spoponderant, placitum custodirent; aut forte more solito, vt post probatum est, mendaces apparerent. Cum loqueretur Paternus cum Alarico rege, nuncians salutem Clodouei; & diligenter inquirens, quo ordine deberent coniungere, Gothi fraudulenter q buxos pro baculis in manu ferentes. Apprehensum vnum ex his Paternus extrahit dicens, Mendacia tua placita sunt, rex, vt fraude coneris cum tuis Gothis dominum meum & Francos decipere. Accepto placito cum Alarico spondens Paternus pro Frãci sad iudicium Theoderici regis Italicæ, huius rei terminus fieret. Ibi legatus Alarici regis & Paternus directus à Clodoueo ad conspectum properant

q. al. vxos. Aimoin. vocat ferreum ostii obicem lib. 1. cap. 20.

Theoderici. Exponens per ordinem Paternus causam Clodoueo & Francis quod legatus Alarici denegare non potuit, nisi tantum petens, vt iudicium Theodorici finiretur. Cogitãs in semetipso Theodericus huiº causę euẽtum & futuris temporibus quæ oportebat obliuioni non tradens, Zelum aduersus hos duos reges retinens, dicens, His legatis in crastinum, quod attentius huius rei pro pacis concordia vt iustitiæ ordo poposcerit, cum senioribus palatij pertractare potuero, fratribus meis cum integra dilectione & amore profuso mandare non sileo tractansque in arcano cordis quod iam olim celauerat, cupiens hos duos reges ab inuicem semper esse discordes, tale inter eos demum iudiciũ terminauit, vt difficile Gothis, quos Alaricus regebat huius culpa completetur; vt veniret legatarius Francorum sedẽs super equum, contum erectum tenens manu ad aulam palatij Alarici, & tamdiù Alaricus & Gothi super eos solidos iactarent, quousq; legatum & equum & acumen conticum solidis cooperirent. Renũciantes legati Alarico protinus, quod Theodericus huius rei terminasset iudicium. *Et* cũ esset difficilè hæc Alarico & Gothis supplere, volentes fraude Paternum legatum Francorum decipere, qui in solario, misso per noctem quod suppositum erat, ruens fracto brachio vix tandem euasit. Ducensq; eum Alaricus in castrum, suos ostendens thesauros, cum sacramento dicens; amplius solidos non habere, quàm ad præsens arcis plenis ostenderit. Vbi Paternus vnum solidum de pugno extrahens suo proiecit dicens, His solidis sit arrabo ad partem domini mei Clodouei regis & Francis. Reuertens ad Clodoueum narrans per singula. Clodoueus aduersus Alaricum arma commouet, quem in Campania Nodauensi *X.* ab vrbe *Pictaua* milliario interfecit, & maxi-

maximam partem exercitus Gothorũ ibi gladio trucidauit, regnumq; eius à Ligeri fluuio & Rhodano per mare Tyrrhenum & montes Pirenæos vsq; Oceanum mare abstulit, quod hodieq; ditione condigna permanet ad regnum Francorum.

THEODORICVS cum Papam Romæ Apostolicum virum IOANNEM sine culpa morte damnasset, & Symmachum Patritium nullis causis existentibus itemque trucidari fecisset, ira percussus diuina, à germano suo Gaiserico interficitur. Fertur in dialogorum -----sancti Gregorij à quodam sacerdote visibiliter ab ipso Pontifice & Patricio Theodoricus vinctus trahitur Siciliam in ollam ignis. *Caput* 11. Greg. dial. lib. 4. cap. 30.

CROCVS rex Vvandalorum cum Svveuis & Alanis egressus de sedibus Gallias appetens, consilio matris nequissimo vtens, dum ei dixisset, Si nouam rem volueris facere & nomen acquirere; quæ alij ædificauerunt, cuncta destrue, & populum quem superas, totum interfice: nam nec ædificium melius à prædecessoribus facere potes neq; plus magnam rem per quam nomen tuum eleues. Qui Renum Mogunciæ ponte ingeniose transiens, primum ipsamq; ciuitatem & populum vastauit: deinde cunctas ciuitates Germaniæ vallans, Mettis peruenit, vbi muro ciuitatis diuino nutu per noctem ruente, capta est ciuitas à VVandalis. Treuirici vero in harenam huius ciuitatis quam munierant, liberati sunt. Post hæc cunctas Gallias Crocus cum VVandalis, Svveuis, & Alanis peruagatus, alias obsidione deleuit, aliasq; ingeniose irrumpẽs vastauit. Nec vlla ciuitas, nec castellũ ab eis in *Caput* 12.

Gallijs liberatum. Cumq; Arelatem obsiderent Chrocus à Mario quodam milite captus & vinculis constrictus est. Qui ductus ad pœnam per vniuersas ciuitates, quas vastauerat, impiam vitam digna morte finiuit. Cui Trasemundus successit in regno. Alamanni aduersus VVandalos arma commouent. Vterq; consentientes ad singulare certamen præliandum duos miserunt. Sed ille qui à VVandalis missus est, ab eo qui ab Alamannis, superatus. Victusq; est Trasemundus & VVandali. Et secundum placitum Trasemundus cum VVandalis, Svveuis, & Alanis, Gallijs, prætermissis, Hispanias adpetiuit, ibiq; multos Christianorum pro fide Catholica interfecit. Post paucum temporis mare traducto in Mauritaniam, credo diuino nutu fera ducente cum VVandalis transuadendo transiuit, vt fertur, mare, vbi septem millia passuum latitudinem esse scimus. Mortuo in Mauritania Trasemundo r Hynericus mente crudelior VVandalis successit in regnum terram totã occupans, nimias strages in Christianos exercuit, conciliante Cyrola Hæreticorum Episcopo, cuius persecutione plurimi de numero Christianorũ martyrij palma sunt coronati. His dieb⁹ Eugenius & Vindemialis Episcopi miras virtutes in Christi nomine ostẽdebant, etiam mortuos suscitabant. Cyrola quendam hominem præuentum datis quinquaginta aureis, suasit vt se cæcum fingeret & clamaret coram Honorico rege, Cyrolæ virtutibus lumen se accipere, quo facto Cyrola cæcus efficitur. Postea oratione Eugenij lumen recepit. Instigante Cyrola ab inuidiæ morbo, Honorico iubente Eugenius capite truncatur. Longinus & Vindemialis diuersis pœnis afflicti pro Christi nomine ad æternam migrabant beatitudinem. Honoricus merito exigente proprijs se morsibus laniauit, indignam vitam iusta morte finiuit. Cui

r Isid. ait Trasamundo successisse Hilderi cum filium Hunerici ex filia Valentiniani Imp.

CVI Childericus succeſſit in regno. Ipſo defuncto ſChildemerus regnum ſuſcepit, apud quem Beliſarius fortiſſime dimicauit, In quo regnum VVãdalorum finiuit. *Caput 13.* ſ Gilimerem vocant alij.

IVſtinianus prius quam temporibus Iuſtini Imperatoris regnum aſſumeret, cum eſſet Comes caſtrorum, & Beliſarius Comes Stabularius, erant inuicem nimia dilectione complexi, iurantes ſibi, quantũ cuiuſquã ex his cauſa proficeret, parem ſibi ſemper fidem ſeruarent. Cum quadam die inter duas germanas de lupanari electas ex genere Amazonas ſibi cõcubitũ meridie ſub quadam arbore in pomerio ſenior Antonia cum Iuſtiniano diſtribuiſſet, Iuſtiniano ſopore depreſſo ſol declinans caput eius incaluit. Veniens aquila diuino nutu eodem dormiente, calorem ſolis extenſis alis obumbrabat. Quod cum Antoniæ vigilanti fuiſſet repertum, ſperans hoc ſigno Iuſtinianum imperium aſſumere, expergefacto à ſomno dixit ei, Si Imperator effectus fueris, erit digna ancilla tua tibi concubitu. Et ille ſubridens, reputans ſe difficile hoc eſſe honore dignum, dixit ad eam, Si Imperator effectus fuero, tu mihi eris Auguſta. Commutatiſq; ad inuicem annulis ait Iuſtinianus ad Beliſarium, Scias inter me & Antoniam placuiſſe, Si ego efficior Imperator, ipſa ſit mihi Auguſta. Annulis enim commutatis hoc fœdus iniuimus. Dixitq; Antonina, Si ſoror mea tibi Auguſta, ego Beliſario matrona efficiar. Dixitque Beliſarius diuino nutu, Si Antonia Auguſta efficitur, tu ſtratus mei matrimonio ſociaberis: itemque annulis commutatis abierunt. Nec multo poſt tempore Iuſtinus Imperator bellum in Perſas mouit; qui cum Chalcedonem tranſiſſet, morbo perijt. Conſenſu itaque ſena- *Caput 14.*

tus & militum eleuatus est Iustinianus in regnum, oppressō rege Persarum, cum vinctū eum Iustinianus teneret in cathedra quasi honorifice sedere iussit, perquirens ab eo ciuitates & prouincias reip. restituendas, quo facto pactionis vinculum firmaret. Et ille respondebat, Non dabo. Iustinianus dicebat, Da eas. Ab hoc loco illo vbi hæc acta sunt, ciuitas nomine Darea fundata est Iustiniani iussu & vsque in hodiernum diem hoc nomine nūcupatur. Post receptas prouincias & ciuitates plurimas quæ à rege Persarum huiusmodi ordine Iustinianus suæ ditioni assumpserat, omnibusque firmatis, permisit eum in Persia regnum recipere. Reuertens Iustinianus cum magno triumpho Constantinopoli sedem tenuit imperij Antonia sumptis secum quinque aureis duos dedit ostiarijs, à quibus permissa est introire palatium, tres vero dedit tenentibus velum, vt suam causam permitteretur suggerere Imperatori, dicens ad Iustinianum, Clementissime Imperator, iuuenis aliquis in hac ciuitate dedit mihi annulum in sponsalem arram, & meum sibi accepit, promittens & sacramento firmans, aliam se non accepturum, sed me habiturum vxorem. Dilatatur hæc causa. Et illa, Iube, inquit, pijssime Imperator, vt fiat. Dixitque Iustinianus, Non licet hanc promissionem, si facta est, mutare. Tunc porrigens annulum, Dominus, inquit, cognoscat, cuius fuerit annulus iste: & quis eum mihi dederit te latere non potuit. Cumque cognoscens Iustinianus annulum quem dederat, recordatus fuisset suæ promissionis, iubet eam in cubiculo intromitti, vestibusque indui splendidissimis, suoque stratui in nomine Augustæ sociauit. Quod cum perlatum fuisset in populo factione senatus, vulgus

gus clamitat, Domine Imperator redde mulierem nostram. Quod Iustinianus audiens, diligenter inquirēs initium factionis huius, duos ob hoc verbum senatores interfecit. Omnes quieuerunt in posterum, nec quisquam audebat exinde verbum proferre. Accepit & Belisarius Antoninam vxorem. Cum vnico amore Iustinianus diligeret Belisarium, & eum Patricium partibus Africæ, quæ à VVandalis fuerat occupata, instituisset, eumque multis opibus assidue ditaret, quærebant Senatores ob inuidiam, quo pacto eum perdere potuissent, dicentes Iustiniano, vnanimiter ingredientes, singilatim ad eum, *Si* Belisarij consilijs voluissemus succūbere, iam olim ab Imperio fuisses degradatus. Ipse disponit vt tibi succedat in regno. Quod ille audiens, tacite aduersus Belisarium Zelum ducens, cū consilio senatus iubet eum ab *A*frica VVandalos expugnare. Ibi fortissimi viri & multæ legiones militum à VVandalis sæpe fuerunt trucidati. Belisarius habuit pueros proprios XII. milia quos proprijs stipendijs alebat, & viros fortes ad prælium & de patriciatu XIIX. millia præliatores viros qui procedebant ad bellum. His auditis Belisarius cum arbitraretur impossibile, VVandalos superare se posse, graui mœrore perterritus ad propria remeauit. Cumq; eū Antonina afflictum & mœrentem vidisset, & non posset cognoscere quę hęc esset afflictio, solicite à pueris requisiuit, nec quisquam ei hanc rem indicare poterat, dum omnibus illis esset incognitum. *R*euertens ad ipsum, dixit, Domine mi quare mœrore deprimeris, & more solito veniens de imperio non lætaris? ne forte aliquid sit offendiculi. Indica mihi huius causæ euentum, forsitan ancilla tua dabit tibi consilium oportunum, vt reuertatur

Belisarij vxorē Antoninam vocatam testis Procopius.

mœror

mœror in læticiam. Dixitq; Beliſarius ad eam, Hæc cauſa conſilia mulierum non poſcit, nec quicquam eſt tecum in hanc rem vtile. Illa vero cum eſſet Chriſtiana narrat viro ſuo dicens, ſcriptum eſt: Saluabitur vir infidelis per
1. Cor. 7. mulierem fidelem. Indica mihi, quæ ſit iſta conditio. Credo de omnipotentis Dei virtute vt detur tibi conſilium diuina inſpiratione, vt poſſis dies malos euadere. Beliſarius hæc audiens narrat vxori decretum Imperatoris eſſe, vt contra VVandalos iret ad bellum. Dixitq; Antonina ad eũ, Voue te deinceps baptizandum, & Chriſtum Dominum & Trinitatem inſeparabilem crediturum fideliter: atque illius virtute & ſolatio Vvandalos ſuperabis, & eris ob hoc glorioſior quàm fuiſſes. Quod Beliſario deuotiſſime ſe impleturum promittente, dixit ad eum Antonina, Duodecim millia puerorum quos proprios habemus, de illis adhibe tecum quatuor millia & XIIX. patriciatus tui pugnatores; adhibe tecum XII. millia. ibis cum eis terreno exercitu, & ego de pueris octo millia & ex militibus ſex millia: vado euectu nauali, & ſtatuta die pariter vndiq; circundemus caſtra Vvandalorum. Diuino protecti auxilio ſuperabimus eos. Domine mi ſi vſus fueris conſilio ancillæ tuæ, prouidentia Dei optata perficies, qui nobiſcum in domo ſunt vt nõ te cognoſcant mœrentem, quid corde retineas hilari vultu ſignifica. Cum vero tu terrenum, & ego maris iter arripimus, ſignũ daturi inuicem, noctis tempore focos tui in littore faciãt, & nos lucernas in nauibus erigemus cauſa ſignificandi aduentus noſtri. Nec oportet quenquam vrgere, ſed pariter phalanges vtrinq; circundemus inimicorum. Cum fuiſſet conſilium huius rei Antoninę vtile vterq; ſic properant. Vvandali & Gildimer eorum princeps comperto exercitu terreno, nauale prælium poſt tergum penitus

igno-

ignorantes, castra metantur super litore maris, liberis & mulieribus dimissis contra Belisarium procedunt ad bellum. Cum iam prope conflictum adessent certaminis, Antonina cum suis exiuit in litora, omnesq; liberos & mulieres Vvandalorum deleuit, nec animal aliquod ex illis viuere permisit. Nuncius velocissime ad Gildimerem peruenit, vxores & liberos Vvandalorum fuisse deletos. Gildimer & Vvandali destructa phalange prælij retrorsum cursu veloci perguntad castra. Tunc Belisarius & Antonina vndique circundatos Vvandalos trucidant, & vsq; ad internecionem deleti sunt. Gildimer rex cum paucis duodecim tantum Vvandalis in quoddam castrum tutissimum fugit, nec tamen liberatus est, coarctatus angustijs Childimer petebat Belisarium tantummodo nõ ligatum Imperatori se præsentari. Belisarius promittẽs nec ferro, nec ligno, neq; corrigia, nec æris ligamine eum constringendum. Childimer credens à Belisario captus est, regali tamen ligamine, hoc est cathena argentea eum constringit, sociosq; suos interfecit: Illum tantum singulum Iustiniano præsentauit, quem Iustinianus in palatio habitare iussit suo. Sed à suis exputus aduersis opprobrijs opprimebatur grauiter, petensq; Imperatorem, Non possum, inquit, tanta opprobria sustinere: expuunt enim me & premunt habitatores palatij tui: melius est mihi mori quàm viuere. Si iubeas, qui me expuunt & opprimũt, duodecim ex his, & ego solus cum equo quem habui ante conspectum gloriæ tuæ armati aceedemus ad prælium; & cognosces cuius ex nobis sit vtilitas an ignauia. Quod Iustinianus annuit & pro spectaculo contra duodecim iuuenes huius prælij Gildimer cum equite iussit confligere. Gildimer vero cùm contra eos aggreditur, fugam fingens, hos duodecim singulatim

solus interfecit. Post hæc IVSTINIANI iussu Gildimer eunuchus fit, & in prouincias contra Persas vicinas Patricius ordinatur & multa prælia & victorias contra Persas egit. Senatus aduersus Belisarium denuò inuidia vrente, IVSTINIANO eum faciunt odiosum, quod ille victoria super VVANDALOS elatus imperium vellet arripere. De Patriciatus honore degradatur, cum non potuissent perficere, vt interficeretur, IVSTINIANVM ab honore imperijq; dignitate conãtes eijcere factione quadam die IVSTINIANVM hortantes, vt circum expectaret & consulatum populo daret; electum quendam nomine FLORIANVM volentes imperio sublimare. IVSTINIANVM itaque custodia singulum retinentes, eiusquè corona ablata. IVSTINIANVS misit puerum ad Belisarium, vt eum adiuuaret. Et ille dicens, Sublimatus honoribus, quod habui & fueram, poteram adiuuare; modo nihil ei possum adiutorij præstare. Ordinans suis pueris circum apprehendere, vbi cathedra imperij FLORIANI parabatur. Ipse illis partibus adoraturum se FLORIANVM fingens, procedit, dicens pueris suis, Omnes inimicos meos per circuitum cathedræ Imperatoris video: quodcunq; me facientem videritis, & vos sitis facturi. Ille fingens se FLORIANVM adorare, gladio eum percussit, omnesquè inimicos suos circumdantes pueri interfecerunt. Corona Imperij capta, ad IVSTINIANVM veniens dixit, Adulatores tui te ab honore imperij degradati sunt: ipsorum consilio vsus consecutus es humilitatem meam.

Ego vero reddam tibi bona pro malis, & non fidem tuam retractans, sed meam meminens promissionem, fidem-

demq; seruans illibatam Imposuit coronam capiti Iustiniani eumque imperio restituit Belisarius, multa prælia cum Persis agens, eos glorioſissime vicit. Ab Vcelino quodam FRANCO in Italia superatus est tantæ victoriæ nominis glorioſus; ab Vcelino victus nomen vtrumq; amisit.

COLLECTIO

HISTORICA CHRONOGRAPHICA

ex

TOROMACHO

& aliis

Collectore Gallo quodam, qui Carolo Magno compar.

INCIPIT PRÆFATIO LIBRI QVARTI.

Excerptum de Chronica Græca Thoromachi Episcopi.

RECEDENTE atq; immo potius pereunte ab vrbibus Gallicanis liberalium cultura literarum, cum nonnullæ res geruntur vel recte vel improbe ac feritas gentium desæuiret, regum furor acueretur, Ecclesiæ impugnarentur ab hæreticis, à Catholicis tegerentur, ferueret Christi fides in plurimis, tepesceret in nonnullis, ipse quoq; Ecclesiæ vel ditarentur à deuotis vel nudarentur à perfidis; nec reperiri posset quisquam peritus in Dialectica in arte Grammatica, qui hæc aut stilo prosaico, aut metrico depingeret versu. Ingemiscebant

scebant sæpius clerici dicentes, Væ diebus nostris, quia periit studium literarum à nobis, nec reperitur in populis qui gesta præsentia promulgare possit in paginis. Ista etenim atq; his similia iugiter intuens a *dici pro commemoratione meritorum, vt notitiam attingerent supervenientium, etsi inculta affatu: neq; tamen obtigere, vel certamine flagitiosorum, seu rectè viuentium & præsidentium his illicitis stimulis, quod à nostris fari plerumq; miratus sum; quia philosophantem* b *Rhetorem intelligunt pauciloquentem rusticum. Multum libuit animo, vt pro supputatione annorum ab ipso mundi principio inciperem.*

a al didici.

b al. rectorem i. p. r. Multis libuit etiam animi vt p. s. a. ab i. m. principio libri poneretur initium primi.

INCIPIT LIBER

CAPVT I.

QVmq; VVandali præteriissent à Gallijs, nec multo post tempore Huni Gallias ingredi disponebant. Quod cum Beatus Seruatius Episcopus Tungrorum ciuitatis audisset, c Romã pergit ad limina Sancti Petri Apostoli, ibiq; quotidianum ieiunium & vigilias assidue faciens, in visione somni ab Apostolo responsum accipiens, Decretum ab altissimo Hunos ingredi Gallias; protinus ad ciuitatem suam rediret: prædicens eius obitum, vt hoc malum non videret. Aëtium Patricium huius Chronicæ gesta laudant. Virilis habitu formatus, animo alacer, membris vegetus, equis promptissimus, sagittarius peritus, conti impiger, bellis aptissimus, pacis captator celebris, nullius auaritiæ sectator, bonis animæ præditus, iniuriarũ patientissimus, laboris appetens, impauidus periculorum; famis, sitis,

c Quam discrepent de S. Seruatii peregrinatione, & ad quæ tempora sit referenda, omnino vide Baron. tom. 6. an. 451. 38.

vigiliatum tolerantissimus, cui ineunte ætate ptædictũ liquet, quantę potentiæ factis destinaretur temporibus suis futurisq; celebrãdus. Hæc supradictus *d* historiographus de *Aë*tio narrat. Cum inisset certamen cum Hunis, quæ gessit, IDACIVS suæ historiæ huius volumine narrat. Nam his diebus oratione vxoris suę ad limina Beatissimorum Apostolorum *P*etri & *P*auli, ieiunijs & vigilijs discurrente, intercedentibus Apostolis Aëtius à periculis liberatur. Reuelatum est cuidam pauperi, nuncianti vxori *Aë*tij, orationibus fuisse saluatum: quod cum à paupere proditum fuisset, pauper cæcitate percutitur.

d Toromachum intelligit.

IDACIVS.

Lege Greg. Turon. de gest Franc. lib 2. cap. 7.

Caput 2.

E Francorum vero regibus Beatus *e* Hieronymus, qui iam olim fuerant, scripsit. quod prius Virgilij Poëtæ narrat historia, Priamum primũ habuisse regem, cum Troia fraudulenter caperetur; exindeq; fuisse egressos: postea Frigam habuisse: bifaria diuisione partem eorum Macedoniam fuisse aggressam. Alij cum Friga vocati Frigij Asiam peruagantes, ad littora Danubij fluminis & mare Oceanum consedisse. Denuo bifaria diuisione, *E*uropam media ex ipsis pars cum Francione eorum rege ingressam fuisse. *E*uropam peruagantes, cum vxoribus & liberis Reni ripam occupant, nec procul à Reno ciuitatem ad instar Troiæ nomine ædificare conati sunt: cœptum quidem, sed imperfectum opus remansit. Residua eorum pars, quæ super littore Danubij remanserat, electo à se *T*orchot nomine rege, per quem vocati sunt Torchi; & per Francionem alij vocati sunt Franci; multis post temporibus cum ducibus externas dominationes semper negantes.

e Ieron. in vita Hilarionis Francorum meminit quẽ locum etiam citat Aimoin lib. 2 de gest. Franc c. 10.

Vide Aimoin. lib. 1 cap. 2.

Fran-

ERancos transegisse comperimus vsq; ad Marcomirum Sonnonem & Genebaudum duces: cum quibus, temporibus Imp. Theodosij in Germaniam prorumpentes, pagos depopulantes, etiam Coloniæ metum incusserunt. Quod cum Treueros perlatum fuisset, *f* Nanninus & Quintinus magistri militum, collecto exercitu, Francos de Germania eiecerunt: apud *g* Carbonariam de Francis strages fit. Post Heraclio & Iouiniano cũ exercitu vltra Renum transeunte, disponente Francos ad internecionem perducere, tantæ strages ex militibus à Francis factæ sunt, vt Heraclius & Iouinianus cum paucis de eodem prælio potuissent euadere. Nec vlterius aduersus Francos præsumpserunt arma arripere.

Cap. 3.

f Greg. Tur. 2. c. 9. & Aimoin. 1. c. 3. Nanninum vocat.

g ibid. c. 5. meminit carbonariæ siluæ.

Post paucum temporis Arbogastus superbia elatus aduersus Francos arma mouit: cum ijsdem dimicans victus effugit.

ERanci Treueris hiemando residere præsumpserunt. Valentiniano Imperatore infra priuati modum redacto, militaris rei cura Francis satellitibus tradita. Ciuilia quoq; officia transgressi in coniurationem Arbogastis sacramentis obstricti sunt. Arbogastes Marcomerem & Sonnonem duces odijs infectans exercitus fraude deceptos vrendosq; cum decussis folijs nudatæq; arentes siluæ insidiantes agredire..... transgresso Reno pagum quem Chamani incolunt depopulatus est. Dehinc extinctis ducibus in Francis denuo Reges creantur ex eadem stirpe qua prius fuerant.

Cap. 4.

Hæc pæne ad verbum ex lib. 4. Sulpitij Alexandri apud Greg. Tur. 2. c. 9. ex quo hunc locum intellige & restitue.

Eo-

Caput 5.

h. Iouinum lege ex Renato Profuturo Frigerido ap. Greg ibid. illius enim hæc verba sunt.

EODEM tempore *h* IOVINIANVS ornatus regios assumpsit. Constantinus fugam vertens Italiam dirigit missis à Iouino principe obuiam præcursoribus super Mintio flumine capite trũcatur. Multi nobilium iussu Iouiniani apud Aruernas capti & à ducibus Honorij crudeliter perempti sunt.

Caput 6.

Vide Aimoin. 1. cap. 3.

TREuerorum ciuitas factione vnius ex senatoribus, cui nomen Lucius, à Francis capta & incensa est. Cum *Auitus* Imperator esset luxuriæ deditus, & iste Lucius habens mulierem pulcherrimam cunctarum, fingit se *Auitus* ob infirmitatem corporis lectum deprimere, iussa ad omnes senatrices vt eum visitarent misit. Cumq; vxor veniisset Lucij, viq; ab *Auito* oppressa fuisset, in crastino surgens de strato Auitus dixit ad Lucium, Pulchras thermas habes & frigida lauas. Hæc indignante Lucio, sua factione directa est ciuitas & incensa à Francis.

Caput 7.

† Pæne eadem verba Orosius ap. Greg. ib. sed de Stilicone.

CASTINVS domesticorum Comes expeditionem accepit contra Francos, eosque proterit, Rehum transit, Gallias peruagatur, vsque ad Pirenæos montes peruenit.

Caput. 8.

† ap. Greg Theodomenen:

i. al. Asobamgim. Greg. Dispargum.

FRANCI electum à se regem, sicut prius fuerat crinitum inquirentes diligenter ex genere *Priami*, Frigæ & Francionis, super se creant nomine * Theudemerum filium Richimeris qui in hoc prælio, quod supra memini, à Romanis interfectus est. Substituitur filius eius Chlodoueus in regno, vtilissimus vir in gente sua qui apud *i* Hespurgem castrum residebat, quod est in termino Thoringorum. Burgundiones quoq; Arianorum secta vteban-

vtebantur ſedentes in ciſalpinis. * Chlodoueus miſſis exploratoribus ad vrbem Camaracum, perluſtrãs omnia ipſe ſequitur, Romanos proterit, ciuitatem capit; vſq; Suminam fluuium omnia occupauit. Hæc generatio fanaticis vſibus culta fertur. Super littore maris æſtatis tempore Chlodoueo cum vxore reſidente, meridie vxor eius ad mare lauatum vadẽs terretur beſtia Neptuni, qui Minotauro ſimilis eam adpetiſſet. Cumq; continuò aut beſtia aut à viro fuiſſet concepta, peperit filium nomine Meroueum: propter quod reges Francorum poſt vocantur k Merolingi.

al. Clodeo. ap. Greg. Tur. Chlogio.

k. al. Meronigi.

AVitus l Imperator luxurioſus: Apud Placentiam *Caput. 9*
vrbem Epiſcopus ordinatur, & poſtea ad Baſilicam ſancti Iuliani fugiens vitam amiſit.

l. Vide Baron. tom. 6 an 456 3. & Greg. Tur. 2 cap. 11.

CHILdericus vero filius Merouei cùm ſucceſſiſſet *Caput 10.*
patri in regno, nimia luxuria diſſolutus, filias Frãcorum ſtupro tradidit. Illi vero ob hoc indignantes eum de regno eijciunt. VVinomadus Francus fideliſſimus cæteris Childerico, qui eum cum à Hunis cum matre captiuus duceretur, fugaciter liberauerat. Hoc cuentu aureum cum Childerico diuidens, dum cerneret, quod Franci interficere eum conarentur, dixit ei, Fuge in Thoringiam latita aliquantum ibi: ſi potuero, tibi Francos placare, iſtum aureum medium tibi ad ſignum dirigo: & ſi non potuero, vbicunq; aggreſſus fueris, mihi notam facias viam tuam. Quando quidem potuero, & iſtam partem tibi direxero, parteſq; coniunctę vnum effecerint ſolidum, tunc ſecurus patriam repedabis. Childericus habitans in Thoringia apud regem Byſinum vxoremq; eius nomine Baſinam latuit. Franci tum Ægidium vnanimiter regem adſciſcunt; VVinomadum amicum Childerici ſubregulum ab Ægydio Franci inſtituerunt:

Eadem Aimo. in lib. 1. cap 7. Greg 2 cap. 12

eiusq; cõsilio omnes Frãcos singulis aureis tributauit, acquiescentes impleuerũt. Dicens iterũ, ad Ægidiũ VVinomadus, gẽs hæc durissima: quæ mihi ad agendum iussisti, parũ attributati sunt: superbia sæuiũt. Iube vt ternos solidos tributentur. Quod cum factum fuisset, acquiescentes Franci dixerunt, Melius nobis est ternos solidos tributa soluere, quàm cum Childerico grauissimam vitam ducere. VVinomadus iterum ad Ægidium dicens, Rebelles existunt tibi Franci: nisi præceperis ex eis plurimos iugulari: eorum superbiam non mitigas. Electos à VVinomado centum vtiles & in necessitatibus congruos ad Ægidium direxit; quos Ægidius consilio VVinomida vsus interficere iussit. VVinomadus secretius ad Francos dixit, Non sufficiunt tributa quæ soluitis? quamdiu hoc malum sustinere vultis, vt parentes vestri sicut pecora iugulentur? Tunc Franci vnanimiter dicebant, Si Childericum vbicũq; possemus comperire libenter eum super nos reciperemus ad regem; forsitan per ipsum de his afflictionibus eriperemur. Tunc VVinomadus protinus ad Ægidium vadens dixit, modo est gens Francorum tua disciplina perdomita: dans eidem consilium legatos ad Mauritium imperatorem dirigere, gentesq; vicinas si posset attrahere, vt vel quinquaginta millia solidorum ab imperatore dirigerentur, quo potius gentes accepto munere se imperio subijcerent: Addensq; dixit ad eum, Aliquantulos solidos tuæ instantiæ locum accipiens militaui parum seruus tuus argentum habeo: volebam cum tuis legatis puerum dirigere, vt melius Constantinopoli mihi argentum mercaret. Tunc acceptis ab Ægidio quingentis in munere aureis, quos ad hoc opus emendum transmitteret, misit puerum creditarium sibi cum media parte aurei quem cum Childerico diuiserat, saccellum plenum plum-

plumbeis, quod puer pro solidis secum portaret comperto iam Childericum CONSTANTINOPOLIESSE cum legatis Egidij puer aggreditur his verbis instructus, vt legatos præcederet, & Childerico protinus nunciaret, priusquam legati in conspectum Imperatoris venirent, quod *Egidius* qui tributa publicis ærarijs soluere debebat tributa Imperatoris soluēda quæreret. Quod cū Childericus Mauritio imperatori annunciasset; repletus & indignatione; cum legati *Egidij* ei præsentati fuissent, his verbis suggerentes; iubet eos recludi in carcerem. Dixitq; Childericus ad Mauritium imperat. Iube me seruum tuum ire in Gallias: ego furorem indignationis tuæ super *Egidio* vlciscor. Multis muneribus à Mauritio Childericus ditatus, cuectu nauali reuertitur in Gallias. Quem cum VVinomadus nunciante puero comperisset, castro Barro ad ipsum venit, & à Barrēsibus receptus est. *Eorum* omnes reditus publicos pro initio receptionis consilio VVinomadi benigne cōcessit. Deinde ab omnibus Francis resublimatur in regno: multaq; prælia cum *Egidio* egit, plures strages ab ipso factæ sunt in Romanis.

Caput II.

BASINA, quæ Bisinum regem in *T*horingia coniugem habebat cum audisset Childericum à Francis in regno sublimatum, cursu veloci relinquens Bisinum ad Childericum transijt, qui cū eam solerter interrogaret, qua de causa ad eum de tam longinqua regione veniisset, respondisse fertur, noui, inquit vtilitatem tuam, quod sis valde strenuus, ideoq; veni vt habitem tecū. Si vtiliorem sub cœlo sciuissem, eum expetissem. Quā Childericus gaudēs & diligens eiusdem pulchritudinem in coniugio copulauit. Cum prima nocte iugiter stratum

iunxissent, dicit ad eum mulier, Hac nocte à coitu virili abstinebimus. Surge secretius, & quod videris ante aulas palatij, dices ancillæ tuæ. Cumq; surrexisset, vidit similitudinem bestiarum, leonis, vnicornis, & leobardi ambulantium, reuersusq; dixit mulieri quæ viderat. Dixit ad eum mulier, Domine mi vade denuo; & quod videris, narra ancillæ tuæ. Ille vero cum foris exisset, vidit bestias ad similitudinem vrsi & lupi deambulantes. Narrans & hæc mulieri. Compellit eum tertio vt iret, & quod videret nunciaret. Cumq; tertio exisset, vidit bestias minores, similitudine canis; & minores bestias ad inuicem detrahentes & volutantes. Cumq; Basinæ hæc vniuersa narrasset, abstinentes se castè vsq; in crastinum, surgentes de stratu. Dixit Basina ad Childericum, quæ visibiliter interpretationem habent, Nascetur nobis filius fortitudine leonis signum ad instar tenens: filij eius leopardus & vnicornis fortitudine signum tenent. Deinde generātur ex illis qui vrsis & lupis fortitudine & voracitate eorū simulabant. Tertio quæ vidisti ad discessum columnæ regni huius erunt: qui regnabunt ad instar canibus & minoribus bestijs eorum consimilis erit fortitudo. pluralitas autem minorum bestiarum, quæ ad inuicem detrahentes volutabant, populus sine timore principum ab inuicem vastantur. Concepit Basina & peperit filium nomine Chlodoueum. Hic fuit magnus & pugnator egregius ad instar leonis fortissimus cæteris regibus. Childericus cum * Odoacro Rege Saxonum Aurelianis pugnans Andegauum victor perrexit. Mortuo Ægidio reliquit filium nomine *Siagrium*. Eodem tempore Brittones de Betorica à *Gothis* expulsi. Multi apud * Dolensem perempti sunt. Paulus Comes cum Romanis & Francis bellum Gothis intulit, & prædas egit. Childericus Odoacro superato Pau-

† al. Odouacro.

† al. Tolosam Greg. 2. cap. 19

to Paulũ comitem interfecit, Andagauum obtinuit. His actis inter Saxones & Romanos bellũ gestum est. Saxones terga vertentes multis ex eis extinctis, insulæ eorum cum multo populo interempto à Francis captæ atque subuersę sunt.

Ipso anno terræ motus fuit. Eoricus Gothorum rex XIV. regni sui anno basilicam sancti Iuliani * Briuatis, columnis ornatam mirifice construxit. Regnans Eoricus annis XX. *Caput* 14. * aliter Greg. cap. 20.

In Burgundia nimia famis oppressio aduenit. Cumque populus à fame in diuersas regiones dispergeretur, nec esset qui alimoniam præberet, Æditius quidam ex senatoribus magnam tunc rem in Deo fecisse perhibetur. Misit pueros suos cũ equitib⁹ & plaustris p̃ vicinas sibi ciuitates vt eos qui inopia vexabantur, sibi adducerent cunctos pauperes, quos inuenire potuerunt, adduxerunt ad domum eius: ibiq; eos tempore sterilitatis pascens à fame liberauit. Fuerunt plusquam quatuor millia, quos aluit vsque tempore vbertatis. Post quorum discessum vox è cœlis lapsa peruenit, dicens, Æditi, quia fecisti rem hanc, semen tuum pane non indigebit in æternum. Æditius miræ felicitatis fuit: pluribus vicibus multitudinem Gothorum cum paucis in fugam conuertit. Euarix rex Gothorum, excedens Hispanum limitem, grauem in Galliis intulit persecutionem. Aimoin. lib. 1. c. 13. & Greg. li. 2. cap. 24.

Defuncto Childerico Chlodoueus eiusdem filius regnauit pro eo. Anno autem quinto regni sui, Siagrius Romanorum Patricius apud ciuitatem Sanctonas, quam quondam pater suus tenuerat, sedem habebat. Quem Chlodoueus cum Regnachario *Caput* 15.

irruens oppugnauerat. Siagrius eliſum cernens exercitũ, terga vertit, ad Alaricum regem Toloſam curſu veloci perrexit. Chlodoueus legatos ad Alaricum mittẽs, vt eum redderet; alioquin nouerit ſibi bellum inferri. At ille metuens, vt Gothorum pauere mos eſt, Siagrium vinctum legatis tradidit: quem Chlodoueus cuſtodiæ mancipauit, regnoq; eius accepto, gladio truncari præcepit. Chlodoueus eo quod eſſet fanaticus, Eccleſias deprædari permiſit.

Caput 16. Eadem Greg. 2. c. 27 & Aimoin. l. c. 12.

REgitur de Eccleſia Remenſis vrbis vrceum magnum hoſtis abſtulerat cum reliquis miniſterialibus. Sanctus atq; Apoſtolicus Remigius Pontifex eiusdem vrbis ad Chlodoueum veniens poſtulat; ſi aliud de ſacris vaſis recipere non mereretur, ſaltem vel vrceum illum reciperet. Audiens rex dixit, Mitte nuncios vſq; Sueſſionas; ibi quæ acquiſita ſunt, diuidenda erunt: ſi mihi ſors illud dederit, petitionem tuam implebo. Cum præda in medio diuidenda poneretur, ait rex, Rogo vt ſaltem mihi vas iſtud extra partem concedatis. Hæc rege dicente, reſpondent Franci, Glorioſe rex, quæ cernimus tua ſunt, ſed & nos tui ſumus: domine quod tibi placet fac. Tunc vnus leuis, inuidus, & facilis, voce magna vrceum impulit, dicens, Nihil hinc accipies, niſi quod tibi ſors vera largitur. Rex iniuriam hanc patientia leniuit. ſorte poſita acceptum vrceum Beato Remigio tranſmiſit; ſeruans abditum ſub pectore vulnus. Kal. Martij iuſſit omnes armatorum phalangas, oſtenſuros, venire. vbi cunctos circuibat, venit ad vrcei percuſſorem, dicens ad eum, Inculta eſt armatura tua; neq; ſecuris eſt vtilis: apprehenſa ſecure eius, terræ deiecit. Et ille cum paululũ inclinatus fuiſſet, rex eleuatis manib⁹ ſecurim in caput eius defixit, Sic inquit, & tu Sueſſionis vrceo feciſti. Magnum ſibi per hãc cauſam Franci timorem ſtatuerunt.

Fuit

EVitigitur Gundiochus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis persecutoris. Huic fuerunt quatuor filij, Gundobad[o],*n* Godeghyselus, Chilpericus, & Godemarus. Gundobadus Chilpericum fratrem suum interfecit gladio[p]; Vxorem eius ligato ad collũ lapide aquis immersit: Duos filios eorum gladio trucidauit; duas filias exilio condemnauit; quarum senior nomine *o* Sedeleuba, mutata veste se Deo deuouit, iunior *p* Chrotildis vocabatur. *Caput* 17.

n. al. Gothichisius. Greg. 2. c. 28. Godegisilus.

o. ap. Greg. Mucuruna. p. al. Crothechildis.

PErro Chlodoue[o] legationem in Burgundiã sępius mittens, conquirentes Chrotildem. Et cum nõ esset licitũ eam videre, Chlodoueus Aurelianum quendam ex Romanis, ingenio quo posset ad Chrotehildem videndam direxit. At ille in singulis ad instar mẽdici peram ad dorsum ferens, veste deformi ad illas perrexit partes, annulum Chlodouei, quo potius crederetur, secum portans. Cũq; ad *q* ianuam ciuitatis, vbi Chrotehildis cum Germana Sedeleuba sedebat, venisset, & illas hospitalitatem peregrinis exhibere audisset, eum cum causa mercedis suscepisset, & pedes eius Chrotildis lauaret, Aurelianus verbo secreto inclinans ad eam dixit, Domina mi, grande verbum tibi nunciaturus sum, si locum dare dignaris, vbi secretius suggeram. Illa annuens verbo secreto audiens. Dixitque Aurelianus, Chlodoueus Rex Francorum me direxit. Si voluntas Dei fuerit, te vult culminis sui sociare coniugio. Vt certa fias, hoc annulum tibi direxit. Quem illa accipiens gauisa est gaudio magno. Dixitq; ad eum, Accipe centum solidos pro laboris tui munere & annulum hoc meum; festinans reuertere ad Dominum tuum & dicei, Si me vult in matrimonio sociare, protinus per *Caput* 18.

q. al. adiret neuam ciuitatẽ.

per legatum à patruo meo Gundobado postuletur, legatique veniant, obtenta ad præsens firment, placitum sub celeritate instituant: nisi ad perficiendum festinent r Aredij cuiusdam sapientis de Constantinopoli aduentum vereor, cuius consilio, si prius venerit, hæc omnia dissipabuntur. Aurelianus eodem habitu, quo venerat, redit ad propria. Cum iam prope Aurelianense territorium nec procul à domo prope accesserat, quendam pauperem mendicum secum itineris socium habuit. Iam secutus Aurelianus sopore depressus. Collega suus peram eius cũ solidis furatus est. Cumq; à somno expergefactus, expertus fuisset dolum, mœrore plenus cursu veloci perrexit ad propria. Dirigẽsq; pueros ad inquirendum mẽdicum, qui perã eius portabat. Quem apprehensum Aureliano præsentant, eumq; fortiter triduo cæsum permisit ire mendicum. Protinus Aurelianus Chlodoueo regi per singula narrãs successionem suggestiones nũciat. Quod cum Clodoueo petitio & consilium Crotehildis placuisset, legatos ad Gundobadum dirigit, petens, vt Chrodehildem neptem suam ei in coniugium sociãdam traderet. Quod ille denegare metuens, & sperans amicitiam cum Chlodoueo inire, eam se daturum spondet, legato offerens solidum & denarium, vt mos erat Francorum, eam partibus Chlodouei desponsant; placitum ad prẹsens petentes. vt ipsam ad coniugium tradat Chlodoueo, Nulla stante mora initum phacitum. Caualonno nuptijs præparantur. Venientes cum celeritate Franci Chrotohilden à Gundobodo acceptum leuantes in Basternam cum multis thesauris ad Chlodoueum dirigunt. Chrotehildis cum iam comperisset aduentum Arediy reuertentis ab Imperatore, dixit ad seniores Francos, Si vultis me domino vestro præsentare, remouete me de Baster-

r al. Aredicii.

Aureliani Patricii meminit Greg. Tur. mirac. lib. 1. cap. 77. Vide Greg. 2. cap. 28. Aimoin 1. cap. 13. 14. 15. Hincmar. Baron. tom. 6. an. 494 28.

Basterna,& super equum leuate,&quantum protinus potueritis, illis partibus accelerate; in hac basterna ad suam non possum venire præsentiam. Franci leuantes Chrotohildem super equum festini ad Chlodoueum pergunt.

CVMQ; Arediusà Massilia velocissimo cursu hæc audiens ad Gundobadum venisset, dixit ei Gundobadus, Audisti quòd amicitiam cum Francis iniuimus, neptemq; meam Chlodoueo tradidi vxorem? Respondēs Aredius dixit, Nō est hoc amicitiæ cultus, sed initiū discordiæ perpetuę. Reminiscere debueras domine quòd genitorem Chrotehildis germanum tuum Chilpericum gladio trucidasti, matrem eius lapide ad collum ligata necari iussisti, duos eiusdem germanos capite truncatos in puteū fecisti proijcere: si prævaluerit, iniuriā parentū vindicabit. Dirige protinus exercitum post eam,& reuertatur; facilius vnius feres iurgium, quàm omni tempore tu & tui vexentur à Francis. Hæc audiens Gundobadus exercitum post tergū Chrotehildem præsentandā dirigit, qui consequentes thesauros è Basterna cuncta retentent. Chrotehildis vero cum appropinquasset Vilariaco in qua Chlodoueus residebat in territorio Trecassino, adhuc antequam terminos Burgundię Chrotehildis præteriret, rogans eos à quibus ducebatur, vt XII. leucas in vtrasque partes de Burgundia protererent & incenderent: quod cum permittente Chlodoueo fuisset impletum, dixit Chrotehildis, Gratias tibi ago Deus omnipotens, quòd initium vindictæ de genitoribus & fratribus meis video. *Caput 19.*

TVnc ad præsentiā Chlodouei perducitur, ipsamq; in matrimonium Chlodoueus accepit, quam cultu regali perfecto dilexit amore. Habebat iam tunc Chlodoueus filium de concubina nomine Theo- *Caput 20.*

doricum. Chrotechildis cùm primogenitũ filium habuisset, quem Baptismo consecrare vellet; viro assidue suadens vt Christianus efficeretur, nullatenus ad consiliandum regis animus mouebatur: dicens, Deorum nostrorum iussione cuncta credantur: Deus vester nihil posse manifestatur. Regina filiũ ad Baptismum exhibet. Baptizatus autem puer, quem * Inghomerem vocabãt, in albis obijt. Qua de causa permotus felle rex, increpabat reginam dicens, *Si* in nomine Deorum meorum puer fuisset baptizatus, vixisset. Regina vero Deo omnipotenti gratias agens, vt de vtero primogenitum in regno suo acceperit. Post hunc genuit filium, quem Chlodomerem vocauit. Cum baptizatus ægrotare cœpisset, dixit rex, *Et* iste sicut frater moritur. Orãte autem matre Dominum, ipso adiuuante conualuit. Regina tamen assidue verbis blandis ad Christi cultum suadebat.

Greg. 2.c 29. Ignomerum. Aimoin 1.c 15 Ingomirum vocat.

Caput 21.

CVMQ; bellum cõtra Alamannos Chlodoueus rex moueret, suadente regina, vouit, si victoriam obtineret, efficeretur Christianus. Cumq; vtræq; phalanges certamine iungerentur, & strages ingentes essent, dixit Chlodoueus, Deum inuoco quem Chrotechildis colit; si me iuuerit in hoc prælio, vt vincam hos aduersarios meos, ero illi fidelis. Alamanni terga vertentes in fugam lapsi sunt. Cumq; regem suum cernerent interemptum * Ix. annis exules à sedibus eorum nec vllam potuerunt gentem comperire, quæ eis cõtra Francos auxiliaret. Tandem se in ditionem Chlodoueo tradunt. *Post*ea cum de prælio memorato superius Chlodoueus Remis fuisset reuersus, clam à sancto Remigio Remensi *Epi*scopo, adtrahente etiã Chrotechilde regina, Baptismi gratiam cum sex millibus Francis in *Pa*scha Domini consecratus est. Cùm à S. Remigio in Albis Euangelij lectio Chlodoueo annunciaretur, qualiter Dominus noster Iesus Chri-

al. 104. annis

sus Christus ad passionē venerat, dixit Chlodoueus, Siego ibidem cū Francis meis fuissē, eius iniuriā vindicassem. Iam fidem his verbis ostendens, Christianū se virum affirmat.

Caput 22. al. à Gundobado f. p. l. contra Chlodoueum postulans Vide Greg. lib. 2. de gest. Franc. cap. 23. Aimoin. lib. 1. cap. 19

GHudegisilus * frater Gundobadi solatium per legatos Chlodoueū postulans. Cum eū comperisset fortissimū in prælijs; promittens, si eijceret Gundobadū cum suo subsidio, à regno tributū Cholodoueo solueret Gūdobadus ignorans dolum fratris Godegisili, ad eum misit, dicens, veni vt resistamus Francis vnanimiter; vt q; alię gentes passæ sunt, non perferamus nos. At ille, Vadam, inquit, & prębeam tibi auxilium. Chlodoueus cū Francis aduersus hos duos reges castro Diuionensi Campaniam direxit ad prælium. Godegisilus Chlodoueo coniungitur, ac vterq; exercitus Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris cognoscens terga vertit, & Rodani ripam percurrens, Auenionem vrbem ingreditur. Godegisilus obtēta victoria, promissa Clodoueo ex parte implens,* Auenionem q; triumphans Chlodoueus rex post Gūdobadū dirigit, q eū de ciuitate extrahere possēt.

al. Vienamque

Caput 23.

ARedius prudentissimus vir cum Gundobado intra castra sedens, ad Gundobadum ait, Oportet te lenire huius hominis feritatem. Ego me simulabo à te fugere; ad eum transibo, vt faciam quod neque tibi neque huic noceat regioni. Quodcunq; tibi meum iniunxerit consilium faciendum promitte, donec causam tuam Dominus prosperet. Aredius valedicens ad Clodoueum perrexit dicens, Illum perfidum Gundobadū relinquens, tuę gloriæ me offero. Benigniter à Clodoueo recipitur. Eratq; iocundus in fabulis, strenuus in cōsilijs, iustus in iudicio, & in commissionib⁹ fidelis. Dixit ad Clodou. Tua est hęc regio; quare eā vastare permittis? Iube Gūdobadū tibi tributa soluere, & ipsi & regioni dominaberis. Quod si noluerit, perfice q; cœpisti. Hęc iniūcta Gund: à Clod: Gūdobad⁹ implere ꝓmisit. Clod: redijt in

Franciam, relictis cum Godegisilo quinq; millibus Francorum. Exiens Gundobadus de Auione resumptis viribus Godegisilum Viennæ circundat, per aquæ ductum in ciuitatem ingrediens, Godegisilum interfecit, Francos aggregatos in vnam turrem ferro trucidauit, nihilq; postea Clodoueo reddere disposuit.

Cap. 24.

AGitur Alaricus rex Gothorum cũ amicitias fraudulenter cum Clodoueo iniisset. Quod Clodoueus discurrente Paterno legato suo cernens, aduersus Alaricum arma commouet, & in Campania Voglauensi *x. ab vrbe Pictaua miliario Alaricum interfecit, & plurima manu Gothorum trucidata, regnum eius à mari Tyrrheno, Ligeri fluuio & montibus Pireneis vsq; Oceanum mare à Clodoueo occupatum est. Et thesauros Alarici à Tolosa auferens secum Parisius duxit, & multis muneribus Ecclesiam sancti Martini & sancti Hilarij ditauit: quorum fultus auxilio hæc celeriter impleuit. Cumque Parisius perrexisset, ibi cathedram regni constituit. Theodoricus eiusdem filius, ciuitatibus captis circa maritima iussu patris filius ad eum reuertitur. Filius Sigiberti regis nomine ſ Theodoricus, quem cum exercitu eius in subsidium contra Gothos Clodoueus habuerat, leuis verbis, dum per Scalde fluuium nauigaret, adtractus. Ipse vero patrem suum Sigibertum in Burgundia interfecit dolose: & ipse à percussoribus Clodouei interfectus est. Regnum Sigiberti absq; vllo prælio cum thesauris Clodouei assumpsit.

+ al. XCC.

Greg. 2. de gest. Franc. c. 37. Aimoin. l. c. 22. Baron. tom. 6. an 507.

ſ al Clodoueus

Carri-

Caput 25.

GArricarium r regem suum parentem Clodoueus dolis interfecit manu propria, & fratrem suum Richariũ similiter manu propria iugulauit. Regnum Ragnacharij, qui apud Camaracum sedem habebat, suæ ditioni subiecit. Regnum Clodouei maxime per totas Gallias dilatatur. Studiose tractauit, vt nullus de suis parentibus superesset, nisi de suo semine qui regnaret.

r al. Charricũ r parentẽ suũ C interfecit & regnum suum sibi subdidit. Regnachariũ regem atque suũ parentem Clodoueus interfecit manu propria, 41 Aimo. c. 25.

& fratrem suum Richarium manu propria similiter iugulauit. Vide Greg ib. c.

Caput 26.

MOrtuus Clodoueus sepultus est in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, quam suo opere construxerat. Obiit post a Voglense bellum anno quinto. Regnum tenuit annis triginta. A transitu sancti Martini vsque ad transitum Clodouei fiunt anni centum duodecim. Chrotehildis Regina ad limina sancti Martini Turonis orationibus & vigilijs peruacabat.

a Greg. 2. gest. Franc c. 43. Vocladense bellum vocat. vide Aimoin. 1 c. 21. Paul. Æmil. li. 1 Baron. an. 514.

Caput 27.

QVatuor filij Clodouei, id est, Theodericus, Chlodomeres, Childebertus, & Chlotarius regnum eius æquo ordine inter se diuiserunt. Sortitus est sedẽ Theodoricus Mettis, Clodomeris Aurelianis, Childebertus Parisijs, & Chlotarius Suessionis. Theodoricus habebat iam filium nomine Theodebertum vtilem & strenuum.

Greg 3. cap. 1. Aim. 2. c 1. & 2.

Caput. 28.

AMalricus, filius Alarici, sororem eorum in matrimonium accepit, per quam Barcinonæ à Childerico & Francis occisus est. Dani euectu nauali Gallias appetunt, in regnum Theodorici irruunt, & à Theodeberto filio Theodorici superantur, omnemque prædam & vitam amiserunt.

Caput 29. Greg. 3. gest. Franc. c. 4.

THuringiorum tres fratres regnabant, Badericus, Ermenfredus, & Bertharius. *E*rmenfredus Bertharium interfecit, instigante vxore *E*rmenfredi nequissima, cui nomen Amalberga; & Badericum germanum suum consilio *T*heodorici interfecit. Ipse verò à Theodeberto filio Theodorici interfectus est. Regnum *b* Thoringorum Francorum ditioni subditum est.

b. Gothorum F. d subactum

Caput 30. c al Sichismũdus apud Genuauensem. fort. Agaunensem, Vide Greg. 3. c. 5. Aimon. 3. c. 4.

GVndebadi filius Syghismundus apud Ardegauensem vrbem villa Quadruuio, iussu patris, sublimatur in regno, habens vxorem filiam Theodorici Regis Italiæ, vnde habebat filium nomine *S*ighiricum. Ea mortua aliam duxit vxorem. Filium suum *S*ighiricum nouercæ insidijs iussit interfici. Vnde postea fortem pœnitentiam agens, monasterium *S*anctorum Agaunensium miri operis construxit, & alia plura monasteria ædificauit. Chrothechildis assidue filios admonebat in hostem patris, matrisq; ac germanorum suorum. Quam ob causam illi Burgundias appetũt, Sigismundum & Godemarum in prælio vincunt.

Caput 31.

GLodomeres *S*igismundum, dum ad monasteriũm Sanctorum *A*gaunensium fugeret, captum, cum vxore & liberis Aurelianos adducit. Godemaris terga vertens latuit. *G*odemaris resumptis viribus regnum Burgundiæ tenet. Chlodomeris iterum aduersus Godemarem exercitum mouit, interfecto *S*igismundo & vxore cum liberis, vt prædictum est.

Caput 32.

GHlodomerem, ab Auito Abbate, quod fecerat *S*igismundo, prædictum est ipso itinere passurũ. Cumq; Veforontiæ Franci cum Burgundionib⁹ bellum inissent, Chlodomeres capite truncat⁹, deceptus ab auxiliis Theodorici, qui filiã *S*igismũdi habebat vxorẽ.

Fran-

FRanci vero in ipso prælio resumptis viribus Burgũdionibus Vesorontiæ superatis, & ad internecionẽ perductis patriam eorũ ditioni subijciũt. Chlotarius vxorẽ Clodomeris nomine Gunthiuchã vxorẽ duxit, filiosq; ei⁹ tres his nominibus, Theodobaldũ d Gũtachariũ & Clodoaldum Crotechildis alebat. Childebertus dolose Aruernos cõtra Theodericũ inuasit. Chlotarius & Childebertus Burgundias appetũt. Sed Theodericus cum eis adgredi noluit, Childericus & Chlotari⁹ fugato Clodomere Burgũdias occupant. Theodericus cũ exercitu Aruernos vastat. Mundericus qui se parentem Regis asseruerat, regnumq; ei deberi dixerat, à satellitibus Theoderici occiditur, fraude deceptus. Rés eius fisco subijciuntur. *Cap.* 33.

d Gunthariũ.

Greg. l. c. 11. 14 15. 18. 22.

INita pax inter Childebertum & Theodericũ cum sacramento datis obsidibus. Sed celerius rũpitur. Multi filij senatorũ ob hoc seruitio subijciuntur. Nepos beati Gregorij Lingonaci vrbis Episcopi Treueris cuidam barbaro seruiẽs, ingenio Leonis cuiusdam ex cocis ipsius Episcopi liberatur & reducitur. *Caput* 34.

GRothechildis regina cũ filios Chlodomeris, quos colebat Parisiis residẽs, vnico amore diligeret, Childebertus inuidia in eos duct⁹, Chlotario suadet vt interficerent: ex quibus duos Theodobald⁹ & Gunthar ius Chlotarij manu propria interficiuntur; Chlodoaldus ad clericatũ tondetur, dignamq; vitam gerens: ad cuius sepulchrũ dominus virtutes dignatur ostendere. Theodericus filiũ suum Theodebertũ vbi VVisigardim e cuiusdã regis filiæ despõsauit, Theodebertus relinquẽs VVisigardem, Theotheriam genere Romanam duxit vxorem. *Caput* 35.

e Aim. l. c. 11. VVoconis.

ITheodericus XXIII. regni sui anno moritur, regnumq; eius Theodebert⁹ assumpsit, magnũq; se atq; in omni bonitate præcipuũ se ostendit. Deoheria Zelans à Theodeberto, filiã suã dolo interfecit. Theodebert⁹ relicta Theotheria VVisigardem duxit vxorem. *Caput* 36.

Chil.

Caput 37. CHILdebertus & *T*heodebertus fœdus ineunt inter se: cõtra Chlotarium mouent exercitum: sed orationibus Crotehildis ad limina sancti Martini & diuino nutu grandine & infestatione tonitrui & fulguris veniente, separati sunt; pace mineuntes ad proprias sedes sunt reuersi.

Caput. 38. POST hæc Childebertus & Chlotarius Hispanias appetunt, easq; parte maxima depopulati sunt. Amalricum regem Barcinonæ interficiunt. Cæsarauguſta ciuitas orationibus & ieiunijs liberatur.

Caput 39. POST Amalricum Theoda regnat in Hispanijs: quo interfecto Theodegisilus regnum assumit: qui dum ad cœnam lętus sederet, extinctis cereis à suis occiditur. Cui Agila succedit in regnum. Gothi vero iam olim habuerunt vitium; cum rex eis non placet, ab ipsis interficitur.

Aimoin. 2, c, 19. & 20. Greg. 5. c, 30.

Caput 40. ET quia Theodoricus rex Italiæ sororem Clodouei in matrimonium habuit, ex qua paruulam filiam cum vxore reliquit. *E*t cum mater ei regis filium sociandum prouideret, à seruo nomine Traquila ne accipitur. Traquila cum exercitu à matre puellæ capitur, & capite truncatur. Acceptam filiam mater, disciplinam ingerens, secum duxit: & filia matrem veneno interfecit. Theodadus regnum *T*heoderici ambiuit, & filiam, quæ matri extiterat, *f* parricida vehemẽter succenso iussit includi, ibi vt combureretur. Vnde causa cõpositionis quinquaginta millia solidorum Childeberto, Chlotario, *T*heudeberto transmissa sunt. Quod Childebertus & *T*heudbertus inter se diuidentes nihil exinde

f al. Parisio.

Chlo-

Chlotario dederunt. Theodato defuncto Totila succeſſit in regno, quem Narſes Patricius interfecit; regnumq; Gothorum in Italia deſtructum eſt.

POST Theudebertus cum exercitu Italiam ingreditur, eamque maritimis terminis depopulatur. Narſes patricius in fugam verſus. Poſtea Buccellinus dux iuſſu Theudoberti Siciliam occupat, totaq; Italia dominans, magna ei felicitas in his conditionibus fuit. *Caput* 41.

PETItione Deſiderati Verdunenſis vrbis Epiſcopi Theodobertus clementer octo millia ſolidos ciuibus Verdonenſibus ad recuperandum dedit. Theudebertus vexatus à febre moritur decimo quarto regni ſui anno. *Caput* 42.

CHrotechildis regina plena dierum & bonis operibus moritur: in ſacrario Baſilicę ſancti Petri ſepelitur. Chlotarius iubet ad omnes Eccleſias tertiam partem fructuum fiſco diſſoluere. Sed reſiſtente Iniurioſo Pontifice hoc malum deſtruitur. Chlotarius de Ingunde Guntharium, Chiltericum, Aribertum, Guntramnum, Sigibertum, & Chlodeſindam filiam habuit. De g Aregunde, ſorore Ingundis Chilpericum. Et de Vnſina habuit Chramnum. *Caput* 43. Greg. 4. geſt. Franc. c. 1. 2. 3. 4 &c. Aim. 2. c. 26. g al. Redegũde

AGIlane in Hiſpania regnante cùm eſſet iniquus ſuis, exercitus imperij Hiſpanias ingreditur, & ibi Agila interficitur. *Caput* 44.

ATHanagildus ſuccedit in regno, qui ab Hiſpania exercitum imperij expulit. *Caput* 45.

THEvdebaldus filius Theodeberti *h* Valderadam duxit vxorem. Erat valde iniquus ſuis; cuius tẽpore vuæ in ſambuco natę ſunt. Stella ex aduerſo ve- *Caput* 46. h Vuldodradam Greg. 3. cap 9.

so veniens Lunam ingressa est. Bucelinus in Italia apud Belisarium & Narsetem patricios sæpius fortiter dimicãs, eos in fugam vertit, eorumq; exercitum proterit. Tandem infirmatus profluuio ventris, & exercitus suus eadem infirmitate adtritus, Belisario iam interfecto, à Narsete superatur & interficitur, ipsoq; anno Theodebaldus obijt, regnumq; eius Chlotarius accepit, copulans Valderadam sibi vxorem.

Caput 47.

EO anno rebellãtibus Saxonibus Chlotarius commoto exercitu maximam eorum partem deleuit; Thoringiam vastãs, quia eis auxiliari præsumpserant. Nec multo post tempore denuo Saxones rebellantes; Chlotarius mouet aduersus eos exercitum. Saxones pœnitentes, offerentes se cuncta emendare quæ male gesserunt, medium partem in omnibus rebus eorum exceptis vxoribus & liberis in compositione offerunt. Quod Franci accipere despicientes, eos interficere conantur, Chlotario dicentes, Non pacificabis cum eis, sed surge præliemus & vlciscamur in illis. Cum ille noluerat, Franci Chlotarium volebãt occidere. Vnde inuitus perrexit ad prælium, ibiq; tanta strages à Saxonibus de Francis facta est, vt mirum fuisset.

Greg. lib. c. 14.

Caput 48.

CHILdebertus cum Chramno insidias Chlotario parat. Aribertus & Gunthramnus iussu patris cũ exercitu contra Chramnum dirigũt: Sed diuino nutu temperante, graui coruscatione exorta, à prælio separantur. Chramnus cum Childeberto pertendit. Saxones factione Childeberti in Franciam veniẽtes, vsq; i Duuciam ciuitatem prædam egerunt. Chramnus cum Childeberto se fortiter constringit. Childebertus Remensem Campaniam depopulatus est. Austrapius dux in Basilicam sancti Martini Chramnum metuens fugit. Chil-

i al. Diuiciam Greg. c. 16. Nuciam.

CHildebertus rex apud Parisios obijt,& in Basilica sancti Vincentij, quam ipse cõstruxerat, sepultus est. Cuius thesauros & regnum Chlotarius assumpsit. Vvalderadam & filias eius duas in exilium misit. *Caput 49.*

CHramnus in Britanniam fugit ad k ad Conobrẽ Comitem Britannorum. Quia *l* Lacharius socer eius ad *E*cclesiam S. Martini confugit, per ipsum hæc Basilica incendio concremata: postea à Chlotario condigne recuperatur, & stanno cooperitur. Chramnus à Chlotario patre suo captus cũ vxore & liberis in Britannia igne cõcrematur. Conober Comes Britãnorũ interfect⁹. *Caput 50.*

k al. Conobrũ. Aim. 2. cap. 30. l. Greg. lib 4. cap. 17. & Aim. cap. 31. Willacharium vocant.

CHlotarius pro suis peccatis quæ gesserat aut negligenter egerat, exorandum ad limina Beati Martini Confessoris properat. *E*xinde compendio villa veniens LI. anno regni sui vexatus à febre obijt. Chilpericus occupatis thesauris Chlotarij in villa Brinnaco sedem Childeberti *P*arisijs occupat, sed mox exinde repellitur. *l* Charipertus, Guntramnus, Chilpericus, & *S*igibertus regnum patris diuidunt. Dedit sors Chariberto regnum Childeberti; *P*arisijs sedem habens: Guntramno vero regnum Chlodomeris; sedem habens Aurelianis: Chilperico regnum Chlotarij patris eius; cathedram habens Suessionis: Sigiberto quoq; regnum Theodorici; sedem habens Mettis. *E*odem tempore Huni Gallias appetunt, contra quos *S*igibertus mouit exercitum, eosque vicit atque fugauit. *P*ostea cum eis pacem iniuit. CHILPERICVS Remos inuadit, & alias ciuitates quæ ad SIGIBERTVM pertinebant abstulit. Vnde inter ipsos bellum ciuile surrexit. SIGIBERTVS Suessionas occupat. THEODEBERTVM filium Chilperici apprehensum in exilium trãsmittit. Chilperico victo atq; fugato ciuitates in suam dominationem reuocat. *P*ost annos *T*heodebertum filium Chilperici reddidit, datis inuicem *Caput 51.*

Aimoin. lib. 2. cap. 37. Greg. lib. 4. c. 22.

l al. Gaudi-pertus.

pace & obsidibus cum sacramentis. Guntramnus in Burgundia regnans in locum *m* Agricolanis Patricij Cellum instituit, virum in verbis paratum & in ciuitate prudentissimum.

m Greg 4.c.24. vocat Agroculam.

Caput 52.

GVntramnus fuit rex bonus, timens Deum. *Accepit primum concubinam nomine n* Venerandam, quæ habuit filium nomine Gundebadum. *Postea accepit Marchitrudem, filiam o* Magnacharij. *Postquam de Guntramno habuisset filium, veneno Gundebadum dolose interfecit. Ipsa iudicio Dei, filium quē habebat perdidit, & odium regis per saginam incurrit. Eadem dimissa Austrichildem eiusdem ancillam cognomento Bobilanem Guntramnus accepit vxorem; de qua duos filios habuit, his nominibus, Chlotarium & Chlodomerem. Vt Marchitrudis dimitteretur, hæc fuit occasio. Mater eius post mortem Magnacharij de vilibus hominibus vnum ex nutritis Magnacharij acceperat maritum, qui instigantibus p Cumtione & Viuolico filijs, ab eadem matre iussu Guntramni separatur, & ipse puer occiditur. Clamantes filij negligenter matrem herbariam & meretricem. Hæc occasio filiam eiecit de regno. Charibertus rex Ingobergam accepit vxorem. Qua relicta q Merofidem lanarij filiam accepit, & aliam pastoris ouium filiā, nomine Theudechildem duxit vxorem, ex qua habuit filium: sed protinus moritur.*

n al. Erandam.

o Greg. 4.c.25. Magnarii.

p al. Conuentione.

q Greg. 4.c 26. Merofiedem.

Caput 53.

POrro Sigibertus cum videret fratres suos vxores viles accipere, *Gogonem* causa legationis ad Anaghildum regem direxit, petens, vt ei filiam suam Brunam nomine coniugio traderet; quam Anaghildus cum multis thesauris Sigiberto ad matrimonium

transf-

transmisit. Ad nomen eius ornandum & augendum est determinatum, vt vocaretur Brunechildis. quam cum multa lætitia atq; iocunditate Sigibertus accepit vxorem.

Caput 54.

ANte hæc in infantia Sigiberti omnes Austrasij cum eligerent Chrodinum Maiorem domus, eo quod esset in cunctis strenuus & timens Deum, patientia imbutus; nec quisquã aliud nisi quæ Deo & hominibus placerent, in eo inueniret. Ille hunc honorem respuens dicebat, Pacem ego in Austrausia facere non valeo; maxime quod omnes primates cum liberis in tota Austrasia mihi consanguinei sunt, non possum ex eis facere disciplinam, nec quenquam interficere. Ipsi vero per me insurgunt, vt agant superstitiose. Eorum acta non permittat Deus, vt me in inferni claustra tradant. Eligite alium quem vultis ex vobis.

Caput 55.

ATilli cum non inuenirent, tunc Chrodini consilio nutritum suum, memoratum superius, Gogonem, Maiorem Domus eligunt. In crastino primus ad eius mansionem perrexit Chrodinus ad ministerium r bracile Gogoni in collo tenens. Quod reliqui cernentes, eiusdem sequuntur exemplum. Prosperum hoc Gogoni ad gubernandum fuit, quoadusq; Brunichildem de Hispania adduxit: quem Brunichildis continuo apud Sigibertum fecit odiosum: ipsumq; suo instigante consilio Sigibertus interfecit. Tanta mala & effusiones sanguinis Brunichildis consilio in Francia factæ sunt, vt prophetia Sibyllæ impleretur dicens: Veniens Bruna de partibus Hispaniæ, ante cuius conspectum multæ gentes peribunt. Hæc verò equitum calcibus disrumpitur.

r. al. bracibe. Aimon. lib. 3. c. 4 brachium

Caput 56.

GHilpericus ſ Gachiliſindam ſororem Brunichildis habuit vxorem; relinquens Fredegundem, & alias quas habebat vxores. Poſtea tranſcendens ſacramentum quod Gothorum legatis dederat, quod nunquam Gacheliſindam de culmine regni degradaret, ipſamq; ſuggillare fecit. Poſt cuius tranſitum Fredegundem denuo accepit vxorem. reputantes vero eius fratres quod ſuo ingenio Gachileſinda fuerat interẽpta, eum de regno eiiciunt. Habebat Chilpericus de priori regina Audouera tres filios Theodebertum, Merouеum & t Clodoueum.

ſ Aim. ib. c 5. Galſontam & VValſontam

t al. Childoueũ

Caput 57.

HVni in Gallias venire conantur, aduerſus quos Sigibertus cum magno aggreditur exercitu. Huni magicis artibus inſtructi, multis fantaſiis oſtẽſis, exercitum Sigiberti metu concutiunt; terga vertunt. Sigibertus à Hunis circundatur, ſed ſuæ prudentiæ dona offerens liberatur. Nec ei quicquam hæc conditio fecit opprobrij. Pacem ſempiternam cum Hunis firmauit & à rege Hunorum condignis muneribus honoratur.

Aim 3. ca. 11.

Caput 58.

SIgibertus præcepit Aruenis ciuibus Arelatem occupare. Iubente Gunthramno à Celſo Patricio Aruerni Arelato trucidati ſunt.

Caput 59.

AThanagildo rege Hiſpaniæ defuncto, Levva cũ Levvildo fratre regnum aſſumit. Moritur Levva. Levvildus integrum Hiſpaniæ regnum tenet; habens y Gaiſuindam vxorem matrem Brunichildis.

y al. Gadſiundam. Aim. 3. c. 37.

Caput 60.

EOdem tempore defuncto Conſtantinopoli Iuſtiniano Imperatore, Iuſtinus ambiuit imperium, vir iniquus & cupidus. Ad quem Sigibertus legatos

tos z VVarmachariũm,& Francum & Firminum Comitẽ direxit, qui pacem cum Imperatore firmarent, qua facta secundo anno sunt reuersi.

z al.VVarmarium.

Caput 61.

LOngobardorum gens priusquam hoc nomen assumeret, exeuntes de a Schandauia, quæ est inter Danubium & mare Oceanum, cum vxoribus & liberis transmeant. Cum à Hunis Danubium transeuntes fuissent comperti, eis bellum conantur inferre. Interrogati à Hunis, quare gens eorum terminos introire præsumeret. At illi mulieribus suis præcipiunt, comam capitis ad maxillas & mentum ligare, quo potius virorum habitum simulantes plurimam multitudinem hostium ostenderent,eo quod erant mulierum còmæ circa maxillas & mentum ad instar barbæ valde longæ. Fertur desuper vox vtraq; phalange dixisse, Hæc sunt langobardi. Quod ab his gentibus fertur eorum deum fuisse locutum quem fanatici nominant b VVodanum. Tunc Lãgobardi clamasse, Qui instituerat ijs nomen, concederet victoriam. Hoc prælio Hunos superant, partem Pannoniæ inuadunt. Nec multo post tempore Narses Patricius, minis Iustini Imperatoris eiusq; Augustę Sophię perterritus, eo quod Augusta ei apparatum ex auro factum muliebri, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, & c pinsilarios regeret, non populos. At ille respondens, Filum filabo, de quo Iustinus Imperator, nec Augusta ad caput venire non possunt. Tunc Langobardos à Pannonijs inuitatos cum Alboëno rege in Italiam introduxit. Alboënus Clodosindam Chlotarij regis filiam habuit vxorem: qua defuncta aliam duxit coniugem, cuius patrem interfecerat.

a al.Schatanagia.Aim.lib.2.c.13. Scandinauia

b al.Visodano.

c al.pẽsilarios

Ipso

Cap. 62. IPSE vero eiusdem mulieris fraude veneno perijt. Ipsaque postea cum aliquo Langobardo apud Rauennam fugaciter de ciuitate Verona, vbi virum occiderat, egrediebatur: pariter in itinere apprehensi interfecti sunt.

Cap. 63. d al. Calip. LOngobardi regem nomine d Clip super se eligunt. Prorumpentibus Langobardis in Gallias Amatus Patricius ab ipsis interficitur. Et à Burgundionibus multæ ibidem strages factæ sunt. Post Amatum Mummolus Patriciatum assumpsit.

Cap. 64. e al. Stupplonem. RRuentibus iterum Langobardis in Gallias: cum quib⁹ Mummolus fortiter dimicauit, & vsq; ad internecionem oppressit. Pauci ex eisdem Italiam repedant. Saxones quos Theodebertus in Italiam miserat, in Gallias prorumpunt, apud e Stipholonem castra ponentes multæ strages per vicina loca ab ipsis perpetrãtur: qui à Mummulo superantur, & in Italiam fugaciter reuertuntur. Amissis omnibus quæ prædauerant Saxones, vxores & liberos in Gallias destinant, vt à Sigiberto rege recepti, in loco vnde exierunt, redirent. Veniẽtes in territorium Auennico Mummulus protinus obuiam veniens Rodanum transire non permittebat: postea accef. à Sigiberto. ptis muneribus transire eos permisit. f Ad Sigebertum pergentes in loco, vnde prius regressi fuerant, sunt stabiliti. Postea defuncto Clip, Langobardorum duces Chamozaban & Rodanus Gallias irruperunt. Quibus obuiam Mummolus cum exercitu venit, & hos tres duces cum eorum exercitu vsque ad internecionem deleuit. In alio anno Mumolus cum exercitu Turonis ac Pictauis, iubente Gunthramno, de potestate Chilperici abstulit, &

ad

ad partem Sigiberti restituit. Multi ibidem de exercitu Chilperici & ipsis Pictauensibus sunt gladio trucidati: Thaloardus & Nuncio duces. Langobardorum per ostiola in Sidonense territorium cum exercitu sunt ingressi, ad Monasterium Sanctorum Agaunensium nimiam facientes stragem Baccis villa, nec procul ab ipso monasterio, & duces eorũ exercitus à Violico & Theudofredo ducibus Gunthramni sunt interfecti g quadraginta tantum ex illis fugaciter Italiam remeant.

g al. quadraginta millia tantum.

CHlodoueus filius Chilperici Burdegalem peruadit; à Sigulfo duce superatus, fugaciter ad patriam redit. *Caput 65.*

CHilpericus Pictauos & Thuronos de regno Sigeberti peruadit, & Sigulfum ducem in fugam vertit, suumq; exercitum prostrauit. Chilpericus ciuitates quas peruaserat, eas Sigiberto reddidit. Post annum Chilpericus cum exercitu multo regnum Sigiberti ingreditur: sed intercurrentes legati pacificati sunt. *Caput 66.*

POstea inientes consilium, amboq; mouentes exercitum volentes Guntramnum interficere, regnumq; eius assumere, Sigibertus cum exercitu Arciaca residens, Chilpericus duodecim pontes. Audiens hæc Gunthramnus exercitum velociter mouit, veniensq; villam Veriaco, intercurrentibus legatis, hi tres germani, Sigibertus, & Guntrhamnus, & Chilpericus Trecas vixerunt. Et in Ecclesia sancti Lupi sacramenta cõtra Guntramnum, vt pacem seruaret, dederunt. Guntramnus idemq; cum eis pacem sacramẽtis firmauit. Redeuntes ad castra Austrasij aduersus Sigebertum rumo- *Caput 67.*

rem leuant, dicentes, Sicut promisisti, da nobis, vbi rebus ditemur, aut præliemur; alioquin ad patriam non reuertimur. Ille volens compulsus à suis super Guntramnum ire; Austrasij valde insidiose dicunt ad eum, Sacramentis pacem cũ Gũtramno firmasti: quopacto possumus super eum irruere? Vnanimiter exclamantes, se super Chilpericum velle ire, protinus mouentes super Chilpericum: iam eius exercitus ad propria festinans longe abierat.

Caput 68.

CVM hæc cognouisset Chilpericus, terga vertens *h* Turonos peruenit. Sigibertus post tergum eius Parisios venit, ibiq; sanctum ac beatissimum Parisiorum vrbis Episcopum cum Sigibertus vidisset, hæc ab eodem verba prophetiæ audiuit, Si germanum tuũ ita persequere, cogitas, vt eum interficere disponas & regnũ suũ auferre Scriptum est; Foueam quam fratri tuo parabis, in eam cadebis. Cuius castigationi nolens annuere, cogitabat optata perficere. Cumq; Victoriaco accessisset, omnes Neostrasiæ actu venientes se suæ ditioni subiecerunt. Ansoaldus tantum cum Chilperico remansit. Fredegundis duobus pueris dolo transmissis. Sigibertum interficiunt, & ipsi interfecti sunt. Resumptis viribus Chilpericus suum regnum recepit.

h al. Thornua

Caput 69.

BRVnechildis cum filio suo Childeberto Parisijs sub custodia tenebatur; Sed factione Gundoaldi Ducis Childebertus in *i* pera positus per fenestram à puero acceptus est. Et ipse puer * singulos eum Metris exhibuit. Ibique à Gundoaldo vel Austrasijs in regno patris sublimatur. Brunichildis iussu Chilperici exilio Rothomagi retruditur. In eo anno fulgor decurrisse

i al. sporta Aimoin. 3. c 14

risse visus est. Sigibertus in Ecclesia sancti MEDARDI sepultus est, ætate quadragenarius, decimo quarto regni sui anno.

A Transitu Theudoberti senioris vsque ad exitum SIGIBERTI *k* anni XXVIIII. *A* principio vsq; ad diluuium ann. duo millia CCXLII. A diluuio vsque ad Abraham anni DCCCCXLII. Ab Abraham vsque ad egressum filiorum Israël ex Ægypto anni CCCCLXII. Ab egressu filiorum Israël ex Ægypto vsq; ad ædificationem templi, vsque ad desolationem eius & transmigrationem Babyloniæ anni CCCL. A transmigratione Babyloniæ vsque ad passionem DOMINI anni DCXLVIII. A passione DOMINI vsque ad transitum sancti Martini anni CCCCXII. A transitu sancti Martini vsque ad transitum CHLODOVEI regis anni CXII. A transitu Chlodouei regis, vsque ad transitum THEVDOBERTI anni XXXVII. A transitu Theudeberti vsq; ad exitum SIGIBERTI anni XXIX. quod simul ann. quinque millia DCCLXXIV. *Caput 70.*

k al. anni 19. Greg 4. cap 51.

CHilpericus filium suum Meroueum Pictauis cum exercitu direxit. Et exinde reuertens *m* Rothomagum accessit & Brunichildem in coniugium accepit. Protinus Chilpericus ipsum de ea separauit. Campanenses *n* Sexionas peruaserũt. Chilpericus cum exercitu cõtra eos inualuit, Sexionas recepit. Filium suũ Meroueum *o* Honus clericatus tonsurare fecit: & presbyter ordinatur. Rocolenum Ducũ, Gunthramnũ idemq; Ducẽ pse- *Caput 71.*

l. Childebertus. m al Rotomo. Greg. Tur. lib. 5. Franc. cap. 2. 4. 14. Aimoin. lib. 3 cap. 15. n al. Saxones corrige Suessionas o al Honus Annisole scu

(tonsurare clericari fecit. Apud Aimoin.

quentem Turonos transmisit. Roccolenus ab infirmitate vexatus nihil ibidem prævaluit.

A insole vocatur monasteriũ in quod detrusus.

Caput 72. Greg 5 c 8.13. Aimoin 3.c 16

EO tempore Sanctus Germanus Parisiorum Episcopus transijt. Chilpericus filium suum Chlodoueum Turonos transmisit, qui & vltra Ligerem ciuitates Childeberti inuaderet. Mummolus Patricius Guntramni contra Chlodoueum & Desiderium ducem Chilperici bellum gessit, eosq; superauit. Cæsa Mummoli exercitu quinq; millia, à Desiderio vero xx. millia.

Cap. 73. o al tantum ex e.r. S. quoque quinq; millia. Longe aliter Greg. 5. c 15.

INter Svveuos & Saxones bellum surrexit. Cæsi sunt à Saxonibus XX. millia: & sex millia o tamen ex eis remanserunt. Svveuorum quoq; sex millia CCCCLXXXVIII. prostrati sunt. reliqui verò victoriam obtinuerunt. Saxones deuouerunt, vt nec pilum nec barbam inciderent, priusquam hanc iniuriam vlciscerentur. sed mentita est eorum iracundia.

Cap 74. Greg. 5. c. 16. 18. Aim. 3. c 20 21. 26.

BRitannus Magliauus & Bodecus illo tempore Comites erant, amicitiam cum sacramentis inuicem ineuntes. Mortuo Bodico Magliauus filium eius nomine Theudericum de regno expulit. Sed tandem resumptis viribus Theudericus Magliauum cum filio Iacob interfecit, regnumq; patris recepit. VVarochus Magliaui filius in patris locum rex efficitur. Guntramnus rex duos Magnacharij filios gladio interemit, instigante Austrichilde regina, facultates eorum fisco redegit. Filij Guntramni duo continuo mortui sunt.

Gun

GVntramnus Childebertum adoptauit in filium. Caput 75.
Chilpericus Prætextatum Rothomagensem Episcopum in exilium trudit: imputans ei quod consilio Brunichildis vsus contra Chilpericum fuisset: quod veritate subsistebat. Meroueus iterum laicus efficitur de Turonis fugiens per Antisiodorum p Diuione venit in Remensem per Campaniam accessit & à Tharauanensibus circumuentus est, & in quadam villa concluditur à q Gauleno familiari suo, ipsoq; rogante Meroueus cultro interfectus est; & post Gaulenus manibus & pedibus, nares & aures truncatus turpiter vitam finiuit.

p. al. de Auinione venit in Remensem Campaniam peraccessit.
q al. Gaileno

EOdem tempore Iustinus Imperator amens effectus est. Sophia eius Augusta cum Tiberio Cæsare regebat imperium. Tiberius largissimus in eleemosynis fuit. Sed cum à Sophia argueretur, vt thesaurum non vastaret, in medio palatij CRVCE in lapide reperta, iubet Tiberius ipsum lapidem leuari. Desuper in alio lapide duæ cruces repertæ sunt: leuatumq; & ipsum. inuenta sunt sub ipso mille centenarij auri. quod largiter diuino amore pauperibus erogauit. Cap. 76. Aimon. 3. c. 9.

DEfuncto Marside prudenti alloquio Senecæ, cui Narsis crediderat thesaurum eius, Tiberius absconditum sub terra inuenit, nimia multitudine ponderum auri & argenti & lapides precioſos. Quod dein largiter Tiberius in eleemosynas distribuit pauperum. Samson filius Chilperici moritur, quem Chilpericus nimium luxit. Eo anno stella in medio Lunæ fulgens visa est. Guntramnus Boso relictis filiabus suis in Ecclesia sancti Hilarij, ad Childebertum transijt. Anno quoq; tertio Childeberti Regis, qui erat Chilperici & Guntramni Caput 77. Greg. 5. c. 25.

ral. 16.

r XVII. Guntramnus Boso filias suas à Pictauo auferre volens. Dracolenus super eum irruit. multa munera à Guntramno Dracoleno offeruntur: sed Dracolenus, vt erat elatus, dixit, Funiculum vnde alios ligare soleo, paratum habeo; vbi Guntramnus hodie ligatur. Cumq; fuisset prælium cœptum, Guntramnus inuocato nomine Domini & sancti Martini, leuato f conto Dracolenum mactat in faucibus suspensum, de equo mortuum in terra proiecit. feliciter postea quod cœpit expleuit. Post hæc Pictaui, Bagassinitæ, Romani, & Andegaui cum alijs multis, in Britannia contra VVaroco exercitum mouent. Super quos VVarocus per noctem ruens, nimiam stragem de Saxonibus Baigassinus fecit. Anno quarto Childeberti, qui fuit XVIII. Guntramni & Chilperici, Saxonius & Sagittarius Episcopi v Cabilonio in synodo ab Episcopatu degradantur. Chilpericus descriptiones grauissimas in omni populo regni sui fieri iussit. Marcus referendarius, qui hãc destructionem faciebat, secum omnes poleticos ferens Kalend. Martij à x Salemodicinis interfectus est & omnes poleptici incendio sunt concremati. Dum hæc agerentur, Iustinus Imperator XVIII. anno regni sui, cum amentia quam incurrerat, vitam finiuit.

f al. contra Dracoleno iactat fune in faucibus suspensumq;

g al. VVaracum

v al. Cabilono

x al. Limodicinis fort. Lemouicinis. Greg. 5. cap. 18.

Caput 78.

Iberius arripuit imperium. Sophia Augusta immemor promissionis suæ aduersus Tiberium insidias mouebat. Iustinianum nepotem Iustini Imperio voluit sublimare. Quod Tiberius cernens, apprehensam Sophiam, expoliatam thesauris segregatis ab ea pueris, in custodiam iussit retrudi. Iustinianum obiurgatum, tantum in posterum amore dilexit, vt filio eius filiam suam promitteret, eiusq; filium suæ filiæ expeteret. Sed non est sortita effectum. Exercitus eius Persas debellauit, victorq; regressus tanta mole prædam detulit.

tulit, vt crederetur cupiditati humanæ posse sufficere. xx. elephanti exinde adducti sunt.

EOdem tempore anno v. Childeberti regis tanta lues per vniuersam regionem facta est, vt nimiũ mirum fuisset. Vniuersa flumina terminos, quos nunquam excesserant, præterierunt, de pecoribus excidio, grande ædificijs naufragium. Sed cessantibus pluuiis arbores denuo floruerunt. Erat mensis Septembris: fulgur per cœlum cucurrisse visum est, sonus quasi deruentis arboris in totam terram auditus est. Burdigalis terræ motu concussa est. De Pyreneis montibus immensi lapides sunt euulsi, qui pecora & homines prostrauerunt. Vicus Burdigalensis, incendio diuinitus orto, multos exussit, subito comprehendens domos, & horrea cum annonis incendio concremantur, nullum incitamentum habens ignis, sed forsitan iussionem diuinam. Aureliana ciuitas ab hoc incendio vastata est. Apud terminum [a] Carnotæ fracto pane sanguis fluxit. Sed hæc prodigia grauissima lues est subsecuta & discordia, regibus iterum bellum ciuile parantibus. [b] Besentericus morbus totas Gallias præoccupauit. His diebus Austrechildis Guntramni Principis regina ab hoc morbo consummata est. [c] Medici apud Guntramnum accusati. iussu Guntramni medici diuersis pœnis afflicti migrant ad cœlum. Eo anno magna in Hispanijs Christianorum persecutio fuit, instigante Goesinda, quam post Anachildum regem rex Leopildus acceperat, de alia vxore duos filios habens, ex quibus vnus Ermenchildus nomine, filiam Sigoberti, nomine Sedegundem accepit vxorem.

Caput 79.
Greg. 5. cap. 33. Aim. 3 cap. 33.

[a] al. Carnotenum.

[b] al. Berentericus dysenteriam intelligit cal. medicus Guntramni Christianos in hoc accusans iussu &c.

Quæ

Caput 80.

Greg. 5. c. 38. Aimoin 3. c 38

QVÆ cum magnis thesauris & apparatibus in Hispaniam est directa & ab auia *e* Gersinda benigniter recepta, quæ postea à Goesinda adficitur. Sed cum nullatenus auiæ iniquo consilio consensisset, in vna ciuitate cum viro habitandum constituitur. Protinus maritum prædicans, ad Christi cultum cõuertit, baptizatusq; Christianus effectus est, quẽ pater Leovvildus insequens & volens occidere, tandem eius insecutione filius interfectus est: per quem data est occasio post mortem Mirionis regis Galliciæ filio eius *f* Eurico & genero nomine Audegande de regno certantibus, à Leopildo Suauię & omnes Galliciæ potestatem Gothorum subijciuntur.

e al Goesida adportatur. sed cum nullatenus

f al. Euricia &g n. Audegame.

Caput 81.

IGitur Chilpericus tres filios suos iam adultos ab infirmitate dysenterię vno anno perdidit, quos de Fredegunda habebat. Restiterat adhuc Clodoueus filius eius, quem postea instigante Fredegunde vinctum in custodiam retrusit, ibiq; factione Fredegũdę cultro percussus obijt.

Caput 82.

g Aimoin. 3. cap 39. Auennionem.

POST hæc Nummolus Patricius regno Gũthramni fuga dilabitur. Auencionem castrum suæ defensioni expetijt. Legati Chilperici qui ad Tiberium Imperatorem accesserunt, ab eodem illo tempore *h* reuertũtur continuò.

h al continuo remouentur.

Caput 83.

CHILdebertus relicta Guntramni pace, se cum Chilperico, vt regnum eius pariter auferrent, coniunxit; promittens Chilpericus dum sine filijs erat, vt Childebertum regni sui relinqueret hæredem. Sed more solito mendax apparuit. Lupus Dux Campanien sis

nienſis ab Vrſione & Bertefredo ab exercitu internecione perſequitur: ſed Brunichilde intercedente liberatur. præſidiumq; eius *i* à ſupraſcriptis talatus eſt.

i al. ſupra ſcripto ſealatus eſt.

Caput 84.

EVIT illo tempore recluſus Hoſpitius apud Nicenſem vrbem, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, deſuper Cilicio. Nihil aliud quàm purum panem & paucos dactylos comedebat; in quadrageſima radices herbarum. Qui dum conuerſaretur in corpore; multæ virtutes, præſtante Domiono per eundem oſtenſæ ſunt.

Chilpericus Deſiderium Ducem ad peruadendum *Petrocorecum* & *Agennum* cum exercitu dirigit. Qui fugato Ragnoaldo Duce has ciuitates peruaſit, eiusq; vxorem cunctis rebus expoliauit.

Baudaſtis Dux in Vaſconia obijt, maximam partem exercitus ſui amiſit. Anno igitur VII. Childeberti regis, qui erat Chilperici & *Guntramni* XX. *Stella k* comata apparuit, in die ſancto *Paſchæ*.

k al. cometes.

Apud Sexionas ciuitatem cœlum ardere viſum eſt. In Pariſiaco *m* vero ſanguis denuo fluxit & ſuper veſtimenta multorum hominum cecidit. Valetudines variæ & mortalitas magna eo anno impleta fuit. Igitur legati Chilperici *n* Anoſaldus & Domichiſtus qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpaniam miſſi ſunt, regreſſi his diebꝰ. Leopildus rex contra *Ermenchildum* filium ſuum * reſi in exercitu reſidebat, tunc filium interfecit, eiuſque vxorem à Græcis liberare non potuit, ſed vſq; in mortem ibi permanſit.

l al. Sexionas. lege Sueſsionas.

m lege vico ap Aimoin. in Pariſiaco pag.

n Anſoaldus & Domighiſius.

Caput 85.

EO anno Rodinus dux moritur, vir eleemoſynarũ, & bonitate leniſſimus, iuſtus in cunctis, pijſſimus in pauperes. Qui dum quadam vice, vt conſueuerat mortuum ſepelire præceperat ad quoddam monu-

mentum cum cultris pueri fossam facerẽt, leuato apide inuenit miræ magnitudinis thesaurum & solidorũ multitudinem, hoc sibi proprium *o* iure censuit, quem sine intermissione fideliter pauperibus erogauit, æquanimiter ea fide reddidit hunc ei thesaurum à quo acceperat. Multa signa & prodigia eo anno in cœlo sunt visa. Chilperico filius denuò nascitur: iubet omnes vinctos laxare.

o al. verum

Caput 86.

GVndoaldus qui se filium Chlotarij esse dicebat, de Constantinopoli reuertitur, & Chlotario à Childeberto patruo directus est: quem Chlotarius videns, comam capitis tondere iussit: quem SIGIBERTVS accersitum, misit in Agrippinensem ciuitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Exinde lapsus ad Narsidem dirigitur, & Narsis eum Mauritio Imperatori direxit. Cùm exinde fuisset reuersus à Mummulo Patricio fuisset susceptus, factione Siagrij & Flauij *E*piscopi, vt Guntramnum degradarent à regno & sublimarent Gundoaldum, ob hãc causam Mummulus interfectus est, Gundoaldus ab *p* Osone duce cum in fractione rupis inpingeretur, ibi disruptus moritur. Cariatus spatarius Guntramni, qui hanc rem prodidit in huius vicissitudinis recompensam Episcopatum Genuauensem assumpsit.

p al. Osone duce factione conbeninsem orbem de cacumine rupis inpingitur

Caput 87.

IN illo tempore Chilpericus *P*arisijs contra pactum quem cum Francis inierat ingreditur, & ob quã rem portionem suam exinde iuste admisit. Guntramno partem Childeberti *q* de Massilia dedit, Mummulus factione Fredegundæ, cui reputabant filium suum per incantationem interfeciſſe, iussit suggillare, multasq; mulieres per ipso mendacio à Fredegunde sunt interfectæ.

q al á de Massilia eunte reddidit.

Chilpe-

CHILpericus timens Guntramnum & Childebertum in Camaracensem cum theusauris omnique prælidio est aggressus: per ipsum timorem, exercitum sæpe mouebat & residere faciebat. *Caput 88.*

CHildebertus in Italiam abijt, & Langobardi se suæ ditioni commendant: glorioſe exinde Childebertus reuertitur. acceperat prius à Mauritio Imperatore quinquaginta millia auri, vt Longobardos de Italia expugnaret: sed non solum eis non nocuit, sed amicitias cum ipsis inijt. Leopildus, vt supra fecimus mentionem, filium suum Ermengildum interfecit. *Caput 89.*

CHilpericus & Fredegundis filia eorum cum multis thesauris & multitudine famulorum in eius ministerium direxit, quam filius Leopildi accepit vxorem; nec post mora extante Chilpericus Calamvvillam nec procul à Parisijs ab homine nomine Falcone qui missus à Brunichilde fuerat, est interfectus, & crudelissimam vitam digna morte finiuit. *Caput 90.*

INCIPIT LIBER
QVINTI IVLII HILARIONIS
De
Cursu temporum
quintus.

ISTE TITVLVS IN M. S. Minore (in maiore enim non solum abest, sed ipse Hilarion extra hanc collectionem in initio libri habetur) solum reperitur. Ne expecta hic vt dem Hilarionem, qui iam editus est, opera Pithoei, & extat in bibliotheca S S. Patrum. Quisquis ille fuit, qui huic collectioni hunc inseruit, na ille ineptus fuit, si id tantum fecit ideo, vt Quintus Hilarion quintum librum faceret. Et sanè non à collectore illo Caroli Magni compare, sed ab alio factum videtur. Attamen quia collatione duorum codicum nostrorum manu scriptorum Pithoeanus Hilarion melior fieri possit quibusdam in locis & expleri, ideo varias lectiones annotaui, quas in notis inuenies.

COL-

COLLECTIO

HISTORICA CHRONOGRAPHICA

ex

THOROMACHO

& aliis

Collectore Gallo quodam qui Carolo Magno compar.

Hic titulus in m. ſ. maiore non eſt, ſed tãtum: INCIPIT PROLOGVS. † Interpretor: CVM LIBRO QVARTO. a al. iuſsio.

INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM ſextum & vltimum Thoromachi concordans quo ad geſta cum lib. q̃to.

CVm ad liquidum a iuſſu verbi proprietatem non habeo quod proferam, niſi præſtitum ab altiſsimo fuerit: & dum quæro implere ſententiam longo ambitu, vix breuis viæ ſpatium conſumo vernaculum linguæ huius verbi interpretator abſurde reſonat. Si ob neceſsitatem aliquid in ordine ſermonum mutauero, ab interpretis videor officio receſsiſſe. Itaq; Beati Hieronymi, Idacii, & cuiuſdam ſapientis ſeu Iſidori, imoq; & Gregorii chronicas à mundi origine diligentiſsime percurrens, vſq; decedente regno Guntramni, his quinq; Chronicis

huius libelli, nec plurima prætermissa sigillatim congruentia stilo inserui, quod illi solertissime absq; reprehensione condiderunt. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi, veritatem diligentius insequi, & b obitum in prioribus his chronicis quasi quandam c futuro opere omnium mihi rerum & tempora prænotaui. In præsenti autem stilo ea tempora ponens & singularum gentium curiosissimo ordine quæ gesserant, d coaptaui, quod prudentissimi viri, quos supra memini e cuius chronicis verbo huius nominis Græco, quod in Latinum interpretatur gesta temporum, seueriſsime dictantes condiderunt, velut purissimus fons largiter fluenta manantes. Optaueram & ego vt mihi f subcumberet talia dicendi facundia, vt vel paululum esset instar. Sed g charius auditur, vbi non est certa perennitas; atq; mundus iam senescit, ideoq; prudentia augmen in nobis tepescit; nec quisquam potest huius temporis, nec præsumit oratoribus præcedentibus esse similis. Ego tamen vt rusticitas & h extremitas sensus mei valuit, studiosissime de hisdem libris, breuitate quantum plus potui optare, præsumpsi. Nec quisquam dubitet, vniuscuiusque libri nomen redeat ad auctorem: cuncta reperiet subsistere veritate. Transacta namq; Gregorij libri volumine temporum gesta, quæ vndiq; scripta potui reperire, & mihi postea fuerunt agnita, acta regum & bella gentium quæ gesserunt, legendo simul & audiendo etiam & videndo cuncta quæ certificatus cognoui, in huius libelli volumine scribere non silui: sed curiosissime, quantum potui inserere studui, de eodem incipiens tempore scribendum, quo Gregorij finis gestaq; cessant & tacent. Cum Chilperici i vita finisset, scripsit.

b. al. obediendum. forte: ob id dum.
c. al. future opere
d al. captaui.
e al. huius. lego: his.
f fort. succurreret talis,
g al. carus auritus
h. al. strenuitas fort. tenuitas.
i al. vita finisset scripsi fort. scripti.

* IN-

INCIPIT LIBER SEXTVS THOROMACHI

† hic titulus est in minore m.s. maior enim caret hic omni titulo,

Caput I.

GVNTRAMMVS rex Francorum cum iam anno XXIII. Burgundiæ regnum, bonitate plenus, feliciter regebat; cum sacerdotibus vtique sacerdos instar se ostendebat; & cum leudis erat aptissimus, eleemosynam pauperibus large tribuens, tantæ prosperitatis regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes ad plenitudinem de ipso laudes canerent &c.

ET Cætera quæ sequuntur, quæ iam edita sunt cum Gregorij Turonensis historia Francorum, nomine Anonymi auctoris, qui Gregorium continuauit. Si qua est varia lectio, sub finem notatam reperies. Sed quia nobis propositum est edere ea quæ nunquam edita sunt, nil hic damus præter præfationem, quæ hic noua est. In fine quoq; noster m. s. codex insignem accessionem habet, quam hic, quia nunquam edita, damus.

CHILtrudis quoque filia eius, faciente consilio nefario nouercæ suæ fraudulenter per manus sodalium suorum Renum transiit, & ad Dodilonem Ducem Bagvvariæ peruenit. Ille vero eam ad coniugium copulauit contra voluntatem vel consilium fratrum suorum. Interea rebellantibus Gvvascónibus in regione Aquitaniæ cum Chunobaldo Duce, filio

filio Theudone quondam Carlomannus atq; Pipinus, germani, Principes, congregato exercitu Ligeris alueum Aurelianis vrbem tranſeuut, Romanos proterunt, vſq; Biturcas vrbem accedũt, ſuburbana ipſius igne comburunt k Chunoaldum Ducem perſequentes fuga cuncta vaſtantes, Lucca caſtrum diruunt, atq; funditus ſubuertnnt; cuſtodes illius caſtri capiunt, & inibi victores exiſtunt, prædam ſibi diuidentes habitatores eisdem locis ſecum captiuos duxerunt. Inde reuerſi circa tempus Autumni eodem anno iterum exercitum ordinauerunt vltra Renum contra Almanos. Sederunt atq; caſtra metati ſuper fluuium Danuuie in loco nũcupato Vſquequo. Habitatores Alamanni ſe victos videntes, obſides donãt, iura promittunt, munera offerunt, & pacem petentes eorum ſuæ ditioni ſubmittunt. Inde reuerſi anno ſecundo regni eorum cognatus Hodilo Dux Baioariæ contra ipſum bellum excitat: compulſi ſunt generalem cum Francis in Baioaria admouere exercitum, venientesq; ſuper fluuium, qui dicitur Lech, ſederunt ſuper ripam fluminis vterq; exercitus hinc inde ſe mutuo vidẽtes vſq; ad quindecim: qui tantundem prouocati irriſionibus gentis illius, indignatione commoti periculo ſe dederut per loca deſerta & paluſtria, vbi pons tranſeundo nullatenus aderat, nocteq; irruentes diuiſis exercitibus eos improuiſos occupauerunt: commiſſoq; prælio prædictus Dux Hodilo cæſo exercitu ſuo vix cum paucis turpiter vltra Igne fluuium fugiẽdo euaſit. His triumphis peractis, non ſine diſpendio multorum, tamen feliciter victores ad propria remeauerũt. Euoluto triennio iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipſis rebellantibus, cum exercitu irrupit, ibiq; captis habitatoribus, qui ſuo regno adfines eſſe videbantur, abſque belli diſcrimine feliciter acquiſiuit

k Aimoin. lib. 4. cap. 59. Vocat Hunoldũ.

Lech.

uit, & plurimos eorum, Christo Duce, baptismi Sacramento consecrati fuerunt. Peridem tempus rebellante Theudebaldo filiam Godfredi Ducis Pipinus cum virtute exercitus sui ab obsidione alpium turpiter expulit fugientem, reuocatoq; sibi eiusdem loci ducatu, victor ad propria remeauit. Inde reuersi precelsi germani sequente anno prouocato coturno Gvvascanorum iterumque vsque ad Ligerim fluuium pariter adunati venerunt. quod videntes Gvvascones præoccupauerunt pacem petentes & voluntatem Pipini in omnibus exsequentes, muneratum eum à finibus suis vt rediret, precibus obtinuerunt. His transactis sequenti anno dum Alamanni contra Carlomannum eorum fidem fefelliſſent, ipse cum magno furore cũ exercitu in eorum patriam peracceſſit, & plurimos eorum, qui contra ipsum rebelles existebant, gladio trucidauit.

1. locus corruptus quem ex fide m. s. do. forte leg. rebellantem Theudebaldum filium Gotfredi. Reliqua tu coniectura corriges.

His ita gestis sequenti curriculo annorum Carlomãnus deuotionis causa in extincto succensus, regnum vna cum filio suo Chrohone manibus germani sui Pipini committens ad limina Beatorum Petri & Pauli Romam in monachorum ordine perseueraturus aduenit, qua successione Pipinus roboratus in regno.

Eodem anno Saxones more consueto fidem, quam germano suo promiserant, mentiri conati sunt. Qua de causa adunato exercitu ad eos peruenire compulsus est; cui etiam reges VVinidorum seu Frisionum ad auxiliandum vno animo conuenerunt. Quod videntes Saxones, consueto timore compulsi, multis ex eis iam trucidatis & in captiuitate missis, regionibus eorum igne concrematis, pacem petentes, iuri Francorum sese, vt antiquitus mos fuerat, subdiderunt; & ea tributa quæ Chlotario quondam præstiterant, plenissima solutione ab eo tempore deinceps esse reddituros promiserũt. Ex quibus plu-

rima multitudo videntes, se contra impetum Francorum rebellare non posse, proprijs viribus destituti, petierunt sibi Christianitatem sacramenta conferre. Quo peracto tempore Baioarij consilio nefandorum, iterum eorum fidem fefellerunt, & contra præfatum principem eorum fidem mentiti sunt. Qua de re commoto exercitu cum magno agmine apparato eorum patrias peracceſſit: ipsi vero terrore compulsi vltra fluuium Igni cũ vxoribus ac liberis eorum fugientes: & memoratus Princeps super ripam Igni castra metatus, nauale prælium præparauit, qualiter eos internecionem insequeretur. Quod videntes Baioarij eorum viribus se auxiliare non posse, legatos cum muneribus multis transmittunt, & in eius ditione se subdunt, & sacramenta vel obsides donant, vt ne vlterius rebelles existant. Ipse vero duce Christo, cum magno triumpho in Frãciam ad propriam sedem feliciter remeauit. Et quieuit terra à prælijs annis duobus. Quo tempore vna cum consilio & consensu omnium Francorum missa relatione à sede Apostolica auctoritate percepta, præcelsus Pipinus electione totius Franciæ in sedem regni cum cõsecratione Episcoporum & subiectione Principum, vna cum regina Bertradane, vt antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno.

His transactis sequenti anno iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato Regi dudum promiserant solito more iterum rebelles contra ipsum existunt. Vnde & Pipinus Rex ira commotus, commoto omni exercitu Francorum iterum Reno transiecto in Saxoniam cum magno apparatu veniens, ibique eorum patriam maxime igne concremauit, captiuos tàm viros quàm fœminas secum duxit, cum multam prædam ibidem feciſ-

set,

set,& plurimos Saxones ibidem prostrauisset. Conuenientibus ijs Saxones pœnitentia commoti cum solito timore clementiam regis petunt, vt pacem eis concederet, & sacramenta atque tributa multo maiora quàm ante promiserant redderent,& nunquam vltra iam rebelles existerent. Rex Pipinus Christo propitio cum magno triumpho iterum ad Renum ad castrum, cuius nomen est Bontia veniens. Dum hæc ageret, nuncius veniens ad præfatum regem ex partibus Burgundiæ quod germanus ipsius Regis nomine Gripho quondam in Gvvasconiam ad VVaiofarium Principem confugium fecerat,& Theodonem Veenensem seu& Fridericum Vltraiuranum Comitem secundum partes Langobardiæ peteret,&insidias contra ipsum prędictum regem pararet apud Maurienam vrbem super fluuium Arboris interfectus est. Nam & ipsi superscripti omnes in eo prælio pariter interfecti sunt,per Ardennam siluam cum ipse rex veniẽs ad Theodonem villam publicam super Mosella resedisset nuncius ad eum veniens dixit, quod Stephanus Papa de partibus Romæ cum magno apparatu & multis muneribus iam monte Iouis transmeato ad eius properaret aduentum. Hæc audiens rex cum gaudio & lætitia & ingenti cura recipere eum præcepit, & filio suo CAROLO ei obuiam ire præcepit. Qui vsque ad pontem Vgone villæ publicæ ad eius præsentiam adducere deberet, ibique STEPHANVS Papa Romensis ad præsentiam regis veniens & multis muneribus tam ipsi regi quàm & Francis largitus est,auxilium petens contra gentem LONGOBARDORVM, & eorum regem AISTVLFVM vt per eius adiutorium ab eorum oppressionibus & fraudulentia eos & de manibus eorum liberaret, & tributa &

munera, quæ contra legis ordinem à Romanis requirebant facere, desisterent. Tunc Pipinus Rex præfato Stephano Papa apud Parisius ciuitatem in monasterio sancti Dionysij Martyris cum ingenti cura & multa diligentia hyemare præcepit, legationem ad Aistulfum regem Longobardorum mittens, petens vt propter reuerentiam Beatissimorum Petri & Pauli in partibus Romæ hostiliter non ambularet, & superstitiosas ac impias & contra legis ordinem causas, quas antea Romæ nunquam fecerat, propter eius petitionem facere non deberent. Cum prædictus Rex Pipinus quod per legatos suos petierat, non impetrasset, & Aistulfus hoc facere contempsisset, euoluto anno Rex, à Kal. Martij omnes Francos, sicut mos Francorum est, in Bernaco villa publica ad se venire præcepit, initoq; consilio cum proceribus suis eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, Stephanus Papa & reliquæ nationes, quæ nationes quæ in suo regno commorabantur, & Francorum agmina ad partes Langobardiæ cum omni multitudine per Lugdunum Galliæ & Viennam pergentes vsq; Mauriennam peruenerunt. Aistulfus Rex Langobardorum hæc audiens cum omni exercitu Langobardorum vsq; ad clusas quæ cognominatur Valle Svvesiana, veniens ibi cum omni exercitu suo castra metatus est, & cum telis & machinis, & multo apparatu, quod nequiter contra rempublicam & sedem Romanam Apostolicam admiserat, nefarie nitebatur defendere. Et cum supra scriptus Rex Pipinus Mauriennam cum exercitu suo rediisset, & propter angusta vallium, montes, rupesq; exercitus prædicti Regis minime transire potuisset, pauci tamen montibus angustiisq; locis erumpentibus, vsq; in valles Eusana, peruenerunt. Hæc cernens Aistulfus Rex Langobardorum omnes Langobardos

bardos armare præcepit, & cum omni exercitu suo super eos audaciter venit. Hæc cernentes Franci, non suis auxilijs, nec suis viribus liberare se putabant, sed Deum inuocant, & Beati Petri Apostoli adiutorium rogant. Commissoq; prælio fortiter inter se dimicantes, Aistulfus Rex Langobardorum læsum cernens exercitum suum, terga vertit, & pæne omnem exercitum suum, quem secum adduxerat tam Duces, Comites, & omnes maiores natu gentis Langobardorum in eo prælio omnes amisit, & ipse quodam monte rupis vix lapsus euasit, Ticinum vrbem suam cum paucis venit. Igitur præcelsus Rex Pipinus, patrata Deo adiuuante victoria, cum omni exercitu & multitudine, agmina Francorum vsq; ad Ticinū accessit, castra metatus est, vndiq; omnia quæ in gyro fuerunt vastans partes Italiæ maxime igne concremauit; totam regionē illam vastauit, castra Langobardorum omnia disrupit & multos thesauros & alia ornamenta quamplurima & eorum tentoria omnia rapuit & cepit. Hæc cernens Aistulfus Rex Longobardorum, quod nullatenus euadere potuisset, pacē per sacerdotes & optimates Francorum petens, dictiones super dicto Rege Pipino faciens & quicquid contra Romanam Ecclesiam vel sedem Apostolicam, contra legis ordinem fecerat, plenissima solutione emendaret, sacramenta & obsides ibidem donat, vt nunquam à Francorum ditione se abstraheret, & vlterius ad sedem Apostolicam Romanam & rempublicam hostiliter nunquam accederet. Præfatus Rex Pipinus clemens vt erat, misericordia motus vitam & regnum ei concessit & multa munera Aistulfus partibus prædicti Regis donat, nam & optimatibus Francorum multa munera largitus est. His itaq; gestis, Pipinus Rex prædicto Stephano Papa cum optimatibus suis & multa munera partibus Ro-

mæ cum magno honore direxit, & ſedem Apoſtolicam incolumem, ſicuti prius fuerat, reſtituit. His tranſactis Pipinus Rex cum exercitu ſuo & multis theſauris ac multis muneribus, Deo adiuuante, reuerſus eſt ad propria. Sequenti anno Aiſtulfus Rex Langobardorum fidem ſuã quam regi Pipino promiſerat, peccatis facientibus, fefellit. Iterũ ad Romam cum exercitu ſuo veniens, fines Romanorum peragrans, atq; regionem illam vaſtans ad Eccleſiam ſancti Petri perueniens, & domos quas ibidem reperit, maximè igne concremauit. Hæc Pipinus Rex cum per nuncios audiſſet, nimio furore & ira motus, commoto iterũ omni exercitu Francorum per Burgundiã per Cauolonnam vrbem & inde per Ianuam vſq; ad Mauriennam veniens. Rex Aiſtulfus cum hoc reperiſſet, iterũ ad cluſas exercitum Longobardorũ mittens, q reg: Pipino & Frãcis reſiſterent, & partes Italiæ intrare non ſinerẽt. Rex Pipinꝰ cum exercitu ſuo mõte Ciniſio tranſacto vſq; ad cluſas vbi Longobatdi reſiſtere nitebant, perueniens, & ſtatim Frãci ſolito more, vt edocti erãt, p montes & rupes erũpentes in regnum Aiſtulfi cũ multa ira & furore intrant, Longobardos quos ibi repererunt, interficiũt. Reliqui qui remãſerant, vix fuga lapſi euaſerũt. Rex Pipinus cũ nepote ſuo Taſilone cũ Baioarorum duce partes Italiæ vſq; ad Ticinũ iterum acceſſit, & totam regionẽ illam fortiter deuaſtans, & circa muros Ticini vtraq; parte fixit tentoria, ita vt nullus exinde euadere poſſet. Hæc Aiſtulfus rex Longobardorũ cernens, etiã nullam ſpem ſe euadẽdi ſperaret, iterũ per ſupplicationẽ ſacerdotũ, & optimatum Francorũ, veniam & pacẽ prædicto ſupplicans, & ſacramenta, quæ prę-fato regi dudũ dederat, atq; contra fedẽ Apoſtolicam rem nefariam fecerat, omnia iudicio Francorũ & ſacerdotum pleniſſima ſolutione emendaret. Igitur rex Pipinus ſolito more iterũ miſericordia motus ad petitionem optimatũ ſuorum vitam & regnum iterato conceſſit. Aiſtulfus rex iudi-

iudicio Francorum & sacerdotum, thesaurum qui in Ticino erat, id est tertiã partem prædicto regi tradidit, & alia multa munera maiora quam antea dederat partib⁹ regis Pipini dedit, sacramenta iterum & obsides donat, vt amplius nunquam contra regem Pipinum & proceres Francorũ rebellis & contumax esse non debeat, & tributa, quę Longobardi regi Francorũ à longo tempore dederãt, annis singulis permissos suos desoluere deberẽt. Præcelsus rex Pipinus victor cũ magnis thesauris & multis muneribus absq; belli euentu cũ omni exercitu suo illæso ad propriã sedem regni sui remeauit incolumis, & quieuit terra à prælijs annis duob⁹. Post hæc Aistulfus rex Longobardorũ, dum venationem in quadam insula exerceret, diuino iudicio de equo, quo sedebat, super quandã arborem proiectus vitam & regnum crudeliter digna morte amisit. Longobardi vna cum consensu prædicti regis Pipini & consilio procerum suorum, Desideriũ in regni sedem instituunt. Dum hæc agerentur rex Pipinus legationẽ Constantinopolim ad Constantinũ Imperatorem p amicitiæ causa & salute patriæ suæ mittẽs, similiter & Constantinus Imp. legationẽ præfato regi cũ multis munerib⁹ mittens, & fidẽ p legatos eorũ vicissim inter se promittũt. Nescio, quo faciẽte, postea amicitia, quã inter se mutuo promiserãt, nullaten⁹ sortita est effectũ. His itaq; gestis & duob⁹ annis cũ terra cessasset à prælijs, prædictus rex Pipinus legationẽ ad VVaiofariũ Aquitanum principẽ mittens, petẽs p legatos suos, vt res Eccl. de regno ipsi⁹, quæ in Aquitania sita erãt redderet, & sub immunitatis nomine, sicut ab antea fuerant conseruatas esse deberent, & iudices ac actores in supra dictas res Ecclesiarum, quod à longo tempore factum non fuerat, committere non deberent, & Gothos prædicto regi, quos dudum VVaiofarius contra legis ordinem occiderat, ei soluere deberet & homines suos, quod de regno Francorum ad ipsum VVaiofarium principem confugium fecerunt, reddere deberet, hæc omnia

Mors Aistulphi.

Desiderius. Vide Aimoin. lib. 4 cap. 63. 64 65.

VVaiofarius, quæ prædictus rex per legatos suos ei mandauerat, hoc totum facere contempsit. Igitur Pipinus rex inuitus coactus vndiq; contraxit exercitum, & partibus Aquitaniæ, per pagam Trecalinam vsque Antisiodorum vrbem accessit, inde ad Ligerem fluuium cum omni exercitu Francorum ad Masuam vicum in pago Antisiodorensi Ligerem fluuium transmeauit, per pagum Bitorinum vsque Auernicam accessit, regionem illam peruagans, & maximam partem Aquitaniæ igne concremauit. VVaiofarius princeps Aquitaniæ, per legatos suos pacem supplicans, Sacramenta & obsides ibidem donat, & omnes iusticias quas præfatus rex Pipinus per legatos suos ei mandauerat, in placito instituto facere deberet. Rex Pipinus cum omni exercitu suo illæso reuersus ad propria, reuoluto anno id est anno decimo regni ipsius omnes optimates Frãcorum ad Dura in pago *Riguernisi ad componendum pro salute patriæ & vtilitate Francorum tractanda placito instituto ad se venire præcepit. Dum hæc agerentur VVaiofarius inito iniquo consilio contra Pipinum regem Francorum insidias parat, exercitum suum cum Vniberto Comite Bitoruio, & Blaudeno Comite Aruernico, qui dudũ ante annum superiorem ad prædictum regem Pipinum cum Bertellano Episcopo Bitoricę ciuitatis missus fuerat, & animum regis ad iracundiam nimium prouocasset, cum reliquis Comitibus clam hostiliter vsq; Caualonum, omnem exercitum suum transmisit, & totam regionem illam id est Auguſdunensium vsque ad Caualonum igne cremauit & suburbana Caualoni vrbis quidquid ibidem reperierunt; omnia vastauerunt Melciam conuillam publicam incendio cremauerunt cum multis spolijs & præda nullo resistente remeauerunt ad propria. Cum hoc Pipino regi nunciatum fuisset,

Aimoin. 4. cap 65. vocat villam Durã

fuisset, quod Vvaiofarius maximam partem regni sui vastasset, Sacramenta, quæ ei dederat fefellisset, nimium ira motus iubet omnes Francos vt hostiliter, placito instituto, ad Ligerem venissent: commotoque exercitu cum omni multitudine iterum vsque ad Trecas accessit, inde per Antisiodorum ad Neuernum vrbem veniens, Ligeris fluuio transmeato, ad castrum, cuius nomen est * Burbone in pagum Bitoruium peruenit. Cumq; in gyro castra posuisset subito à Francis captum & succensum est, & homines VVaiofarij, quos ibidem inuenit, secum duxit, maximam partem Aquitraniæ vastans, vsque vrbem Auernam, cum omni exercitu veniens Claremontem castrum captum atq; succensum bellando cepit, & multitudinem hominum tàm virorum quàm mulierum & infantum plurimos in ipso incendio cremauerunt. Blandinum comitem ipsius vrbis Auernicæ captum atq; ligatum ad præsentiam regis adduxerunt: & multi Vvascones in eo prælio capti atque interfecti sunt. Igitur rex Pipinus vrbe capta ac regione illa tota vastata cũ præda & populo multo, Deo auxiliante, cum illæso exercitu iterũ remeauit ad propria. Factum est autem postquam Pipinus rex vrbem Auernam cepit hanc, regionem illam totam vastauit.

Aimoin. 16. Borbonum vocat.

Sequenti anno id est anno vndecimo regni ipsius cum vniuersa multitudine gentis Francorum Bitoricas venit, castra metatus est vndique & omnia quæ in gyro fuerunt, vastauit; circumsepit vrbem munitione fortissimam, ita vt nullus egredi ausus fuisset, aut ingredi potuisset. Cum machinis & omni genere armorum circumdedit eam vallo, multis vulneratis, plurimisq; interfectis Francis, per muros cepit vrbem, & restituit eam ditioni suæ iure prælij, & homines illos, quos Vvaiofarius ad defendendum

ipſam ciuitatem dimiſerat, clemẽtia ſuæ pietatis abſoluit, dimiſſiq; reuerſi ſunt ad propria. Vnibertum Comitem & reliquos Vaſcones, quos ibidem inuenit, ſacramentis datis ſecum adduxit, vxores eorum ac liberos in Franciam ambulare præcepit, muros ipſius Bitoricæ ciuitatis reſtaurare iubet, Comites ſuos in ipſam ciuitatem ad cuſtodiendum miſit. Inde cum omni exercitu Francorum vſq; ad caſtrum quod vocatur * Toarcius veniens. Cumque in gyro caſtra poſuiſſet, ipſe caſtrum mira celeritate captum atque ſuccẽſſum eſt, & Gunſtones, quos ibidem inuenit vna cum ipſo Comite ſecum duxit in Franciam. Pipinus Chriſto duce cum omni exercitu Francorum cum multa præda & ſpolijs iterum reuerſus eſt ad ſedem propriam. Facta eſt autem longa altercatio inter Pipinum regem Francorum & Guaiofarium Aquitaniæ principem. Pipinus rex, Deo auxiliante, magis ac magis creſcens & ſemper ſe ipſo robuſtior in ſe ipſo factus eſt, pars autem Vvaiofarij, & eius Tyrannidis decreſcẽs quotidie. Vvaiofarius princeps ſemper contra prædictum regem Pipinum inſidias parare diſſimulat. Nam Mancionem Comitem conſobrinum ſuum ad partes Narbonæ cum reliquis Comitib⁹ tranſmiſit, vt cuſtodias, quas prædictus rex Narbonam, propter gentem Saracenorum ad cuſtodiendum miſerat, ne aut intrarent, aut ſi quando iterum, in patriam reuerterentur, capere aut interficere ſuos poſſent. factum eſt autem vt Aſtraldus Comes & Galemanius itemq; Comes compares eorum ad propria reuerterentur, ſic Mancio vna cum multitudine gentis Gvvaſcanorum ſuper eos irruit, fortiter inter ſe dimicantes. Prædictus Galemanius & Aſtraldus ibidem Mancionẽ & vniuerſos pares ſuos, Deo adiuuãte, interficiunt, hęc cernentes Gvvaſcones terga vertũt, omnes equites quos ibidem adduxerant, amiſerunt, montes valleſq; peruagãtes pauci tamẽ vix fugaciter euaſerunt. Ipſi vero cũ multa prę-

da &

Aimoin. 4. cap. 66. air vſque ad Carduciam ſeu Cadurciam acceſſiſſe.

da & equitibus & ſpolijs cum gaudio reuerſi ſunt ad ꝓpria. Dū his & alijs modis Franci & Gvvaſcones ſemꝑ inter ſe altercarēt, Chilpingus Comes Auernorū collecto vndiq; exercitu, in pago Lugdunēſi in regno Burgūdiæ ad prælīādū ambulare nitebatur. Cōtra quem Adalard⁹ Comes Gaualonēſis & Aſtraldus idemq; Comes cum parib⁹ eorum cōtra eum veniētes. ſtatim Chilpingus Comes in eo prēlio à ſupra ſcriptis Comitibus occiſus eſt, & multi qui cū eo venerāt, ibidem interfecti ſunt. hęc videntes Gvaſcones terga vertunt. Vix pauci ſyluis & paludib⁹ ingreſſis euaſerūt.

Amanugus Comes Pictauēſis dum Turonicam infeſtatam prædaret & ab hominib Gulfardi Abbatis monaſterij beati Martini interfectus eſt, & plures, qui cum eo ibidem venerāt cum ipſo pariter ceciderunt, reliqui qui remanſerāt terga vertentes, pauci vix euaſerunt. Dum hæc agerentur, Remiſtanus auunculus Gvaiofarij ad prędictum regem veniens, ſacramenta multa & fidem prædicto regi Pipino promiſit, vt ſemper fidelis tam prędicto regi, quam & filijs ſiue omni tempore eſſe deberet. Rex verò Pipinus in ſuam ditionem eum recepit, & multa munera auri & argenti & precioſa veſtimenta equites & arma largiendo ditauit.

Rex Pipinus caſtrum cui nomē Argentonnis in pago Bitoruio à fundamēto miro opere in priſtinum ſtatū reparare iuſſit, Comites ſuos ibidē ad cuſtodiendū mittēs ipſum caſtrum, Remiſtano ad Gvaiofario reſiſtēdum cū eis medietatem pagi Bitoruio vſq; ad Care cōceſſit. Vidēs prędictus Gvaiofarius princeps Aquitanicus, q; caſtrum Clare mōtis rex bellādo ceperat, & Bitoricas caput Aquitanię, munitiſſimam vrbem cū machinis cepiſſet, & impetum eius ferre nō potuiſſet, omnes ciuitates, quæ in Aquitania Prouincia ditionis ſuæ erant, id eſt Pictauis Lemodicas, Sanctonis, Petrecors, Equoliſma, & reliquas quam plures ciuitates & caſtella, omnes muros eorum in terram proſtrauit, quos poſtea prędelſus rex Pipinus reparare iubet, & homines ſuos ad ipſas ad cuſtodiēdū dimiſit.

Iterum eo anno cum omni exercitu suo prædictus rex Pipinus ad sedem propriã reuersus est. Iterũ sequẽti anno commoto omni exercitu Frãcorũ per Trecas inde Antisiodorũ vsq; ad Auernũ vrbem cũ omni exercitu veniẽs, ibiq; cum Frãcis, & proceribus suis placitũm suum Campomadio tenens, postea Ligere transacto Aquitaniam pergens vsq; ad Lemodicas accessit, totam regionem illam vastans, villas publicas, quæ ditionis Guaiofarij erãt, totas igne cremare præcepit. Tota regione pene vastata, monasterijs multis depopulatis vsq; Hisandonem veniens, vnde maximam partem Aquitaniæ, vbi plurimum vinearum erat, cepit ac vastauit, vnde pene omnis Aquitania tam Ecclesiæ, quam monasteria, diuites & pauperes vina habere consueuerunt, omnia vastauit & cepit. Dum hæc agerentur Guaiofarius cum exercitu magno & plurimorum Gvvascanorum, qui vltra Garronam commorantur, qui antiquitus vocati sunt Vaoeci, contra prædictum regem veniens, sed statim solito more omnes Gvuascones terga verterũt, plurimi ibidem à Francis interfecti sunt. hæc cernens rex persequi eum iubet, & vsq; ad noctem eum persequens, vix Gaiofarius cum paucis, qui remanserant fugiendo euasit. In eo prælio Blandinus Comes Auernorum, quem prædictus rex prius ceperat, & qui postea ad Guaiofarium confugium fecerat, interfectus est. Rex Pipinus, opitulante Deo, victor extitit, pattata iterum victoria cum magno triumpho iterũ ad Degontum cum omni exercitu Francorum ad Ligerẽ veniens. Inde per pagum Augustudunensem ad propriam sedem remeauit, ibi victus Vuaiofarius legationem ad prædictum regem mittens, petens eum, quod Bitoricas & reliquas ciuitates Aquitaniæ prouinciæ, quas de manu eius prædictus rex abstulerat, ei redderet, & postea ipsas

psas Guaiofarius ditioni suæ faceret. Tributa & munera, quæ anteceſſores ſui reges Francorum, de Aquitania prouincia exigere conſueuerant, annis ſingulis partibus prædicto regi Pipino ſoluere deberet. Sed hoc rex per conſilium Francorum & plurimorum nationis qui in regno ſuo commorabantur, & procerum ſuorum facere contempſit. Euoluto igitur anno, commoto omni exercitu Francorum vſq; Aurelianis veniens ibi placitum ſuum Campomaij quod ipius primus pro campo Martio, pro vtilitate Francorum inſtituit tenens, multis muneribus à Frãcis & proceribus ſuis ditatus eſt. Iterum Ligere trãſacto totam Aquitaniam pergens vſq; ad Agimum veniẽs totam regionem illam deuaſtauit: videntes tam Gvvaſcones, quam maiores natu Aquitaniæ neceſſitate compulſi plurimi ad eum venerunt, ſacramenta ibi donant, & ſe ditioni ſuæ faciunt; ita omnis Aquitania prouincia vaſtata cum multa præda ac ſpolijs per pagum Prætecoricam & Equaliſnam, iam pene omni Aquitania acquiſita cum omni exercitu ſuo Francorum iterum eo anno cũ omnibus ſuis reuerſus eſt in Franciam.

Iterum denuo ſequẽti anno commoto omni exercitu Francorum per pagum Trecaſinam inde ad vrbem Antiſiodorum veniens ad caſtrum, quod vocatur Gordinis cum regina ſua Bertrada iam fiducialiter Ligére tranſacto ad Bitoricas acceſſit, palatium ſibi ædificare iubet. Iterum campomadium, ſicut mos erat, ibidem tenere iubet initoq; cõſilio cum proceribus ſuis præfatam reginam Bertardam cũ reliquis Francis ac Comitibus fidelibus ſuis in prædicta Bitorica dimiſit, ipſe prędictus rex reliqus Francis & optimatibus ſuis ad perſequendum Guaiofarium ire perrexit. Cumq; prædictus rex ipſum Guaiofarium perſequens non reperiret, iam tempus hyemis erat, cum omni exercitu ad Bitoricas, vbi præfatam reginam Bertra-

dam dimiserat reuersus est. Dum hæc agerentur Remistanius filius Iudonæ, quondam fidem suam, quam prædicto regi Pipino promiserat, fefellit, & ad Guaiofarium iterum veniens ditioni suæ faciens, quod Guaiofarius cũ magno gaudio eum recepit, & adiutorem sibi contra Francos & prędictum regem eum instituit. Superscriptus Remistanus contra prædictum regem & Francos, seu custodias quas ipse in ipsius ciuitatibus dimiserat nimium infestus accessit, & Bitorium seu Limoticinum quas rex acquisierat, prędando nimium vastauit, ita vt nullus colonus terræ ad laborãdum, tam agros quam vineas colere non audebat. Prædictus rex Pipinus in Bitorice per hyemem totam cum regina sua Bertrada in palacio resedit, totum exercitum suum per Burgundiam ad hyemandum mittens natale domini nostri Iesu Christi & sanctæ Epiphaniæ apud Bitoricas vrbem per consilium Episcoporum & Sacerdotum venerabiliter celebrauit. Euoluto igitur eo anno cum in Bitoricis resideret, medio ante Februario omnem exercitum suum, quem in Burgundiam ad hyemandum miserat ad se venire pręcepit, initoque consilio, contra Remistanum insidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradum, & Chunibertum Comitem Bitorinum cum reliquis Comitibus & leudibus suis ad ipsum Remistagnum capiendum mittens, prædictus rex Pipinus cum omni exercitu Francorum, iterum ad persequendum Guaiofarium ire destinauit. Bertrada regina Aurelianis transiens, & inde nauali euectione per Ligerem fluuium vsq; ad Sellus castrum super fluuium ipsius Ligeris peruenit. His itaq; gestis nunciatum est regi quod missi sui, quos dudum ad Amormui regem Saracenorum miserat

rat

rat, post tres annos ad Marsiliam reuersi fuissent legationem prædicti Amormuni regis Saracenorũ ad præfatum regem cum multis muneribus secum adduxerant. Quod cum compertum regi fuisset, missos suos ad eam direxit, qui eos venerabiliter reciperent, & vsq; ad Mettis ciuitatem ad hyemandum ducerent. Igitur superscripti Comites, qui ad Remistagnum capiẽdum missi fuerant, per diuinum iudicium, & fidem regis eum capiunt, & ligatum ad præsentiam regis cum vxore sua adduxerũt, quam statim rex * Vniberto & Ghiselario Comitibus Bitoricæ ciuitatis ipsum Remistagnum in patibulo suspendi iussit. prædictus rex Pipinus vsq; ad Garonnam accessit. Ibi Gyvascones, qui vltra Garonnam commorantur, ad eius præsentiam venerunt, & sacramenta & obsides prædicto regi donant, vt semper fideles partibus regis ac filijs suis Carolo & Carlemanno omni tempore esse debeant. Et aliæ multæ quamplures gentes ex parte Guaiofarij, ad eum venientes, & se ditioni suæ subdiderunt. Rex vero Pipinus benigniter eos in suam ditionem recepit. Vuaiofarius cum paucis per syluam, quæ vocatur Edobola in pago Petrecorrego latitans & huc illuc vagatur incertus. Præfatus rex Pipinus ad Guaiofarium capiendum insidias iterum parat. Inde ad reginam suam de Sellum veniens legationem Saracenorum, quam Mettis ad hyemandum miserat, ad Sellus castrum ad se venire præcepit, & ipsi Saraceni munera, quæ Amormuni transmiserat ibidem præsentant. Iterum rex ipsis Saracenis, qui ad ipsum missi fuerant munera dedit, & vsq; ad Marsiliam cum multo honore adduci præcepit: Saraceni vero nauali euectione per mare redeunt ad propria.

Videtur aliquid deesse. Vide Aimoin. 4. cap. 67.

Præcel-

Præcelsus rex Pipinus iterum de Sellus castro cum paucis ad persequendum Guaiofarium eo anno iterum ire perrexit, vsque ad Sanctiones mira celeritate primus cum paucis venit. Cum hoc Guaiofarius audisset solito more terga vertit. Rex Pipinus in quatuor partes Comites, scaritos, & leudos suos ad perquirendum Guaiofarium transmisit. Dum hæc agerentur vt asserunt, consilium regis factum fuisset Guaiofarius princeps Aquitaniæ à suis interfectus est. Præfatus rex Pipinus iam tota Aquitania acquisita, omnes ad eum venientes ditionis suæ, sicut antiquitus fuerant, se faciunt. Cum magno triumpho & victoria Sanctionas, vbi Bertrada regina residebat, venit. Dum Sanctionas præfatus rex venisset, & causas pro salute patrię & vtilitate Francorum tractitaret, à quadam febre vexatus ægrotare cœpit, comites suos ac iudices ibidem constituit. Inde per Pictauum vsque ad Turonis vrbem ad monasterium beati Martini confessoris accessit, ibique multam eleemosynam tàm Ecclesijs quàm monasterijs & pauperibus largitus est, & auxilium beati Martini petens, pro vt eius facinoribus domini misericordiam deprecari dignaretur. Inde promouens se cum prædicta regina Bertrata & filijs suis Carolo & Carlomanno vsque ad Parisius ad monasterium beati Dionysij martyris veniens, ibiq; moratus est aliquandiu, cernensq; quod vitæ periculum euadere non posset, omnes proceres suos, Duces & Comites Francorum tam Episcopos quàm Sacerdotes ad se venire præcepit, ibiq; vna cum consensu Francorum & procerum suorum seu & Episcoporum, regnum Francorum quod ipse tenuerat, æquali sorte inter prędictos filios suos Carlum & Carlomannum, dum adhuc ipse viueret inter eos diuisit, id est Austrasiorum regnum Carolo seniori filio regnum instituit. Carlo-

manno

manno vero iuniori filio regnum Burgundiæ & Provinciæ Alesans & Alamaniam tradidit: Aquitaniam quam ipse rex acquisierat inter eos diuisit. His gestis rex Pipinus * post dies vt dolus est ad dicendum multitudinem & vitam simul caruit. Sepelieruntq; eum prædicti reges Carlus & Carlomannus filij ipsius regis in monasterio S. DIONYSII martyris, vt ipse voluit, cum magno honore. regnauitq; annis viginti quinque. His transactis prædicti reges Carolus & Carlomannus vnusquisque cum leudelibus suis ad propriam sedem regni eorum venientes, instituto placito, initoque consilio cum proceribus eorum, mense Septembri die Dominico decimo quarto Calendas Octobris Carolus ad Nouionem vrbem & Carlomannus ad * Saxones ciuitatem, pariter vno die à proceribus eorum & consecratione sacerdotum sublimati sunt in regno.

fort. post dies III. (dolor est ad dicendum) multitudine & vita simul caruit. Aimo. in 4. cap. 67. ait obiisse 7. Kalend. Oct.

Suessionis dicitur ab Aimo. in. ib.

FINIS.

MENOLOGIVM
Græcorum

ex
Bibliotheca
&
interpretatione
GVLIELMI SIRLETI
Cardinalis,

Nunc primùm è manuscripto in lucem
editum
& notis illustratum

Ab

HENRICO CANISIO NOVIOMAGO
Iurisconsulto.

MENO-

MENOLOGIVM GRÆCORVM

Menſis Ianuarii die primo.

CIRCVMCISIO DOMINI NOſtri Ieſu Chriſti.

Eodem die Commemoratio ſancti Patris noſtri BASILII Archiepiſcopi Cæſareæ.

Eiuſdem Menſis die ſecundo.

Natalis ſancti Martyris Baſilij ex vrbe Ancyra, qui Cęſareæ Imperatore impio Iuliano, Præſide Saturnino paſſus eſt *E*odem die ſancti Silueſtri Romani Pontificis, qui propter ſummum virtutis gradum defuncto Miltiade, antiquioris Romæ creatus eſt Epiſcopus. Hic multorum patrator miraculorum, Conſtãtinum magnum ad Chriſti fidem conuertit, cùm animi & corporis morbos diuino Baptiſmate ab eo expuliſſet.

Eiuſdem Menſis die tertia.

Sancti Martyris Gordij ex Cæſarea Cappadociæ, qui cùm Licinio Rege eſſet Comes, & militarem ordinem gereret, propter Chriſtianæ fidei confeſſionem, nobile martyrium perpeſſus eſt, in cuius laudem habita inſignis Baſilij magni extat oratio. *E*odem die ſancti Prophetæ Malachiæ de tribu Leui.

Eiusdem mensis die tertia vel quarta.

Natalis Beatorum martyrum Theopempti, & Theonę, qui Diocletiano Imperatore passi sunt. Eodem die Commemoratio sancti Martyris Zosimi & Athanasij Commentariensis, qui Domitiano Præside apud Ciliciam illustre martyrium pertulerunt. Eodem die Commemoratio sanctæ Encleticæ Virginis.

Syncleticæ.

Die V.

Sancti prophetæ Micheæ de Tribu Ephraim.

Die VI.

Celebritas sanctorum Theophaniorum.

Die VIII.

Certamen sanctorum martyrum Theophili diaconi & Helladij laici, qui pro Christi confessione in Libya sub proconsule laniati, acutis testis compuncti, atq; in ignem cõiecti, constanter in fide perseuerantes Christo Domino animas suas reddiderunt.

Eiusdem mensis die IX.

Sancti Martyris Polyeucti, qui Decio, & Valeriano Imperatoribus, cum in Melitina Armeniæ primum militasset, ac postea ad Christum conuersus, neglectoq; de fide ipsa abiuranda edicto, gentilium simulachra confregisset, nullis cognatorum precibus, aut blanditijs persuasus, ac ne ipsius quidem vxoris gemitib & fœmineis vlulatibus commotus esset, stabili confessione, securi percussus Martyrij palmam consecutus est.

Die X.

Gregorij Episcopi Nyssæ fratris Basilij magni, viri eruditione, eloquentia, & orthodoxæ fidei zelo insignis, qui dicendi vi, & sacrarum literarum testimonijs hæreticos confutauit. Cumq; ad multam senectutem peruenisset, migrauit ad Dominum.

Eodem

Eodem mense die XI.

Commemoratio sancti Patris nostri Theodosij Cœnobiarchæ ex oppido Marissi Cappadociæ. Magariasi.

Die XXI.

Certamen sanctę Martyris Tatianæ ex antiquiore Roma, Alexandro Imperatore, quæ propter Christi fidem oblata Imperatori, & in templum idolorum cum eo ingressa, precibus simulachra euertit, atq; in terram collisit; quare in faciem verberatur, & vncis eius palpebræ dilacerãtur, deinde suspensa pectinibus laniatur, raso capite, postremo cum igni & feris obiecta illæsa mansisset, securi percussa euolauit in cœlum.

Eodem Die sancti Martyris Meortij, qui verberatus per septem dies, migrauit ad Dominum. Mertiũ.

Die XIII.

Natalis sanctorum martyrum Hermilli & Stratonici, sub Rege Licinio. Erat autem Hermillus in ordine diaconatus, qui pro Christi confessione post verbera, & dilaniatas carnes, & alia tormentorum genera, vna cum Stratonico in flumen Istrum conijcitur, vbi vterq; beatum finem consecutus est. Hermylis

Die XIIII.

Certamen sanctorum Patrum in Sina interfectorum à Saracenis, Temporibus Diocletiani, & Petri Alexandrini; fuêre autem patres interfecti numero XXXVIII. ex quibus Hesaias & Sabas reperti sunt viui, alij vero mortui sunt inuenti. Eodem die Natalis sanctorum Prũm XLIII. in Raitho iugulatorum à Blemmyis in mari rubro, vbi sunt duodecim fontes, & LXX. arbores palmarum. Eodem Die sancti Theoduli. Hic fuit filius Nili, viri sapientis, qui relicto sæculo, in montem Sina se contulit vbi cum filio vitam monachi exercuit.

Die XV.

Sancti Ioannis Calybitæ filij Eutropij Senatoris, & Theodoræ.

Eodem die Natalis sancti Martyris Anastasij Persæ. Hic fuit Rege Persarum Cosroe, Romanorum autē Heraclio; Patriam habuit Razech, qui cum Hierosolymam esset profectus, sibi accepto baptismate, factus monachus in monasterio sancti Sabæ, omnemq; monasticæ vitæ exercitationem assecutus, martyrij subeundi desiderio affectus Cæsaream Palæstinæ se contulit, vbi cum vidisset magos quosdam, eosq; irrideret, ab illis detentus, ad Barsabanam ductus, varie cruciatus est, postremo actus ad Regem Persarum, vehementius ab eo cruciatur, ipsius collo ita laqueo astricto, vt respirandi facultatem non haberet, postremo securi percutitur, capite pro Christi fide abscisso.

Eodem die Sanctæ Martyris Charitinæ quæ Imperatore Diocletiano, & Domitiano Præside accusata quod Christum coleret, oblata Præsidi se Christianā esse professa est; quare multa & varia tormenta constanter perpessa, martyrij palmam assecuta migrauit ad Dominum.

Die XVI.

Apud vrbem Constantinopolim Veneratio preciosæ illius Cathenæ, qua beatus Apostolus Petrus Christi caussa Herodis iussu vinctus est.

Die XIX.

Natalis Sancti martyris Theodoti, Licinio Imperatore, Præside Sabino, in Insula Cypro, multos & varios cruciatus perpessus, atq; ab omnibus liberatus, Constantino magno Imperatore in pace quieuit, & vt Christi Confessor migrauit in cœlum.

Eodem

Eodem Die Memoria sanctorum Patrum Macarij Ægyptij & Macarij Alexandrini, qui exercitatione monastica, vita, moribus, admirabili abstinentia, & miraculis illustres fuerunt.

Die XX.

Natalis sancti martyris Neophyti, qui fuit ex Nicæa Bithyniæ, pijs ortus parentibus Theodoro, & Florentia, Imperatore Diocletiano. hic cum quintumdecimum ageret ætatis suæ annum, Decio Præsidi repente astitit, & liberè Christi fidem prædicans, flagris primùm cæditur, postea in ardẽtem fornacem conijcitur, feratũ morsibus traditur, cumq; ex his omnibus illæsus permansisset, postremò irruente in illum barbaro quodam homine securi percutitur.

Die XXII.

Natalis sancti Timothei Episcopi Ephesi. Hic fuit ex vrbe Lystra, patre Græco gentili, matre vero Iudęa, discipulus Beati Apostoli Pauli, cuius & comes fuit, quem & Episcopum Ephesi Apostolus ipse ordinauit, passus est in vrbe Ephesi, eius reliquiæ Constantinopolim translatæ, repositæ sunt sub sacro altari vna cum sanctis Apostolis Luca, & Andrea, vbi & ipsius solemnitas celebratur.

Die XXIII.

Natalis sancti Clementis Ancyræ Galatiæ, qui ortus patre gentili, matre verò Christiana nomine Euphrosina quæ Christi Martyrem futurum illum prædixit, sub Diocletiano & Maximiano martyrium pertulit, quo die & sanctus Agatangelus Ancyræ, Lucio Præside passus est.

Eiusdem

Eiusdem Mensis XXVII.

Relatio reliquiarum sancti Ioannis Chrysostomi in vrbem Constantinopolim in templum sanctorum Apostolorum tempore Procli Patriarchæ,& Theodosij minoris; Celebratur autem dies festus sicut in XIII. die Nouembris.

Die XXVIII.

Natalis sancti Patris reuerendiss. Ephrem Syri, ex patria Edessa, in cuius laudem extat sermo sancti Gregorij Nysseni.

Die XXX.

Natalis sanctorum martyrum Cyri & Ioannis ibidem & trium sanctarum virginum Theodotæ, & Eudoxiæ,& matris Athanasiæ sub Diocletiano Imperatore.

Eodem die sanctorum martyrũ, Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Diodori, Serapionis, & Papiæ in vrbe Corintho passorum Imperatore Decio.

Eodem die, Sanctorum martyrum Thriphenæ ex Cyzico Hellesponti vrbe.

PRIMO DIE MENSIS FEbruarij.

NAtalis dies sancti martyris Tryphonis sub Gordiano Imperatore passi.

Eodem die Hypapante Domini Nostri Iesu: quo tempore Beatus Simeon Christum Dominum in vlnas accepit. Item sancti & iusti Simeonis, de quo in Euangelio scriptum est.

Eiusdem

Eiusdem Mensis die IV.

Natalis sancti Hadriani qui apud Cæsaream Decio Imperatore martyrium passus est.

Eodem die Natalis sancti Patris nostri Isidori Peluſiotæ. Item sancti Martyris Abrahamij Persæ, & sanctæ martyris Agathæ.

Eiusdem mensis die VI.

Sancti martyris Iuliani Emeseni. Item sanctæ martyris Faustæ & sociorum, Euilasij & Maximi sub Maximiano Imperatore.

Eodem die sancti Martyris Siluani Episcopi, Lucę Diaconi & Mocij lectoris, qui Imperatore Numeriano, ex regione Emesenorum, martyrium passi sunt.

Eiusdem mensis die VII.

Commemoratio sancti Parthenij Episcopi Lampsaci.

Eiusdem mensis die VIII.

Sancti Zachariæ Prophetæ è numero duodecim.

Eiusdem mensis die IX.

Sancti martyris Nicephori, qui Valeriano & Galieno Imperatoribus, martyrium perpessus est.

Eiusdem mensis die XI.

Natalis sancti martyris Blasij Episcopi Sebastæ, qui Maximiano Imperatore passus est.

Eiusdem mensis die XIII.

Natalis beatissimi Patris nostri Martiniani, qui fuit ex Cæsarea Palæstinæ vir pietate & monastica exercitatione insignis.

Eiusdem mensis die XIV.

Commemoratio sancti patris Auxentij sub Theodosio minore, pietate & exercitatione monastica illustris.

Eiusdem mensis die XV.

Natalis sancti martyris Onesimi discipuli sancti Pauli Apostoli.

Eiusdem

Eiusdem Mensis die XVII.

Sancti martyris Theodori ex vrbe Amasea ducis exercitus cum idolum incendisset, eius quam matrem Deorum esse gentiles nugabantur, pectinibus dilaniatus, & in caminum ardentem iniectus martyrium assecutus est.

Eiusdem mensis die XVIII.

Sancti Patris nostri Archiepiscopi Constantinopolis Flauiani, qui ab impio Dioscoro, & Hæreticis cum eo aspirantibus eiectus atq; in exilium missus, varijs pressuris, & ærumnis vexatus, vita functus est.

Eiusdem mensis die XX.

Sadoth. Sancti Episcopi Sadoch, & qui cum illo in Persida passi sunt centum viginti octo martyrum.

Eiusdem mensis die XXI.

Sãcti patris nostri Eustathij Episcopi Antiochenę vrbis.

Eiusdem mensis die XXIII.

Sacrosancti martyris Polycarpi Smyrnæ, qui fuit discipulus sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ, vnà cum diuino illo martyre Ignatio.

Eiusdem mensis Die XXIV.

Inuentio pretiosi Capitis sancti præcursoris Ioannis Baptistæ.

Eiusdem mensis die XXV.

Sancti Tarasij Archiepiscopi Constantinopolitanæ vrbis qui auctore Adriano Romano Põtifice in secũda Nicęna Synodo egregiam nauauit operam ad condemnandam illorum hæresim, qui sanctarum imaginum cultum impugnabant.

Eiusdem mensis die XXVII.

Sancti Patris nostri confessoris Basilij & Procopij Decapolitæ, qui tempore Leonis cognomento Iconomachi pro sanctarum imaginum cultu varios cruciatus perpessi, mortuo Tyranno erepti è carcere in pace dormierunt.

Martij

MARTII DIE PRIMO.

SAnctorum martyris Eudociæ ex regione Samaritarum. Hæc fuit ex Heliopoli Traiano Imperatore ad Christi fidem conuersa, baptizata ab Episcopo Theodoto post multas pro Christi fide inquisitiones à Vincentio Præside securi percutitur.

Eodem die sanctæ Domninæ & sociorum. Hæc pijs & locupletib⁹ orta parentibus à pueritia Deo ipsi se dedicauit, cumq; admirabili monasticæ virtutis exercitatione vsa esset, ad dilectum sponsum suum Christum, cum multis Deo placitis operibus translata est.

Eodem die sanctæ Antoniæ. Hæc ex vrbe Cea, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus propter Christi confessionem & inanium Idolorum irrisionem, graues & varias perpessa cruciatus, postremo vase quodam inclusa, in paludem Ceæ deiecta, spiritum Domino commẽdauit.

Eiusdem mensis die II.

Dormitio sancti Parmenæ vnius ex septem Diaconis.

Eodem die sancti Porphyrij Episcopi Gazæ ex vrbe Thessalonica, Arcadio & Honorio Imperatoribus, cùm cœlestem in terris vitam duxisset, migrauit ad Dominum.

Eiusdem mensis die III.

Sanctorum martyrum Cleonici, Eutropij & Basilissi, q; cum Maximiano Imperatore militarent, delati q; essent Christiani sub Asclepiade Præside, post multa tormenta & crucem ipsam, martyres effecti, migrarunt in cœlum.

Eiusdem mensis die IV.

Sanctæ martyris Heraidis, & sanctorum martyrũ Archelai Cyrilli, Photij. Et sancti Patris Gerasimi in Iordane versantis, cui fera ipsa seruiuit. Heroidis

Eodem die Sanctorum martyrum & Pontificum apud Cherſonem, Baſilij, Eugenij, Agathodori, Elpidij, Ætherij, Capitonis, & Ephræm. Eodem die martyrio functi Neſtor, & Arcadius Epiſcopi Trimythuntiorum in pace quieuerunt.

Eiuſdem Die VII.

Sancti Patris Pauli cognomento Simplicis propter rectam, & ſimplicem, multiſque modis à Beato illo magno Antonio probatam eius integritatem, quam & Deus ipſe miraculis comprobauit, vt literarum monumenta teſtantur.

Rom. Martyrolog. Theophili. Eodem die Sancti Patris noſtri Confeſſior * Theophylacti Epiſcopi Nicomediæ, qui ex partibus orientis Conſtantinopolim profectus, illorum hæreſim, qui ſanctarum Imaginum euerſionem moliebantur, argumentis & diuinarum literarum teſtimoniis confutabat, ita vt Imperatoris Hæretici iuſſu in * Strimbelũ Caſtrum miſſus fuerit, vbi cum xxx. annos ob Catholicæ fidei defennem in exilio tranſegiſſet, migrauit ad Dominum.

Strobelum.

Eodem die Sancti Patris Pauli Epiſcopi Pluſiadis confeſſoris, qui vixit temporibus illis, quibus ab hoſtibus ſanctarum imaginum Eccleſia ipſa oppugnabatur; ob cuius defenſionem multa perpeſsus, in exilium miſſus in pace quieſcens ſpiritum Deo commendauit.

Eodem die Sancti Hermæ, cuius meminit Apoſtolus Paulus in Epiſtola, quam ſcripſit ad Romanos.

Eiuſdem menſis Die VIII.

Sancti Cononis Martyris τοῦ κυπρίου ex Nazareth Galileæ, hic ſub Decio Imperatore propter Chriſtianæ fidei confeſſionem ferreis clauis confixis pedibus ante currum

rum iussus currere in genua procumbens, & orans spiritum Christo Domino tradidit.

Eodem die Sanctorum Martyrum, qui sunt in Amorio detenti, & in Syria martyrium perpessi, Theodori, Constantini, Theophili, Bassonis & sociorum numero quadraginta duorum.

Eiusdem mensis Die IX.

Sanctorum quadraginta Martyrum qui sub Licinio Imperatore, Agricolao Præside in palude Sebastæ passi sunt: in quorum laudem extant sanctorum Basilij magni, Gregori Nysseni, Ioannis Chrysostomi, & Gaudentij Episcopi Brixiensis elegantissimæ orationes.

Eiusdem mensis Die X.

Sanctorum Martyrum Codrati & sociorum Dionysij, Cypriani, Anecti, & Crescentis ex vrbe Corintho, Decio & Valeriano Imperatoribus, Græcis ipsis præsidente Iasone, sub quo Codratus cum socijs in Christi confessione constanter perseuerans, securi percussus est.

Eiusdem Die XI.

Sancti Pionij Presbyteri Ecclesiæ Smyrnensis. Hic Decio Imperatore, ligno affixus, & in ardentem rogum coniectus, martyrio consummatus.

Eodem die Sancti Patris nostri Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani, ex regione Phœnicia, vrbe Damasco, multiplici eruditione, diuinarum literarum scientia, & pietate insignis.

Eiusdem Die XVI.

Sancti Martyris Iuliani, Hic ex vrbe Anazarbensi Ciliciæ, cum ageret XVIII. ætatis annum, Marciano Præsidi oblatus, renuens Idolis sacrificare, varijs modis cruciatus

tus postremo sacco arena, & venenatis serpẽtibus pleno incluſus, in medium mare deijcitur, & ita martyrij palma coronatur.

Eiuſdem Menſis die XVII.

Natalis ſancti martyris *P*auli, qui pro ſanctarum Imaginum cultu igne comburitur.

Eodem die Sanctus *T*heoſtictus pro earundem imaginum defenſione in pace conſummatus, migrauit ad Dominum.

Die XVIII.

*S*ancti *P*atris noſtri Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymitani & c.

Eodem, Decem millia ſecuri percuſſi apud Nicomediam martyrio coronati ſunt. Item *T*rophimi, Eucarpionis martyrium celebratur.

Die XIX.

Sanctorum martyrum Chryſanthi & Dariæ

Eodem Die ſanctus Claudius Tribunus in mare proiectus, martyrio coronatur. Item ſancta Hilaria eius vxor ſecuri die tertio Decemb. percuſſa, eiuſdem martyrij palmam conſecuta, migrauit ad Dominum.

*E*odem die *S*ancti Iaſon & Maurus, *S*. Claudij, & Hilariæ filij enſe percuſſi martyrio coronati ſunt.

Eodem die ſancti Martyris *P*ancharij *R*omæ, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, propter Chriſtianæ fidei confeſſionem apud Nicomediam, decimo nono Menſis Martij enſe percuſſi.

Eodem die ſancti Diodori Preſbyteri & Mariani Diaconi, qui quod Chriſti fidem profiterentur, propterea ſpelunca incluſi, ſecuri percuſſi ſunt.

*E*odem die, Certamen ſanctarum ſeptem mulierum apud Amyſum Alexandræ, Claudiæ, *E*uphraſiæ, Matronæ,

næ, Iulianæ, Euphemiæ, & Theodosiæ, item sanctæ Derphutæ & sororis.

Eiusdem mensis Die XX.

Certamen sanctorum Patrum interfectorum ab Æthiopibus in monasterio sancti Sabæ.

*E*odem die *S*ancti Patris Nicetæ *E*piscopi Apolloniadis confessoris. Hic pro defensione sanctarum imaginum persecutionem passus, eo quod nollet venerabilem Christi Domini, & immaculatæ matris ipsius & aliorum sanctorum imaginem negare, in exilium missus, & varijs afflictionibus tentatus, beatam præstans confessionem, sanctam Deo ipsi animam tradidit.

Eodem die *S*ancti Martyris Rodiani, qui pro Christianæ fidei confessione, securi percussus, martyrij palmam consecutus, migrauit in cœlum.

Eodem die Certamen *S*anctæ Martyris *P*hotinæ Samaritanæ, cum qua Christus Dominus in puteo locutus est, & Ioseph, & Victoris filiorum, nec non Sebastiani Ducis, Anatolij, Photij, Photidis, Paraſceues, & Cyriacę germanarum sororum, qui omnes Christi fidem confessi, martyrij palmam consecuti sunt.

Eiusdem mensis Die XXI.

Sanctorum Martyrum Philemonis & Domnini Certamen. Item sancti Iacobi commemoratio. hic à puero monasticam exercitationem edoctus ieiunijs, & vigilijs, ac meditationi diuinarum literarum incumbens, Episcopatus dignitatẽ assecutus est, cumque Hæreticorum sanctas imagines oppugnantium temporibus multas tentationes, & persecutiones perpessus esset, postremo fame, & siti afflictus in cruciatibus spiritum Deo tradidit.

Eodem

Eodem die Certamen Sanctarum martyrum Callynicæ, Basilissæ, & sacrosancti martyris Birilli Episcopi Catanæ. Hic sanctus Birillus ex Antiochia Syriæ cum esset sancti Apostoli Petri discipulus, ab eo Episcopus constitutus Catanæ vrbis Siciliæ, gregem illum recte pascens multos gentiles ad Christi fidem conuertit prædicatione & miraculorum multitudine insignis cum ad summam senectutem peruenisset, migrauit ad Dominum.

Die XXII.

Sancti martyris Basilij Presbyteri Ancyranæ Ecclesiæ qui cum in Christiana confessione constáter persisteret, Iuliano Apostata Imperatore, & Saturnino præside Ancyras post multos cruciatus, Christi martyr volauit in cœlum.

Die XXIII.

Certamen sanctorum martyrum Domitij, Pelagiæ, & Aquilæ, Eparchi, & Theodosiæ.

Die XXIV.

Sanctorum martyrum Niconis & sociorum centum nonaginta nouem, qui in vrbe Cæsarea Palæstinæ propter Christianæ fidei confessionem martyrij palmam adepti sunt.

Eodem die sancti Patris nostri Seueri Episcopi Catanæ vrbis Siciliæ.

Eodem die Vigilia Annunciationis Beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ.

Die XXV.

Annunciatio eiusdem Beatissimæ Mariæ virginis Dominæ nostræ semper virginis Mariæ.

Die XXVI.

Celebritas Gabrielis Archangeli.

Eodem die, certamen sanctorum martyrum qui apud Gothos passi sunt.

Item

Item sanctorum martyrũ Quadrati, Theodosij, Emanuelis & aliorum quadraginta, qui apud Orientem passi sunt.

Item commemoratio sancti Patris nostri Stephani cõfessoris. Hic cùm sanctarum & venerabilium imaginum cultum profiteretur, à Leone Armenio Imperatore in exilium missus, varijs cruciatib⁹ vexatus post multa certamina, quæ Catholicæ Ecclesiæ causa sustinuerat migrauit ad Dominum.

Die XXVII.

Natalis sanctæ Matronæ apud Thessalonicã. Hæc cum Christianam fidem profiteretur, & Iudææ cuiusdam Nobilis fœminæ, cuius erat ancilla, neq; minis, neq; blanditijs, aut verberibus flecteretur, quo minus in proposito permaneret, diutina carceris vexatione animam Deo tradidit.

Eodem die sanctorum martyrum Phileti senatoris, & Lydiæ vxoris, eiusq; filiorum, Macedonis, Theoprepidis, Gronidæ commentariensis & Amphilochij Ducis.

Eodem die martyres Ionas, & Barachesius securi percutiuntur.

Die XXVIII.

Sancti Patris nostri Hilarionis iunioris Abbatis monasterij Pelaceti.

Eodem die certamen sancti Erodionis. Hic fuit vnus de septuaginta duobus discipulis, Patrarum Episcopus, qui cùm Cristi fidem prædicaret, & multos conuerteret, post multa tormenta, gladio iugulatus est, & ita functus martyrio, animam in manus Dei commendans. Sanctus verò Philetus & qui cum eo erant Christiani Adriano Imperatore quotidie Deo ipsi seruientes comprehensi, martyrio coronati sunt.

Die XXIX.

Sancti Marci Arethusiorum Episcopi & Cyrilli Diaconi ac sociorum. Fuit sanctus Marcus Constantino Magno Imperatore. Hic Zelo Dei affectus multas aras, & simulacra destruxit, & Ecclesias Dei veri construxit, neque vllis tormentis persuaderi potuit à Iuliano Apostata, vt pro reficiendis falsorum Deorum templis vel obolum solueret. Multa in huius sanctissimi viri laudem grauiter, & eleganter scripsit sanctus Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus.

Die XXX.

Sancti patris nostri Ioannis cognomento Climacis viri doctrina, & exercitatione monastica insignis.

Eodem die, sancti Prophetæ Ioadæ.

Item sancti patris nostri Zosimi Episcopi Syracusarum. Et sancti patris Ioannis ex Puteo, Et confessoris Eustachij Bithyniæ.

Die XXXI.

Sacrosancti martyris mirabilium rerum effectoris Hypatij Gangreni Episcopi ex Regione Ciliciæ. Hic cum vitæ probitate esset illustris & in magna existimatione haberetur, interfuit Synodo primæ Nicenæ, cum trecentis, & decem, & octo Patribus.

Eodem die sanctorum Abdæ Episcopi & Beniamin Diaconi, & sociorum, qui apud Persidem martyrij coronam acceperunt.

Eiusdem mensis die XI.

Sanctorum martyrum Trophimi & Thalei qui Diocleciano, & Maximiano imperatoribus sub Præside Laodiceæ Asclepio pro Christiana fide passi sunt.

Eodem die Reliquiarum sancti martyris Epimachi relatio in vrbem Constantinopolim.

Eiusdem

Eiusdem Mensis die XII.

Sancti patris nostri Theophanis confessoris.

Eodem die sancti Gregorij Papæ.

Eiusdem mensis die XIII.

Sanctorum martyrum Sabini, Aphricani, Publij, & Terentij, quorum martyrium celebratur in Paulopetrio.

Eodem die sancti Sabini aliàs Abibi ex Hermopoli, qui saxo alligatus, & in flumen deiectus, martyrio consummatus est.

Eodem die Christina pro Christi confessione apud Persidem martyr effecta migrauit ad Dominum.

Die XIIII.

Sancti patris nostri Benedicti multorum monasteriorum Patris celeberrimi, pietate, & miraculorum multitudine illustris.

Eodem die sancti martyris Alexandri, qui propter Christi fidem apud Pidnam securi percussus est.

Die XV.

Sanctorum martyrum Agapij & sociorum, Publij, Timolai, Alexandri & Alexandri Dionysij & Dionysij qui Diocletiano Imperatore passi sunt: Agapius ex vrbe Gaza, Timolaus ex Ponto, duo Dionysij ex Tripoli Phœniciæ, Publius & duo Alexandri ex Ægypto, sub Vrbano Præside Cæsareæ animas pro Christo tradiderunt.

Eodem die sancti Aristobuli Episcopi Britanniæ, fratris Beati Barnabæ Apostoli, à quo cùm esset ordinatus Episcopus, ad Britannos missus, illic Christi fidem prædicans, & Ecclesiam constituens, martyrium assecutus est.

Eodem die sancti Nicandri martyris. Hic Diocletiano Imperatore cùm martyrum amore flagraret, & eorum

reliquijs ſtudioſe ac reuerenter colligendis, curandiſque incumberet, delatus apud Præſidem, ac detentus, libera voce Chriſtum ipſum Deum verum eſſe prædicans, detracta pelle, martyrij coronam adeptus eſt.

Eodem die Menigni Fullonis. Hic ſub Decio Imperatore cũ perſecutio magna contra Chriſtianos cõmota eſſet, pro Chriſtianæ fidei confeſſione animam tradens, martyrio coronatus eſt.

Eiuſdem menſis die ☽ XVI.

Sancti Martyris Sabini, qui cum eſſet ex Hermopoli Ægypti, genere atq; exiſtimatione inter primarios vrbis ciues habitus, delatus quod Chriſti fidem ſequeretur, allatus ad Arianum quendam vrbis Præfectum, & Chriſti fidem confeſſus, tamdiu ſuſpenditur ac laniatur, quoad carnes in terram defluerent; poſtea igne accenſis lampadibus comburitur, & ligno alligatus in flumen Scamandrum deiectus martyrij coronam conſecutus eſt.

Eodem die Sancti Martyris Papæ, qui Chriſti fidem confeſſus, in terram proſtratus verberatur; poſtea in faciem cæditur, atq; in ſublime elatus, ferreis vnguibus laceratur, & acutis clauis munitas crepidas indutus ad longum iter ingrediendum impellitur, poſtremo ſterili arbori alligatus, fructiferam illam efficit, in qua & martyrio conſummatur, cuius reliquias ſanctas Lycaones poſſidentes iure optimo lætantur.

MEN-

MENSIS APRILIS DIE PRIMO.

SANCTÆ Martyris nostræ Mariæ Ægyptiacæ, quæ cum decem, & septem annos lasciuam & turpem vitam duxisset, conuersa in meliorem statum, talis euasit, vt miraculis etiam multis virtutem suam comprobauerit; siquidem quadraginta septem annos ita vixit, vt neminem nisi Deum ipsum spectatorem habuerit.

Eodem die sancti Patris nostri, & confessoris Macarij Constantinopolitani, viri fidei & vitæ integerrimæ; qui cùm Leo Imperator Patriarcham Nicephorum, & multos alios Episcopos, & Archimandritas exilio & carceribus condemnasset; Beatus Macarius ob eam causam, quod sanctas imagines, quas ille oppugnabat, protegeret, mini ,& varijs modis vexabatur. Itaq; in Afrusiam insulam extorrem misit, quæ omnia vir sanctissimus forti, & generoso animo perferens, gratias agebat Deo. cumque in illo ipso exilio multos, & damnum & certamina perpessus esset, multis editis miraculis, migrauit ad Dominum.

Eiusdem Mensis die secunda.

Commemoratio venerabilis Patris nostri Titi monasticæ vitæ studio insignis.

Eodem die Sanctorum Martyrum Amphiani & Ædesij fratrum, qui Maximiano Imperatore apud Berythum à beato Pamphilo martyre ad pietatem instructi, & Christi fidem libera voce confessi, martyrio coronati sunt.

Eodem die S. Virginis Theodoræ, quæ ex vrbe Tyro originem ducens, cum decimum septimum annum ageret, Vrbano Præsidi Palæstinæ oblata, & Christi fidem libere professa, ac flagris cæsa, in mare deiecta, Deo ipsi spiritum reddidit.

Eiusdem Die III.

Sancti Patris nostri Nicetæ Confessoris, & Abbatis Monasterij Medicij. Item Commemoratio sancti Patris nostri Ioseph Hymnorum scriptoris.

Die IV.

Sãcti Patris nostri Georgij in regione Maleo diuersantis.

Eodem die Sanctorum Martyrum Theoduli lectoris & Agathopodis diaconi, qui ex vrbe Thessalonica exorti Christianam fidem profitentes ducti sunt ad Faustinũ Præsidem, quo loco in confessione constanter permanentes, martyrio functi sunt.

Eodem die Sanctæ martyris Pherbuthæ & ancillæ cum socijs; Sapore Rege Persarum martyrium passæ, sorores sancti Symeonis Episcopi, qui cum mille alijs martyrium pertulit apud Persas.

Eodem die Commemoratio Publij & Platonis Abbatis monasterij Studitæ.

Item Sanctorum triũ, Theonæ, Symeonis, & Phorbini.

Item sancti Patris nostri Zosimi, qui Beatæ Mariæ Ægyptiacæ funus curauit.

Die V.

Sanctorum martyrum Claudij, Diodori, Victoris, Victorini, Papij, Nicephori, & Serapionis.

Eodem die Sanctorum martyrum Theodoræ & Didymi, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Præside Alexandriæ Eustratio.

Eodem die S. Zenonis, qui pice illitus, & in ignẽ cõiectus, detracta pelle, in medio rogo, martyrio consumatus est.

Eodem

Eodem die quinq; martyrum Iuuenum ex vrbe Leſbo.

Die VI.

Sanctorum Martyrum Centum viginti apud Perſidē coronatorum.

Item Sancti Platonidis, & ſanctorum martyrū duorum apud Aſcalonem.

Die VII.

Sancti Martyris Calliopij.

Eodem die Sancti Patris noſtri Georgij Epiſcopi Mitylenæ monaſticæ vitæ obſeruatione inſignis.

Eodē die S. martyris Calliopij Maximiano Imperatore.

Eodem die Sanctorum ducentorum martyrum in vrbe Sinope gladio percuſſorum.

Die VIII.

Sanctorum Herodionis, Agabi, Rufi, Aſyncriti, Phlegontis & Hermes.

Eiuſdem Menſis die IX.

Sancti martyris Eupſychij apud vrbem Cæſaream pro Chriſti confeſſione martyrio coronati.

Eodem die Commemoratio ſanctorum martyrum captiuorum apud Perſidem martyrio coronatorum.

Die X.

Sanctorum martyrum Terentij, Pompei, Maximi, Macarij, Aphricani, & ſociorum, Decio Imperatore, & Fortuniano Præſide ſecuri percuſſorum.

Die XI.

Sancti martyris Antipæ Epiſcopi Pergami ſub Domitiano Imperatore teſtimonio Beati Ioannis Euangeliſtæ comprobati. huius dies feſtus celebratur in venerabili Apoſtolico Templo Celeberrimi Apoſtoli Ioannis Theologi prope ſanctiſſimam magnam Eccleſiam.

Die

Die XII.

Sancti Patris nostri Basilij *E*piscopi Parij.

Die XIII.

Sancti Martini Romani *P*ontificis, qui à Constantino cognomine *P*ogonato propterea quod condem nasset *S*ergium, Pyrrhum & Theodorum publico edicto in exilium missus est, vbi multis ærumnis & angustijs oppressus, migrauit ad Dominum.

*E*odem die Sanctorum martyrum Maximi, Quintiliani & Dadæ, Maximiano & Diocletiano Imperatoribus gladio percussorum.

Die XIV.

Sanctorum Patris Aristarchi, *P*udentis, & Throphimi, qui cũ esset ex Lxx. post Pauli Apostoli mortẽ, & ipsi Nerone Imperatore capite cęsi sunt. Hęc beatissimus Dorotheus cum esset Romę Romana lingua scripta reliquit, nõ solum autem de his, sed & de reliquis Apostolis, & alijs sanctis viris, & sactis *P*rophetis historiam accuratè cõscripsit, fuit enim vir ille ingenio, & multarum rerum peritia insignis, vt quiuis alius.

*E*odem die sancti martyris Ardalionis, qui cum esset mimus Maximiano Imperatore, & in Theatris aliorum acta simularet, cùm aliquando illi visum esset Christianorum constantiam repræsentare, & Dijs ipsis renueret sacrificare, ob id quod à spectatoribus applausum esset eiusq; actum, & fortitudinem omnes collaudarent, silẽtium indicẽs populo, re vera se Christianum esse prædicauit, quare cum à *P*ræside admonitus, vt sententiã mutaret, ipse magis magisq; in Christianæ fidei confessione permaneret, in accensum rogum coniectus martyrij corona donatus est.

*E*odem die sancti martyris Thomaidis ex vrbe Alexãdriæ.

Sancti

Die XV.

Sancti martyris Crescentis ex vrbe Myra Lyciæ, viri pietate & Christianæ fide insignis, quapropter suspensus laniatur postea in ignem iectus, Deo ipsi spiritum tradidit.

Eodem die Sanctarum martyrum Basilissæ, & Anastasiæ, quæ cùm essent ex magna vrbe Roma genere & diuitijs illustres, discipulæ sanctorum Apostolorum, illis martyrio coronatis, cum eorum sanctas reliquias nocte sublatas curauissent, delatæ sunt Imperatori Neroni. Itaq; in carcerem coniectæ, & paulo post eductæ, cùm in Christi confessione se permanere professæ essent, suspensæ sunt, mammis, manibus, pedibus, & linguis excisis, capite obtruncatæ sunt.

Eodem die Sanctorum martyrum Theodori, & Pausilippi, Adriano Imperatore, & Precio Præside Europę, pro Christiani nominis cõfessione gladio cæsi, spiritum Deo commiserunt.

Die XVI.

Sanctarum mulierum Irenæ, Agapæ, & Chioniæ, quæ sub Diocletiano Imperatore propter Christi confessionem passæ sunt: quo tempore Chrysogonus martyr ab eodem Imperatore gladio percussus est. ad oram adscriptum erat habetur 3. Aprilis.

Sancti Felicis Episcopi, Ianuarij presbyteri & Septimini Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus. Hi omnes cum Imperiali decreto iuberentur gentilibus suos libros tradere, sanctissimus Episcopus id renuit eis verbis: scriptum, inquit, est, ô Præses, nolite dare Sanctum Canibus, neq; proijcere velitis margaritas vestras ante porcos. His de causis vincti educti de carcere missi sunt ad Præsidem Prætorij, quos post dies quatuordecim eductos è carcere ad oram: habetur 9. Kal. Nouemb.

imposuit nauigio alligatos pedibus equorum: cumque sancti viri volutarentur ad pedes brutorum animalium ieiuni, ac ne aquam quidem per quatuor dies gustantes, Deo ipsi gratias agebãt: cum vero peruenissent ad vrbem Tauromenem appellatam, in Lycaoniam deducti, tenuerunt ciuitatem Ælurorum. Tunc Præses soluens illos viros sanctos à vinclis leniter & blande rogabat, vt libros quos habebant, traderent, illi verò cum respõdissent, se neque libros prodere velle, neque Idolis immolare, iussit Præfectus illos obtruncari, quæ cum lata esset sententia ad Deum preces miserunt, è cuius manu coronas cœlestes perceperunt.

Eodem die SS. martyrum Leonidis, Charieſſæ, Nices, Galenæ, Calidis, Nunechiæ, Basiliſſæ & Theodoræ.

Die XVII.

Menæa Græc. Abdella,

Sancti martyris Symeonis apud Persidem Episcopi & sociorum Abidellæ presbyteri & aliorum mille centum quinquaginta.

Item sancti martyris Adriani.

Eodem die sancti patris nostri Agapiti Romani Pontificis, Iustiniani Imperatoris temporibus Constantinopolim profecti, viri pietate, & miraculis celeberrimi.

Die XVIII.

In marg. erat: habetur pridie Idus Aprilis.

Sancti patris nostri Ioannis discipuli sancti Gregorij Decapolitæ. Item commemoratio sancti martyris Sabæ, qui fuit Valentiniano maiore & Valente imperatoribus apud Gothos: qui cum à puero Christi fidem amplexus esset, comprehensus, ab Athanarito flagellis cæsus in trabe domus suspẽsus, cum Idolothyta hoc est Idolis immolatas

latas carnes gustare non pateretur, ductus est ad fluuium Musæum, eiusq; collo alligato ligno flumine suffocatus est, agens ætatis annum trigesimum octauum.

Eodem die sancti Patris nostri Cosmæ Archiepiscopi * Carthaginis. Item sanctæ martyris nostræ Athanasiæ, quæ pijs orta parentibus se ipsam Deo consecrauit.

alia lectio habuit Calcedonis.

Die XIX.

Sancti martyris Paphnutij Hierosolymitani pietate, & rectæ fidei testimonio insignis.

Eodem die Dormitio sancti Ioannis Palæolauriti, qui desiderio seruiēdo Deo accensus, relictis huius vitæ delitijs Christi cruce susceptа, venerabilia loca adijt, & ad beati Caritonis lauram profectus, illic certamen monasticæ vitæ susceptum bene & laudabiliter exegit, & in pace quieuit.

Eodem die commemoratio sancti martyris Theodori apud Pergen Pamphyliæ, qui Imperatore Antonino, & Præside Theodoto ligno affixus ac suspensus tribus diebus vixit & postea migrauit ad Dominum, cuius sanctas reliquias vnguentis & velis religiosi quidam viri curantes, insigni loco reposuerunt.

Eodem die sancta martyr Philippa sancti Theodori mater gladio consummatur.

Eodem die sancti martyres Socrates & Dionysius lanceis vulnerati martyrio functi sunt.

Eodem die sancti patris nostri Georgij Episcopi Pisidiæ Antiochiæ, qui cum illis esset temporibus, quibus prauo instinctu Diaboli excitata est hæresis sacras

Imagines oppugnantium, nequaquam persuaderi potuit vt cum hęreticis conueniret, & sanctarum Imaginum veneration em abnegaret, in exilium missus migrauit ad Dominum.

Eodem die Sancti Patris nostri Tryphonis Archiepiscopi Constantinopolitani.

Die ◡ XX.

Sancti Patris nostri Theodori cognomento Trichina, hic propter ærumnas, & vitæ duritiam, cui se subiecit frigore & gelu propter Christum ipsum vexatus, crassa & aspera veste corpus tegebat. ex quo factum est vt Trichinas cognomento appellaretur, ob idque contra Dæmones potestatem accepit. cumq; ita vixisset & ad Dominum, quem desiderabat migrasset, omnibus fidelibus sanitates confert, vnguento ex sancto eius sepulchro scaturiente.

Eodem die Sanctorum martyrum Victoris, Zotici, Zenonis, Acindyni, Cæsarij, Seueriani, Christophori, Theonæ, & Antonini sub Diocletiano impio Imperatore martyrio coronatorum.

Eiusdem mensis die ◡ XXI.

Sacrosancti Martyris Ianuarij Episcopi & sociorũ Proculi, Sosij, & Fausti Diaconorum, Desiderij lectoris & Acutionis Diocletiano Imperatore & Timotheo Præside Campaniæ coronatorum.

Eodem die sanctæ Martyris Alexandræ Reginæ vxoris Diocletiani, quæ propter Christi confessionem secuti percussa est.

Eodem die Sancti Patris nostri Maximi Patriarchę Cõstantinopolitani.

Eodem die Sancti Patris nostri Anastasij Montis Sinai.

Eodem

Eodem die Commemoratio Prophetæ Michææ. Et certamen sanctorum martyrum Apollo, Isacij, & * Codrati, fame, & ense consummatorum Diocletiano Imperatore sub quo militarant. † Rom. Mart. Crotatea.

Die XXII.

Sancti Patris nostri Theodori Sycotæ ex Galatia temporibus Iustiniani Senioris. Eius dies festus celebratur in templo sancti martyris Magni Georgij.

Eodem die Sancti Apostoli Nathanaëlis, qui fuit Simon Zelotes, hic fuit ex Cana Galileæ, vbi Christus Dominus inuitatus ad nuptias aquam in vinum conuertit.

Eodem die Sanctorum Apostolorum ex LXX. Apellis, Lucæ, & Clementis. Hic Apelles nõ Heracleæ fuit Episcopus, sed Smyrnæ, Lucas autem iste non fuit ille, qui scripsit actus Apostolorum, sed Episcopus Laodiceæ Syriæ, Clemens vero qui ex gentibus ad fidem conuersus, factus est Episcopus Sardorum. Hi omnes cum ad Christi fidem multos conuersos baptizassent, tentationes non paucas perpessi migrarunt ad Dominum. Rom. Mart. Lucius.

Die XXIII.

Memoria Sancti, glorioſi, & magni martyris Georgij cognomẽto Tropæophori, fuit magn⁹ martyr Georgius Diocletiano Imperatore, Cappadox genere.

Die XXIV.

Sancti Martyris Sabbæ Ducis exercitus. fuit autem hic Sabbas, Aureliano Imperatore in vrbe Roma, Gotth⁹ genere; qui cum Christi fidem seruaret, Sanctorum in Carceribus detentorum satagebat, & propter vitæ puritatem, & virtutum exercitationem prauos spiritus ex homi-

hominibus fugabat. delatus autem quod esset Christianus, ductus ad Imperatorem, abiecta Zona, Christum confessus est. quare suspensus lampadibus comburitur, & in lebetem picis plenum ardentem injicitur: eumque admirabiliter seruatus, LXX. viros ad Christi fidem conuertisset, postremo in flumen deiectus, martyris coronam accepit.

Eodem die Memoria sanctorum martyrum Pasicratis, & Valentionis ex Dorostoro Mysiæ in legione quadam militantium Auloximi Ducis.

Eodem die Sanctorum martyrum Eusebij, Neonis, Leontij, Longini, & aliorum quatuor. Diocletiani Imperatoris iussu à quatuor Carnificibus cæsi, & suspensi, eo vsq; laniati, quoad carnes eorum in terram defluerent, & viscera ipsa nudata sint; postremo securi percussi sunt.

Die XXV.

Sancti Apostoli & Euangelistæ Marci qui post prædicatum Euangelium Ægypto, Libyæ, & Pentapoli, apud Alexandriam funibus vinctus, laniatus est.

Die XXVI.

Sacrosancti martyris Basilei Episcopi Amasiæ, qui sub Licinio Imperatore, pro Christi cõfessione Nicomediam ductus, sententiam accepit, vt gladio percuteretur. cerui-ce igitur truncata, nauigio imponitur, caputq; eius ex altera parte, ac corpus vero ex altera in mare proiectũ est, quæ coniuncta iterum sunt secundum naturalem harmoniam; ita vt inuentus fuerit sanctus martyr integer à piscatoribus quibusdam iuxta Sinopem in sinu quodam; in quẽ cum sagenam demisissent, & in cõtinentem extraxissent quemadmodũ Elpidiphoro, quam primum sanctum illũ virũ excepit, Nicomediæ Angelus dixit; qui cum Theotimo,

timo,& Parthenio Diaconis ex Amasia venerant,extractũ ex sagena susceperunt, & vnguentis, & canticis honorantes in vrbem Amasiam transmiserunt.

Die XXVII.

Hierosolymis sancti martyris Symeonis Episcopi Hierosolymorum,consanguinei Domini nostri Iesu Christi. post multos cruciatus, cruci affixus,martyrij coronam cõsecutus est.

Eodem die Sancti Patris nostri Ioannis confessoris Abbatis monasterij Catharorum. Hic sub impio Imperatore Leone, pro sanctarum Imaginum defensione, cum in exilium mitteretur, conuocans multos, eosq; admonens, Vigilate inquit, Patres,& Fratres,ne à Diabolo, ad negandam sanctarum Imaginũ venerationem, subripiamini: ductus autem ad Imperatorẽ,libera voce impietatem illi exprobrans, iussus est in oculos verberari, ac ferreis catenis vinctus exul mittitur in castrum * Pentadactylum nomine, ibique ligatis pedibus carcere inclusus decem & octo menses detentus est. Post hæc in vrbem ipsam in conspectum Imperatoris tanquam ad triumphum duxerunt. Denique post multas ærumnas cum alijs plurimis relegatus in Insulam Aphrusiam. Exactis illic duobus annis & dimidio, visione quadam admonitus, cùm his, qui cum illo erant, obitum suum prædixisset, migrauit ad Dominum.

Μέσα: πενταδάκτυλον ἐν τῇ χώρᾳ τῆς λάμπης.

Eodem die Sanctorum Aristarchi, Marci, & Zenonis. fuerunt hi tres ex LXX. Aristarchus hic est, cuius meminit Apostolus Paulus ad Romanos scribens,

Menæa Gr. Apameæ Syriæ.

bens, * Amaseæ Syriæ Episcopus, quippe qui Christi Euangelium illic prædicauit. Marcus vero est, quem consueto nomine Ioannem vocabant, cuius Lucas meminit in Actibus Apostolorum; fuit autem Episcopus ab Apostolis in Bibliopoli. Zeno hic ille est, quē Paulus Apostolus νομικὸν appellat, ad Romanos scribens; qui cum à Beato Petro in Diospoli primus Episcopus esset constitutus, docebat prædicans Christum esse Deum verum. Hi igitur cum multas ærumnas ab infidelibus pro ædificatione Ecclesiarum, & euersione Idolorum passi, multorumq; miraculorum & sanitatum effectores essent, ad Christum Dominum migrauerunt.

Die XXVIII.

Prusæ.

Sancti martyris Patritij Episcopi * Prusiæ. Hic à puero cum esset optimis moribus institutus, & virtute, & sapientia insignis, Episcopus Prusiæ creatus est, quo in munere ita se gessit, vt propter eius in Christi fidem, ardorem, ac studium detentus, ab Idolorum cultoribus Præsidi oblatus fuerit, cui libere vanitatem gentilis superstitionis arguens, multis tormentorum generibus cruciatus, postremò gladij supplicium pertulit, & sic martyris palmam assecutus est.

Die XXIX.

De Iasone die XII. Iulii de Sosipatre die XXV. Iunii,

Sanctorum Iasonis, & Sosipatri. Fuit autem Iason ex vrbe Tarso, primus ad Christianam pietatem conuersus. Sosipater verò ex Achaia ortus, post Iasonem Christi fidem amplexus est, vterq; vero fuit Pauli Apostoli discipulus, & Iason quidem patriæ suæ doctor extitit, Sosipater vero Iconiensium Ecclesiæ clauum suscepit; cumq; multos ad Christi fidem conuerterent delati apud Cercyllinum regem custodiæ traditi sunt; quo loco erant septem latronum duces inclusi, his omnibus Saturninus Iacischolus,

ciſcholus, Fauſtianus, Ianuarius, Marſalius, Æuphraſius, & Mamminus: quos tàm dictis quàm factis admirabilibus ad Chriſti fidem traduxerunt, ex lupis oues effectos, qui in lebetes pice, ſulfure, & cera plenos iniecti martyrij coronas à Chriſto perceperant, quin etiam cuſtos carceris propter eandem in Chriſtum fidem ſiniſtra manu, & duobus pedibus exciſis, truncatur capite, Chriſti Domini inuocans nomen, Iaſonem vero & oſipatrum eductos è carcere, Carpiano Præſidi cruciandos tradidit; quos examinatos rurſus in carcerem vinctos coniecit. Hos viros ſanctos cùm Cercyra Regis filia vinctos vidiſſet, idq; ob Chriſti fidem eos pati didiciſſet, Chriſtianam ſe eſſe profeſſa eſt, ornatum omnem, quem geſtabat, pauperibus diſtribuit, quod cum pater audiſſet, eamq; à propoſito auertere non poſſet, in carcerem conijci iuſſit, eamq; Æthiopi cuidam nequiſſimo vitiādam tradidit; qui cùm carceris ianuæ ad corrumpendam virginem acceſſiſſet, repente à fera quadam dilaniatus eſt. Quod cum audiſſet puella ipſa, eum curatum, á fera liberauit, Chriſtianumq; effecit, ita vt Æthiops ipſe clamarit, Vere magnus eſt Deus Chriſtianorum. Mox à Tyranno grauiter cruciatus è vita migrauit. Qui vero milites carcerem cuſtodiebant, ligna multa congeſſerunt, & igne accenſo virginem comburere conati ſunt, in quem coniecta, cùm illæſa permanſiſſet, multos ad Chriſti fidem traduxit. Poſthæc in ligno ſuſpenditur & fumo denſiſſimo tamdiu ſubijcitur, quoad ſpiritū ſuū Deo ipſi tradidit. Quo facto perſecutionem aduerſus Chriſtianos commouit Rex, & ſanctis vitis, qui in adiacentem Inſulam confugerant, ſupplicio affectis, reuertens, cùm eſſet in medio pelago, vt olim Pharao ſubmerſus eſt. Itaq; populus Domini gratiarum Hymnos Deo ipſi obtulit. Iaſon vero & Soſipater

è carcere liberati, verbum Dei sine impedimento prædicabant. Postea verò quàm surrexit nouus Rex, & de sanctis illis viris didicisset, iussit lebetem ferreum illuc ferri, in eamq; inijci picem, resinam, & ceram, ac vehementer accendi, & sanctos Iasonem, & Sosipatrum in illam demergi: sed nihilominus sancti quidem illi seruati sunt incolumes: infideles vero multi combusti. Quod videntes plurimi ad Christum ipsum concurrerunt: Rex verò suspenso lapide ex collo clamabat, Deus Iasonis, & Sosipatri miserere mei: quem cum ita lamentantem Beatus Iason vidisset, omnem populum admonens, & docens, & catechismo instructum baptizauit, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti; quem Sebastianum nominauit. non post multos dies filius Regis in morbum incidens mortuus est, quem sanctus Iason suis precibus è mortuis suscitauit; multaq; alia cum edidisset miracula & pulchra templa erexisset, aliaq; omnia, benè & sanctè perfecisset, auctoChristi grege, in senectute laudabili, ad eum quem tã topere desiderabat Christum, migrauit.

Eodem die sanctorum septem martyrum latronum, à sancto Iasone ad Christum conuersorum, qui in lebetem pice feruentem coniecti, consummati sunt.

Item sanctæ Cerceræ filiæ Cercyllini Regis, quæ sagittis vulnerata martyrio fruita est.

Eodem die sanctorum martyrum Zenonis & Vitalis igne consummatorum.

Eodem die sanctus martyr Eusebius pro Christiana confessionem artyrio consummatur.

Eodem die Onesiphorus Episcopus Losonis & Euodius

dius á beato Petro Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus constitutus, post multos cruciatus,& plurimos ad Christi fidem conuersos & ipsi ad desideratum Dominum peruenerunt, Cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Eiusdem mensis die XXX.

Sancti Apostoli Iacobi fratris Ioannis Theologi, qui propter Christianæ fidei confessionem ab Herode Rege securi percussus est.

Eodem die sancti patris nostri Donati Episcopi Aureę.

Item sancti patris nostri Clementis Poëtæ, & sancti martyris Maximi,qui cum literam X mediam inuenisset, ensem per ventrem infixum significauit.

Eodem die Inuentio reliquiarum sancti martyris Basilei Episcopi Amaseæ.

Eodem die sancti Patris Donati Episcopi Euroeæ sub Theodosio Magno imperatore.

MENSIS MAII.

Die primo.

COMMEMORATIO ſancti Prophetæ Hieremiæ, qui fuit ſanctificatus ex vtero matris ſuæ, lapidatus à populo, mortuus eſt apud Daphnas Ægypti.

Eiuſdem menſis die II.

Sancti Patris noſtri Athanaſij Magni Patriarchæ Alexãdriæ, qui pro Chriſti fide orthodoxa multos labores, & perſecutionum certamina, exilia, calumnias, & cauillationes perpeſſus eſt.

Eodem die ſanctorum martyrum Exuperij, Zoes coniugis, filiorum, Cyriaci, & Theoduli ſub Adriano Imperatore.

Die III.

Sanctorum martyrum Timothei & Mauræ coniugis. delatus autem Timotheus apud Præſidem Thebaidis Arianum, vinctus eſt in rota, & frenum in os illius coniectum eſt, atq; ſuſpenſus eſt capite in terram verſo, alligato ad collum ſaxo, quibus omnibus, cum non cederet Beatus martyr Timotheus, ſperans Præfectus fore, vt Mauram eius vxorem ad Chriſtum negandum adduceret, blandicijs & adulatione illam aggredi cœpit, ſuadens, vt Idolis immolaret; quæ cum renueret, coram Præſide ſe Chriſtianam eſſe confeſſa eſt. quare crines à capite ipſius auulſi, & digiti abſciſſi ſunt, & in aquam feruentem immerſa eſt. Quæ cum nihil læſa eſſet, ſuſpicatus eſt Præfectus, aquam illam non fuiſſe calidam, ſed frigidam.

gidam, idq; vt experiretur in manus suas aspergi iussit. Itaq; sancta Maura cum aquam ex lebete manu hausisset & iniecisset in manũ Præsidis, pellis ipsius defluxit. Quapropter vtrumq; crucifigi iussit Præfectus. cum vero nouem dies Beati coniuges suspensi mansissent, se vicissim hortantes, vt forti animo tormenta perferrent, ita animas suas Domino tradiderunt.

Eodem die certamen sanctorum martyrum Diodori, & Rodopiani Diaconi, qui fuerunt tempore Diocletiani Imperatoris, & propter Christianæ fidei confessionem à proprijs ciuibus iniurias multas, verbera, & flagella perpessi apud Aphrodisiam vrbẽ Caryæ à carnificibus lapidati, spiritus Domino ipsi tradiderunt.

Die IIII.

*S*anctæ martyris Pelagiæ, quæ fuit ex Tarso Ciliciæ temporibus Diocletiani Imperatoris. hęc cum audisset de Christi fide, & cuperet scire qualis nã hic esset, *Oartum Episcopum Baptizantem animaduertit; cumque dimissa esset à matre, quasi ad nutricẽ abire vellet, *E*piscopũ adijt, qui diuina inspiratione commotus, illam accepit, & baptizauit: quod cum audisset Imperatoris filius, & amoris esset impatiens, se ipsum interfecit: Diocletianus vero accersitam Virginem, cum à Christi fide amouere non posset, bouem æreum accendens, in illum Virginem coniecit, in quo finem & confessionis coronam accepit.

alii Clinonem vocant.

Eodẽ die Memoria *S*. Patris nostri Nicetæ, presbyteri, Abbatis monasterij *Mecidij. Hic cum Virginitatis, & continentiæ desiderio teneretur, habitabat in montibus, & diuina prouidentia ductus diuinus Oeconomus effectus est, & fidelis mysteriorum operator. Itaq; vt sacerdos sacro gregi præfectus est, expulsus vero ex grege ab Im-

3. Apr. videtur appellari hoc monast. Medicium; nisi sint diuersa. Vtrobique tamen cũ nostro conuenit Menæan

Imperatoribus ſanctarũ Imaginum, exilijs grauiſſimis, & acerbiſſimis ſubiectus eſt. cumq; Athleta fortiſſimus, & inuict° in fide perſiſteret, vt firmus miles omnẽ vim lethalẽ cum Deo pugnantium hæreticorum deſpuit, ex quo pro duplici confeſſionis & monaſticæ exercitationis lumine duplicem coronam de manu Domini accepit.

Eodem die Sancti Patris noſtri Hilarionis miraculorum effectoris.

Die V.

Sanctæ Magnæ martyris Hirenæ.

Die VI.

Sancti & iuſti viri, ac patientiſſimi, Prophetæ Iob cõmemoratio, cuius hiſtoria celeberrima eſt diuinis literis commendata.

Eodem die ſancti Parmenæ, vnius ex ſeptem Diaconis, & Sanctæ Euthaliæ.

Eodem die Sancti Quinti miraculorum effectoris, ſancti Troadij, & Dormitio ſanctorum Andronici Athanaſiæ, Theodoreti Antiochiæ.

Eodẽ die ſacroſancti martyris S. Theodoti Epiſcopi Cyreniæ, Cypri, ſub Licinio Imperatore, & Sabino Præſide, cui aſſiſtens neruis verberatur, deinde ſuſpenditur, ac laniatur, & in grabatum ferreum accẽſum extenditur, poſtea in carcerem coniectus ceſſante perſecutione, decreto Conſtantini Magni, à cuſtodia liberatur, & duobus annis poſtea migrauit ad Dominum, ad gloriam, & laudem Dei qui illum glorioſum effecit.

Eiuſdem menſis Die VII.

Commemoratio ſigni quod in cœlo apparuit, precioſę crucis, hora tertia diei ſub Conſtantio Imperatore filio Conſtantini Magni. Et ſanctorum martyrum Acatij, & Quadrati; fuit autem Acatius Maximiano Imperato-

rc

re Cappadox genere legionis Martiæ, ductus ad Phitmum Præfectum confessus est nomen Christi. Itaque plurimum cruciatus missus est ad Bibianum, alterum Præsidem, qui cum alijs vinctis ductus est Bizantium, vbi multis flagellis cæsus, in carcerem coniectus est, & ab Angelis sanus effectus, postea ad alium Præsidem Phylacidianum mittitur, cuius iussu caput eius abscinditur, celebratur autem ipsius solemnis dies in sancto eius martyrio. Menæa Gr. Phylacillianē vocant,

Die VIII.

Sancti glorioſi Apoſtoli, & Euangeliſtæ Ioannis Theologi. Et Sancti Patris noſtri Arſenij Magni.

Eiuſdem menſis Die IX.

Sancti Prophetæ Iſaiæ & ſancti martyris Chriſtophori. fuit Iſaias inter Prophetas maximus, mortuus eſt autem ſectus ſerra lignea à Manaſſe Rege filio Ezechiæ.

Certamen magni martyris Chriſtophori. Hic ſub Decio Imperatore baptizatus Antiochiæ à ſancto Babyla propter Chriſti confeſſionem ſimul cum Callinice & Aquilia, quas ad fidem conuerterat, capite detruncatus eſt

Eodem die Certamen ſanctorum martyrum Epimachi, & Gordiani, qui cum eſſent ex magna vrbe Roma detenti ſunt, cumque cogerentur à Præſide Dijs immolare, Idolis ſacrificare, nefarium facinus recuſarunt, ob idq; plurima tormenta ſubeuntes ſecuri percuſſi ſunt.

Die X.

Sancti Apoſtoli Simonis Zelotæ. Hic Simon eſt Nathanaël appellatus, qui Euangelij prædicationē in omnē Mauritaniam & Aphrorum regionem ſpartſit. poſtremo Britanniam profectus, cum multos Euangelij verbo illu-

illustrasset, ab infidelibus crucifixus, illic sepultus est, qui mores habuit Zelo quem nomine proferebat.

Eodem die certamen Sanctorum Alphei Philadelphi, Cyrini, & sociorum. Hi erant ex Regione Bazachinorum Præfectorum.

Eodem die martyris Hesychij.

Sancti martyris Mochij. & Genethliacus dies Constantinopolitanę vrbis. Fuit hic sub Diocletiano Imperatore, & Laodicio Proconsule Europæ, ex Antiquiore Roma, cumq; nullis cruciatibus flecti posset, vt Christianam fidem abnegaret, postremo duabus rotis alligatus, neq; ea re læsus, feris obijcitur, à quibus cum esset liberatus, populo ipso clamante, oportere illum dimitti, ablegatur ad Philippesium in Perinthũ vrbem Thraciæ, quę nũc Heraclæa dicitur, atque illic ense obtruncatur, & tunc quidem illic sepultus est, postea verò Constantinus ille magnus Templo in vrbe ipsa constructo sancti martyris reliquias in illo studiose ac reuerenter collocauit.

Eodem die Certamen sancti martyris Dioscoridis. hic fuit ex vrbe Smyrna, qui cum ad eius vrbis Prę̃sidem accessisset, vinctus carcere includitur, postea interrogatus cum in Christi fide constanter permaneret, iussu Præsidis interficitur.

Eiusdem mensis die XII.

Sancti patris nostri Epiphanij Archiepiscopi Constantiæ Cypri. Hic fuit ex regione Phænicię ex vrbe Eleutheropoli, parẽtib⁹ quidẽ obscuris, sed Iudæis sciẽtia, vitę merito & toti⁹ orbis testimonio insignis, vt Beatus Hieronymus de illo testatur, qui & patrem penè omnium Episcoporum, & antiquæ reliquias sanctitatis appellat. Hic cum plurimùm pro Christi Ecclesia laborasset, cum centum, & quindecim annos, tribus mensibus minus vixisset, decimo

uino Christi *E*uangelio propria manu in pectore posita his qui cum eo erant, beneprecatus, obdormiuit.

Eodem die sancti patris nostri Germani Confessoris Archiepiscopi Constantinopolitanæ vrbis. Hic fuit filius Iustiniani Patritij viri illustris ac celebris, qui sub Heraclio Imperatore plurimos magistratus gessit, quem, cùm ob egregiam pietatem in admiratione haberetur senatus, Heraclij filius inuidiæ liuore commotus interfecit, & Germanum eius filium puerulum exercuit, & magnæ *E*cclesiæ clero aggregauit; vbi tantum profecit virtute & diuinarum litterarum, vt primum *E*cclesiæ, quæ in Cycyco est, *E*piscopus electus fuerit, postea cùm maiore cura Constantinopolitana *E*cclesia indigeret, ad illius regimẽ translatus est; vbi cum multiplici doctrina populum instruxisset, altioresq; diuinæ scripturæ sensus interpretatus esset, & Ecclesiam ipsam canticis & sermonibus exhilarasset, posteaquam Leo Isaurus (ad illius enim vsque tempora sanctus Germanus peruenit) sacras imagines destruere aggressus, neq; admonitionibus adduci potuit à cultu sanctarum imaginum, neq; vllis argumentis aut demonstrationibus Imperatori Leoni persuadere potuit, sacris imaginibus honorem tribui oportere; quin imò compositos à sancto illo viro de orthodoxa fide libros combussit. Quod cum animaduerteret, depositio in sacro altari pallio, ad priuatam domum secedens, quietem amplexus est, & annum ætatis agens nonagesimum migrauit ad Dominum.

Die XIII.

Sanctæ martyris Glycerię. Hæc fuit temporibus Antonini imperatoris, & Sabini Præsidis in vrbe Traianopoli, cumque fronti preciosam Christi crucem inscripsisset

venit ad Præsidem, seque Christianam esse professa est: admonente autem Præside illam, vt dijs immolaret, ingressa in templum, & Christum precata, deiecit Iouis simulachrum, & comminuit. Quod cum vidissent Gentiles, lapides iecerunt in eam, qui ad illam vsque peruenire non poterant. Itaque crinibus suspensa, pectinibus laniatur. Deinde in carcerem coniecta multis diebus ieiuna detinebatur: sed ab Angelo alimoniam accipiens, nihil eorum passa est, quæ per famem passura esse credebatur. Quæ res stuporem attulit Præsidi, & ijs qui cum eo erant, cum verò inuenissent lancem, lac, panem & aquam carcere clauso allata. Posthæc iniecta est in caminum ardentis ignis, vnde rore defluente ignis extinctus est, & sic exijt incolumis. mox manibus, & pedibus loro vincta est, stratisq; silicibus in carcere imposita est, vbi ab Angelo erepta ex vinculis, cumq; sana inuenta esset, custodem carcetis attonitum reddidit, qui repēte Christum confessus, capite obtruncatus est. Martyr vero Glyceria ad Præsidem ducta feris exponitur, quarum vnius exiguo morsu attacta, ita vt neque plaga, neque liuor appareret, Deo ipsi spiritum tradidit, & in vrbe Heraclea deposita est.

Eodem die sancti martyris Alexandri sub Maximiano Imperatore, & Beriano Comite, quo Idolis immolante cum sua cohorte Alexander miles sacrificare non est passus, sed insanos illos vocans redarguit, vt dæmonum cultores. Detētus igitur ductus est ad Maximianum, qui aggressus est illum à Christi fide abducere: Alexander verò in cœlum intuens, vidit filium Dei, eiusq; facies ita illustris effecta est, vt Præses desperarit aliquid posse in eo iuxta animi sui sententiam efficere. Quamobrem illum tradidit Tiberiano Tribuno ex vrbe Roma Bizantium

tium vsque ducendum, & in itinere cruciandum. & primum accensis lampadibus eius latera combusta sunt, deinde spineis virgis cæsus est, matre eius Poemenia sequente, quodq; futurum erat metuente. Cum autem veniſſet Philippos gauisus est, quod Christiani qui in illa vrbe erant, occurriſſent, quippe qui eius vincula osculabantur. Cum vero Beriam veniſſet, & illic aquæ penuria laboraret, precibus aquæ fontem eduxit, qua accensa oleum in eo calefactum est, vt in sanctum virum funderetur, quod effusum in Carnifices transfusum illos flammis consumpsit. Cum vero peruenisset Dioriparũ apud præter fluentem fluuium capite obtruncatus, martyrij coronam assecutus est.

Eodem die Sergij confessoris. Hic beatus Sergius nobili genere exortus, eo quod sanctarum Imaginum venerationem amplecteretur, persecutori & impio Regi oblatus est, cumque multis, & varijs tormentis tentatus esset, vt sacras imagines abnegaret, quiduis pati maluit, quàm execrabile facinus perpetrare, & diuinas Patrum constitutiones violare; eductus postea è carcere, & facultatibus omnibus priuatus, cum vxore & filijs in exilium mittitur, vbi multis, & varijs ærumnis fortiter resistens, migrauit ad Dominum.

Eodem die sancti patris nostri Pausiaci Episcopi Synadorum. Hic patriam habuit Apameam, parentibus ortus insignibus, ac Christianis, arte medicus, obijtque orbes, & oppida, ægrotos curans; post hæc effectus Monachus continentia, ieiunio, & oratione vtens, solum panem & aquam adhibebat, quibus virtutibus Cyriacvs Patriarcha Constantinopoli-

politanæ vrbis commotus *Epi*ſcopum *Syn*odorũ conſtituit, Imperatore Mauritio, quem à periculoſiſſimo morbo curauit. hic copioſam aquam in diuerſis locis ſcaturire fecit, qui cum ad ſummam ſenectutem peruenisſet, vſque ad tempora impij Leonis, migrauit ad Dominum.

Die XIV.

*S*ancti martyris Iſidori. fuit Iſidorus temporibus Decij Imperatoris ex vrbe Alexandria, militarem ordinem ducens, cum verò nauigaſſet in inſulam Chium, vna cum militaribus nauigijs, quibus imperabat Numerius, delatus eſt à Iulio Centurione quod Chriſtum coleret, & ſuorum Deorum cultum execraretur; neq; illis offerret victimas. cumq; ſanctus Iſidorus magna voce à ſe Chriſtũ coli confeſſus eſt, & Numerius immutabilem eius ſentẽtiam perſpiceret, iuſſit poſt multos cruciatus caput abſcindi; & ita martyrij coronam accepit.

Eodem die ſancti martyris Maximi. Hic cum libera voce Chriſtum prædicaſſet, & multos ad Chriſtianam pietatem perduxiſſet, variasq; iniurias, & plagas ab infidelibus pertuliſſet, poſtremo lapidibus percuſſus, & tanquam ab illis coronatus migrauit ad Dominum.

Die XV.

*S*ãcti *P*atris noſtri *P*achomij Tabeneſiotæ. Fuit *P*achomius ſanctus ex Thebaide inferioris Ægypti, Conſtantini Magni temporibus: habuit autem parentes Idolorum cultores; conuerſus autem ad Chriſti fidem baptiſmum ſuſcepit, & monaſticam vitam amplexus, ad eremum accurrit, vbi perfectam vitam aſſecutus virtutibus, & miraculis clarus multos ſui ſectatores effecit, vt antequam ex hac vita decederet, monachorum, qui per illum effecti ſunt, mille & quadringentorum numerus effectus ſit.

*E*odem

Eodem die Sancti Patris noſtri Achillij Metropolitæ Lariſſæ vrbis. Hic fuit ſub Conſtantino Magno pijs ortus parentibus, quorum diligentia, pietatem cum externis diſciplinis, eruditus eſt; cumq; eſſet vita, & moribus excellens, effectus Pontifex ſecundæ Theſſaliæ in Lariſſa vrbe, ab omnibus Græciæ incolis prædicatur. Hic & in magna Niceæ habita ſynodo, vna cum illis ſanctis Patribus laborauit, concertans, & Arium hæreticum, & eius ſocios expugnans, atq; anathemati ſubijciens, rurſus in vrbem Lariſſam reuertitur; vbi cum plurima templa Idolorum euertiſſet, & dæmones ex hominibus expuliſſet, alijſq; plurimis editis miraculis in pace vitam exegit; oratoria multa à fundamentis erexit, atq; varie ornauit.

Eodem die Theodori Sanctificati. Hic Beatus Theodorus cum Dei legem meditatus eſſet, caſtiſſimo animo totus purus effectus, & vas vtile ac ſanctificatum oſtenſum eſt, ſupergrediens viſibilium rerum ſenſum, cum ſancto Pachomio & contubernio, & moribus coniunctus, & vere dignus, qui Sanctificatus appellaretur: quippe qui miraculorum operatione diues factus eſt. Cum igitur tam bene vitam egiſſet, in ſumma ſenectute migrauit ad Dominum.

Eodem die Sancti Patris noſtri Georgij Metropolitæ Mitylenæ. à puero monachicam vitam ſubiens in ſumma ſe exercuit humilitate, ac perfecta manſuetudine. ex quo factum eſt, vt Metropolita Eccleſiæ Mitylenæ creatus ſit, vbi miſericordiæ, cuius mirum in modum amator fuit, opera exercens, eſurientibus opem tulit. Cumq; omnem prauam opinionem oppugnaret, & orthodoxæ fideiacerrimus eſſet propugnator, & laudabiliter ac religioſe vitã tranſegiſſet, migrauit ad Dominum, diuinam reliquia-

rum ſuarum arcam poſt mortem relinquens multorum miraculorum effectricem.

Eodem die Certamen ſanctorum martyrum Petri, Dionyſij, Chriſtinæ Virginis, Andreæ, & Pauli. Fuit ſanctus Petrus ex vrbe Lampſaco, qui ductus ad Decnum Præſidem Abydini, & iuſſus Veneri ſacrificare, idq; recuſans, & Chriſtum Dominum confeſſus, lignis, toto corpore comminuto, tradidit ſpiritum. Paulus vero & Andreas, ex Meſopotamia genus ducentes, vna cum Decno ſub quo militabant Athenas venerunt, detentos autem Dionyſium, & Chriſtinam, iuſſit Præſes cuſtodiri; ſanctam vero Chriſtinam Virginem illiciebant ad coitionem, quod cum illa renueret, vim non intulerunt, ſed eius admonitionibus diſſuaſi in Chriſtum Dominum crediderunt, ex quo factum eſt, vt ipſa, & Dionyſius iuſſu Præſidis lapidati ſint, Chriſtina vero virgo illa ſancta, capite obtruncata eſt.

Eodem die Monachorum in Monaſterio ſancti Sabæ interfectorum, & ſancti Patris noſtri Alexandri Epiſcopi Hieroſolymorũ. S. Euphemiæ ſanctorũ martyrũ Audeſij Epiſcopi, preſbyterorum ſexdecim, Diaconorũ nouem, Virginum ſeptem ex Patria Charchar. Et certamen ſanctorum martyrum Bachthiſi, Iſacij, & Simeonis. Hi omnes Chriſtum profitentes, & in Perſide Regione prædicantes detenti adducti ſunt ad Præſidem à quo cum cogerentur Idolis immolare, nec vellent, diuerſos cruciatus perpeſſi, in ignem vna cum diſcipulis ſuis coniecti, martyrij coronam acceperunt.

Die XVII.

Sancti Andronici & Iuniæ. Hic cum orbem terrarum percurriſſet, & Chriſtum Dominum prædicans, admirabilem Iuniam mundo ipſi iam mortuam, & Chriſto ſoli viuen-

viuentem, comitem habens, errorem Gentilium abstuliſſet, multis ad veri Dei notitiam adductis, Idolorum tẽpla ſubuertentes, diuinas Eccleſias, vbique gentium ædificauerunt, immundos ſpiritus ex humanis corporibus expulerunt, inſanabiles morbos curarunt; & cum humanæ naturę eſſent participes, commune debitum exoluerunt. Horum meminit magnus Apoſtolus Paulus in Epiſtola quam ſcripſit ad Romanos, Salutate, inquiens, Andronicum, & Iuniam cognatos & concaptiuos meos qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto.

Eodem die Sancti martyris Solochani, & ſanctorum martyrum Heraclij, Paulini, & Benedimi. fuit Solochanus ſub * Maximiniano Imperatore, Ægyptius genere miles ſub Tribuno Calypano cum tribus millibus aliis militibus. Cumq; Imperatoris iuſſu ex Ægypto Chalcedonem veniſſet, & Imperator ipſe præcepiſſet Duces cogere milites ſibi ſubditos Idolis immolare, & ſinguli cum ſuis ordinibus ſacrificia offerrent, Calipanus ſuam quam ducebat legionem, Imperatoris præceptum implere cogebat. omnibus igitur immolantibus, tres ſoli reſtiterunt, Solochonius, Pamphamer, & Pamphalus, qui ſe Chriſtianos eſſe cum prædicarent, adeo ſunt verberibus cæſi, vt præ fatigatione Domino ſpiritus tradiderint Pãphamer, & Pamphalenius; Solochono vero aliquãtulum conualeſcenti enſe os ipſum ſciſſum eſt, cuius partem morſu cum ſanctus vir ille fregiſſet, vincula quibus circũdatus erat perfregit, & in cõſpectu Tyranni aſtitit. Itaq; vinct⁹ funib⁹ in ſtadio ſupra acutas teſtas ſepties tract⁹ eſt, poſtea dextera manu ligatus in trabe dom⁹ ſuſpenſus eſt, ſaxo-

Maximiano.

saxo in sinistro pede ligato grauatus: sed fune ipso disrupto in terra rectus stetit. Quare Copanus Præses excandescens calamum scribæ acceptum in aurem eius infixit, & ita spiritum tradidit.

Die XVIII.

Sanctorum Christi martyrum Thecusæ, Alexandræ, Claudiæ, Fainæ, Euphrasiæ, Matronæ, Iulittæ, Theodori & Theodoti. Fuerant hæ ex Ancyra vrbe Galaciæ; ex quorum numero honestus Theodotus vxore vinctus, non eius ipsius occupatione impeditus est, quò minus diuinæ pietati vacaret, sed prætextu quodam mercaturæ frumentum emens & panem efficiens Deo ipsi offerebat, & egenis hominibus suppeditabat, eo quod magistratus ipse iusserat ex Idolothytis Christianorum cibaria maculari: quin etiam ad carceres accedēs, fideles homines cōfirmabat, deinceps virgines adeundo idem faciebat, quarum virginum vna Thecusa nomine amita eius erat, cum vero adductæ essent Virgines illæ ad Præsidem, expositæ sunt iniuriæ, sed Christi gratia seruatæ sunt incorruptæ, postea lapidibus alligatæ in paludis profundum deiectæ sunt, quarum sanctas reliquias collectas Theodotus sepeliuit, quare delatus est Theochinus Præsidi oblatus Christumq; ipsum Deum esse confessus, suspensus est, & dilaniatus salsa aqua cum aceto mixta laniatis infusa est, & lapidibus maxillæ confractæ sunt, adhæcense percussus migrauit ad Dominum.

Die XIX.

Sanctorum Patricij, Episcopi Prusæ & sociorum Acatij Menandri, & Polyæni. Patritius hic vocatus ad iudicium propter Christi fidem adstitit Iulio Præsidi, qui cum eo persuaderi non posset, vt quod confessus fuerat, abnegaret, iussu Præfecti in feruentes aquas iniectus est,

quibus

quibus cùm læsi essent, qui eum iniecerant, ipse vero incolumis euasisset, postremo ense obtruncatus est cum Acacio, Menandro & Polyæno. Agitur autem eorum celebritas in die sanctissimæ Dei genitricis.

Eodem die certamen sancti martyris Philoteri qui fuit ex vrbe Nicomedia filius Patiani procõsulis, viri nobilis, pulcher & speciosus. Hic cum adstitisset Diocletiano Imperatori, & de Christi fide cõstanter disseruisset, cõiectus est in fornacem ardentis ignis, cumq; illinc exisset incolumis, miratus Diocletianus illum dimisit. Cũ vero Imperator ipse diem obijsset, & Maximianus eius gener Regno successisset, Christiani homines anno vno quieuerunt. Postea cum alios omnes persecutores Maximianus superare studeret, captum sanctum virum iuuenilem ętatem habentem, quatuor palis alligatum à carnificibus verberari iussit, quem ab illius tremente machina solutum, suspẽdi, & ense lacerari, & mox in feras tradi præcepit, ex quibus cum illæsus euasisset, multos ad Christum Dominum cõuertit, qui postea ense percussi martyrio coronati sunt. posthæc adductæ sunt ad Tyrannum sex virgines quibuscum erat soror martyris Theotimi: Vna ex illis erat virgo Cyriaca nomine, decimum octauum annum agens, quæ & Imperatorem ipsum affecit contumelia, ob idque immaniter verberata est, quater suspensa, & gladio lacerata, cumque adhuc viueret, in ignis flammam deiecta est, vbi hęc spiritum Deo commmendauit, Phileterus vero Proconesum ad lapidicinam damnatus mittitur, similiter & virgines. cumq; multa signa martyr feciisset, ad sanctum Eubiotum profectus, post septem dies defunctus est. Comes vero & qui cum eo erant cũ credidissent & Baptizati essent, quæque illic essent idola omnia confregissent in pace dormierunt.

Die XX.

Certamen ſancti martyris Thallelæi & ſociorum. Hic fuit Numeriano Imperatore patre Berutio, & matre Romula, ex Libano genus ducēs, medicæ artis peritus, detē-tus autem in Azarbo Cilicię, ductus vero ad *T*heodorum *P*ræſidem, cum perſuaderi non poſſet, vt Idolis immolaret, iuſſit *P*ræſes eius ipſius talos perforari, & in caput funibus ſuſpendi. Quod cum miniſtri facere ſibi viderentur, diuino quodam inſtinctu, alienatis mentibus lignum pro ſancto illo viro perforatum ſuſpenderunt; cum vero Prę-ſes ipſe ſe ab illis illuſum exiſtimaret, multis verberib⁹ & flagellis eos cædi præcepit; martyrem vero in mare demergi iuſſit, vnde exijt incolumis veſte alba indutus. Id cum vidiſſent duo viri Alexander, & Aſterius crediderūt in Chriſtum & ſecuri percuſſi ſunt. *P*oſtea martyr apud Edeſſam *E*cienſem ciuitatem, capite obtruncatus eſt.

*E*odem die ſancti martyris Aquilæ. Hic fuit ex Thebaide Ægypti, qui propter Chriſti fidem accuſatus, & ductus ad Arianum Præſidem, & libera voce Chriſtum confeſſus, ſuſpenſus pectinibus laniatur, & in carcerem conijcitur. Cum verò Præfectus ipſe nauigio vectus tranſiret fluuium, orauit ſanctus vir, vt ille in terram non deduceretur, priuſquā ſcripto Chriſti deitatem confeſſus eſſet, cùm igitur ille detentus ex fluuio egredi non poſſet, miſit ſanctus vir, qui diceret ſe alio modo ad continentem exire non poſſe, niſi Chriſtum, Deum eſſe, ſcripto confeſſus eſſet, neque alium præter ipſum eſſe Deum.

Die XXI.

Commemoratio religioſiſſimorum Imperatorum Conſtantini, & Helenæ. Hic beatus Imperator fuit filius Conſtantis Chlori & Helenæ venerabilis. Conſtans

eni n

enim frater cõsobrinus erat Claudij Cæsaris Romani Imperatoris ante Diocletiani & Carini Imperium, quibus Christianos homines cruciantibus ipse Constans diuinam prouidentiam reueritus, eos misericordia prosequebatur. Hic Constantinum vnicum filium genuit, primũ Christianorum Imperatorem, quem & pietatem edocuit, &c.

Die XXII.

Sancti martyris Basilisci sub Maximiano Imperatore ex Regione Amaseæ: Hic propter Christi confessionem detentus ab Agrippa Præside, indutusq; crepidas ferreas ignitis clauis confixas, iussus est impelli per viam, quæ ducit ad Comanos. Cumq; in itinere venissent ad locum quendam, vbi erat mulier nomine Troiana, sanctum Basiliscum, vinctis post terga manibus in platano arida ligarunt, quam sanctus ille missis ad Deum precibus viridem reddidit, fontemq; è terra subito scaturire fecit, quod videntes milites cum muliere in Christum crediderunt. Cũ vero ad vrbem Comanorum venisset, neque persuaderi posset, vt sacrificaret, Deum ipsum precatus ignem è cœlo demisit, qui Apollinis templum & Idolum combussit. Quare accensus Præses obtruncari iussit martyrem Basiliscum, & in flumen demergi: Itaq; martyrij coronam assecutus est in laudem & gloriam Dei nostri Amẽ.

Die XXIII.

Memoria Sancti Patris nostri Michaëlis confessoris Episcopi Synadorum. Hic primum monachus, postea factus est Episcopus, quicum esset rectæ fidei obseruãtissimus, Leonis Isaurici hæresin redarguens, propter sanctarum Imaginum venerationem, quam libera voce profitebatur, in exilium missus, cum bonum certamen & cursum consummasset, migrauit ad Dominum.

Die XXIV.

Commemoratio Sancti Patris nostri Simeonis admirabilis. Fuit hic tempore Iustini maioris ex Antiochia Syriæ, patre Ioanne ex vrbe Edessa oriundo, matre Martha: eius autem vita, & sanctitas tam insignis, atq; illustris fuit, vt verbis explicari non possit. Cum enim admirabili abstinentia multos annos in monasterio se exercuisset, descendit ex monte, atq; ascendit in columnam illam, in qua stetit annos decem & octo; cum antea in parua quadam stetisset quinque & quadraginta annos. Cum vero ageret annum octogesimum quintum, ex terrestri statu ad cœlestem vitam, & æternam requiem, migrauit. Quanta vero fuerit Simeonis cognomẽto Stylitæ sanctitas & fama celeberrima, testes sunt Theodoretus Cyri, & Euagrius, in his quæ de sanctorum rebus gestis monumenta reliquerunt.

Eodem die Certamen sancti Meletij Ducis exercitus, Ioannis & Stephani Comitum: & multitudo eorum, qui cum ipsis certamen sustinuerunt ducentorum quinquaginta martyrum, cum mulieribus & pueris. Cum sanctus Meletius Christi fidem libere & constanter profiteretur, & Idola execrabilia, quæ in Gentilium templis colebantur, precibus suis euerteret, à Maximo Præside missi sunt milites, qui Meletium, & qui cum illo erant, detinerent: ducti vero cum immolare nullo modo passi essent, baculis siluestribus cæsi, lateribus laniati & ferreis malleis contusi sunt, postremo in ligno clauis confixi, rursus ferreis malleis eorum frontibus verberatis, sanctus Meletius in pinu suspensus atque confixus, migrauit ad Deum, Stephanus vero & Ioannnes Comites

mites obtruncati pro Christi fide, ipsi quoq; occubuerunt.

Eodem die Certamen sancti martyris Serapionis Ægyptij, & eorum, qui cum ipsis, eodem tempore passi sunt.

Eodem die Certamen sancti martyris Serapionis & sociorum. Hic vna cum Callinico mago propter Christi fidem obtruncatus est: Festus autem, Faustus, Marcellus, Theodorus, Melecion, Sergius, Marcellinus, cumque his Felix, Fotinus, Theodotiscus, Mercurius, & Didymus, quorum alij erant Comites, alij Tribuni, alij Principes, omnes in fornacem coniecti, martyrio consummati sunt. Milites vero qui cum sancto Meletio erant, gladio percussi; Susanna vero, Martiana, & Palladia sanctorum martyrum coniuges cum suis infantibus iussu Præsidis à Carnificibus confractæ sunt, qui statim post cõmissum scelus animam efflasse dicuntur. quin etiam in ætate valde puerili Cyrianus & Christianus interrogati à Præside, vtrum Iupiter, an Christus illis videretur esse maior, cum Christum maiorem respondissent, obtruncati sunt.

Die XXV.

TErtia inuẽtio venerandi Capitis glorioſi præcurſoris Ioannis Baptiſtæ, quod cum multo antea fuiſſet abſcõditum, poſtea inuentum, non ſtanneo, vt prius, ſed aureo vaſe incluſum ex Comanis allatum, vrbs Illuſtris, vna cum Paſtore, & fideliſſimo Imperatore ac populo exultans, excepit & fideliter venerata in ſacro loco repoſuit.

Die XXVI.

Sancti Carpi, qui fuit vnus è numero L X X. & minister Beati Pauli Apostoli in prædicatione Euangelij, qui & diuinas eius Epistolas, ad quos mittebantur, perferebat.

Eodem die Certamen sancti Apostoli fratris Domini, & filiorum ipsius, & sanctorum martyrum Abercij & Helenæ.

Die XXVII.

Certamen sanctorum martyrum Theodoræ, & Didymi. fuit sancta Virgo Theodora temporibus Diocletiani, & Eustrathij Præsidis Alexandriæ, quæ ad Præsidem ducta & Christum confessa, in lupanar tradita est. sed illa Christum Dominum precata, vt seruaretur intacta, ita seruata est: Didymus enim quidam, cũ esset Christianus, diuinitus inspiratus militari habitu indutus, ad illam ingressus est, quem cum vidisset virgo, timore correpta, in angulos domus aufugit, illam vero iuuenis hortatus, vt esset bono animo tanquam nihil passura eorum, quæ ipsa suspicabatur, militari habitu indutam, è cella exire iussit, ipse vero muliebri veste, & fœmineo capitis tegumento amictus, quasi illa ipsa virgo foret, sedebat. Cum vero intemperans quidam ingressus sub muliebri habitu, virum esse cognouisset, & Præsidi rem omnem aperuisset, statim ductus Beatus ille, capite obtruncatus, in ignem deiectus est. Post hæc detenta sancta Theodora, securi percussa, migrauit ad Christum Dominum.

Die XXVIII.

Sanctæ martyris Helconidis. Hæc fuit Gordiano, & Philippo Imperatoribus ex vrbe Thessalia; detenta vero

ad

ad Perinium ducem Corynti, ducta Idolis immolare passa non est, sed Christum ipsum prædicans, primum alligata est pedibus iugo boum, & prostrata soluto plumbo, asfalto, & pice illæsa exijt; postea raso capite, igne tota perfusa est; postea dimissa ingressa in templum Idolorum, simulachrum Palladis, Iouis, & Æsculapij precibus in terram prostrauit. Ad hæc fractis mammis, cum Iustinus Proconsul successisset Perinio, ad eum ducta martyr, in caminum ardentis ignis mittitur, sed flamma ipsa illam non attigit, verum septuaginta ex militibus consumpsit, postea in grabatum aereum ignitum expansa est, repente vero astiterunt Angeli Michael, & Gabriel, qui beatam martyrem incolumẽ seruarunt. Postremo feris exponitur, quæ illam ne attigerunt quidem, sed viros centum viginti interfecerunt. tunc latam sententiam Præsidis libentissime accipiens, secto capite migrauit in cœlum.

Eodem die Certamen sanctorum martyrum Crescentis, Dioscoridis, Pauli & Helladij.

Die XXIX.

Commemoratio sanctorum Patrum, qui in vrbe Nicæa primam synodum aduersus Arium celebrarunt, Item de Alexandro Archiepiscopo Alexandriæ, & de Ario.

Eodem die Certamen sanctæ martyris Theodosiæ virginis in vrbe Cæsarea. Hæc sacrosancta virgo ex vrbe Tyro, cum decimum octauum annum ageret, vincta ducta est ad iudices præsidentes, quorum primus erat Vrbanus, qui statim, virginem Idolis sacra facere iussit, cũ verò persuasionibus nullum relinqueret locũ, mammis & lateribꝰ verberatur, ita vt ossa comminuta fuerint, & viscera denudata, cùm vero flagris magis, magisq; cæderetur, & torm̃ta ipsa tacitè sustineret, adhuc spirantem interrogauit Præfe-

Præfectus, an dijs immolaret, illa vero erigens os, & iudicem ipsum intuēs, ridenti vultu dixit, Erras homo, nescis me cum Dei martyribus communione dignam factam esse? ille cum se à puella ludibrio haberi cognouisset, amplius eam torquet, deinde in mare proijcit, vbi Deo ipsi spiritum tradidit.

Eodem die sanctæ martyris Theodosiæ Constantinopolitanæ, & sancti martyris Olbiani Episcopi ciuitatis Aneo. Hic fuit Imperatore Maximiano, consulatu Alexandri & Maximi, Præsidibus Iulio & Æliano, à quibus interrogatus, cum sacrificare noluisset, nudus ignitis obeliscis transfigitur, postea in custodiam missus est, ad secūdam examinationem reseruatus; cumque in illa etiam constanter se gereret, laniatus, postremo in flammam accensam iniectis iaculis perfossus, spiritum Deo reddidit.

Die XXX.

Commemoratio sancti patris nostri Isacij Presbyteri confessoris. Hic oriundus ex partibus orientis cum venisset Byzantium temporibus Valentis Imperatoris Ariani cum Valens ipse ad bellum contra Gothos proficisceretur, obuiam venit beatus ille vir rogans, vt Ecclesias Orthodoxorum aperiret: cùm vero id se facturum negans faciem auertisset, sanctus Isacius rursus anteuertens eadem rogabat, vti scilicet Ecclesias patefaceret, si vellet viuus reuerti; quod cum audiret Imperator, iratus propter eius viri libertatem, iussit verberari, & in spinas deijci: non destitit ille propterea, tertio apprehenso freno, eadem admoneret mortem ei prænūcians. quæ res in maiorem iracundiam illum incitauit. Itaque iussit Saturnino & victori custodiendum tradi, donec ipse in pace reuerteretur. Cui sanctus vir, si tu inquit, in pace reuersus fueris, non est mecum locutus Deus. Fugiens ergo

facie

facie inimicorum tuorum per ignem vitæ finem accipies. Quod ita factum est: cùm enim fugeret in Achyrone, cum Præpositio, qui eum ad hæresim compulerat, & Imperatorem ipsum contra orthodoxos homines semper iritauerat, à Gotthis obsessus igni consumptus est ab hostibus, qui Achyronem incenderunt. Hac igitur libertate dicẽdi, & confessione alijsq; præclarè gestis magnus effectus, reliquam vitam cum laudabiliter, & sanctè Beatus Isacius transegisset, translatus est ad Christum Dominum.

Die XXXI.

Certamen sancti martyris Hermiæ. Hic sub Antonino Imperatore in vrbe Comanorum, militarem vitam exercens ætate iam prouecta canos habẽs, propter Christi confessionem detẽtus, cum renueret Idolis immolare primum maxillis verberatur ita vt pelle facies ipsa deglu-beretur, & dentes euellerentur, Postea in ardentem Caminum iniectus, illęsus, ignem euasit, quo facto venenatis medicaments corrumpi iussus est, quæ cum bibisset, nihilominus incolumis permansisset, eum qui venena miscuerat ad fidem ipsam conuertit, qui Christum confessus, capite obtruncatus est: Sanctus vero martyr diuulsis totius corporis neruis in ardentis olei dolium inijcitur, ad hæc effossis oculis triduo capite in terram verso suspensus, postremo obtruncatus, ad Deum ipsum translatus est.

IVNIVS.

Die primo Iunij.

ROMÆ sancti martyris Iustini ex Neapoli Syriæ, patre Prisco. hic venit Romam Antonino Imperatore, librosq; scripsit, quibus errorem Idolorum redarguit, & Christianæ fidei veritatem defendit. pro qua cum multos cruciatus pertulisset, sub Rustico Præside vna cum Charitone, Charitio, Euelpisto, Hierace, Peone, & Valeriano pro Christi confessione sanguinem fudit.

Eodem die sancti Firmi martyris, qui sub Maximiano Imperatore pro Christi fide comprehẽsus, ductus est ad Præsidem Magnum nomine cumque persuaderi non potuisset, vt Idolis sacrificaret, nudus neruis cæditur, suspensus laniatur, totiusque corporis compage soluta, postremo capite obtruncatus, certaminis coronam assecutus est.

Eodem die sancti martyris Thespesij, qui sub Alexãdro Imperatore propter Christi confessionẽ à Simplicio Præfecto Cappadociæ cùm ipse quoque esset Cappadox, ductus est ad templum Idolorum vt illis ipsis sacrificium offerret; cumq; id constãter renuisset sed magis magisq; Idola irrisisset, suspensus, verberibus cæsus est, & in clibanum accẽsum iectus. Cumq; diuina ope adiutus, illæsus permãsisset, rursus ducitur ad templum Idolorum, quibus gẽtiles immolabant, accedente autem illo ad aram, statim illa

illa diruta est. itaque illico iniectus est in sartaginem ignitam, oleo, pice, & sæuo plenam, quam cùm duos dies fortiter toleraſſet illinc exijt incolumis, nullum ignis veſtigium in ſuo ferẽs corpore cuius miraculi magnitudine, multos Gentiles ad Chriſti fidem conuertit. itaq; illum extra vrbem Præſes eductum, capitali pœna damnauit.

Eodem die ſanctorum martyrum Hermylli & Stratonici.

Die 11.

Sancti patris Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui fuit temporibus impij Imperatoris Conſtantini cognomento Copronymi, ortus & educatus in vrbe Regia Conſtantinopoli, claris parentibus Theodoro & Eudocia. fuit autem Theodorus ſcriba Regalium edictorum, qui delatus, vt cultor diuinarum imaginum flagris cæſus, exul miſſus eſt in vrbem Nicæam, in qua multas ærumnas perpeſſus migrauit. Eius filius Nicephorus in numerum ſcribarum aggregatus, cùm omnia vt ſtercora, & telas aranearum arbitratus eſſet, ſeceſſit in Propõtidem vbi dũ ſibi ipſi, & Deo vacaret, mortuo Taraſio beato illo Conſtantinopolitanæ ciuitatis Patriarcha, in demortui locum eligitur, regnante Nicephoro Imperatore Patre Stauratij, peruenit autem vſq; ad Imperium Leonis ſanctarum Imaginum oppugnatoris, qui religioſiſſimum Michaëlem ab Imperio expulit, ab hoc impio Tyranno exul factus beatus Nicephorus & in carcerem coniectus, exacto ſeptuageſimo anno in manus Dei ſpiritum commendauit, cum nouem annos in Patriarchatu, tredecim vero in exilio vixiſſet.

Eiusdem Die III.

Certamen sanctorum martyrum Lucilliani, & quatuor puerorum, qui cum illo erant, Claudij, Hypatij, Pauli & Dionysij. fuit sanctus Lucillianus temporibus Aureliani Imperatoris sacerdos Idolorum, canus capite, ex vrbe Nicomedia, translatus autem ad Christi fidem, & oblatus Siluano Comiti, neq; vllo modo passus Christum negare, in maxillis percutitur, virgis cæditur, & in caput suspenditur. postea in carcerem coniectus est, vbi & quatuor pueros inuenit, ob eandem Christi fidem detentos, quibus cum rursus Siluano Comiti oblatus est, qui in Christianæ fidei confessione constanter permaneret, in ardentem fornacem cum quatuor illis beatis pueris iniectus est, desuper autem demisso imbre, atq; extincta flamma, exierunt incolumes. postea ducti sunt Byzantium, & ipsi quidem pueri obtruncati sunt, Lucillianus verò crucifixus martyrio consummatus est.

Eodem die Sanctæ Paulæ Virginis & martyris, quæ cum sanctis Beati Lucilliani & sanctorum quatuor puerorum certaminibus interesset, tam in carcere, quam in via eorũ sanguinem abstergebat, & vulnera curabat; erat enim inde vsq; à maioribus Christianæ fidei sectatrix, eiusq; opus erat visitare in carcere detentos, quique pro Christo paciebantur, eos curare ac nutrire. quamobrem detenta, ducta est ad Comitem, nec passa Idolis immolare, nuda verberatur, ita vt assiduis virgarum plagis eius corpus dissolutum fuerit, sed astantis Angeli præsentia illico sana facta est, rursusq; oblata Comiti, in os cæditur, insuper in Caminum iniecta egressa est incolumis. lata vero sententia vt securi percuteretur, & Byzantium veniisset cum eo esset in loco, vbi Beatus Lucillianus cruci affixus est, obtruncata migrauit ad Dominum.

Die

Die IIII.

Natalis sancti Metrophanis Archiepiscopi Constantinopolitani, qui fuit filius Domitij fratris Probi Imperatoris. hic ad Christi fidē conuersus, Baptizatus est. Cumq; profectus esset Byzantium, cum Tito eius vrbis Episcopo versatus ab illo factus est Ecclesiasticus & aliquot annis postea Episcopus Byzantij. Hic senio & morbo grauatus Nycænam magnam Synodum adire non potuit, sed Vicarium misit primum inter Presbyteros Alexandrum, quem & successorem suum habuit. hic ad summam senectutem proiectus, Magno Constantino Imperatori sacræ synodi Patribus cum illo reuersis regiæ vrbi, & Ecclesiæ bene precatus requieuit in Domino, cum prius diuina reuelatione admonitus prędixisset sanctos viros Alexandrum & Paulum.

Eodem die Sancti Patris nostri Andreæ Hierosolymitani Archiepiscopi Cretæ.

Et sanctarum mulierum Marthæ, & Mariæ.

Die V.

Sanctorum martyrum Martiani, Nicandri, Apollinis, Leonidis, Arij, Gorgij, Hyperechij, Selleniadis, Irenes, & Pambonis. Hi omnes sancti sub Ægypti Præside eo quod Christū ipsum abnegare noluerint, fame, siti, & ęstu vexati, martyrij certamē sustinentes animas suas Domino tradiderunt.

Eodem die Certamen sancti martyris Dorothei. Hic vir sanctus Dorotheus fuit Episcopus Tyri, temporibus Licinij, & Constantini: Diocletiano autem & Maximiano Imperatoribus propter imminentem persecutionem, derelicta propria domo abijt in vrbem Odissopolim, vbi seruatus est; postea vero quam Diocletianus, & Maximianus, mortui sunt, venit Tyrum, ibique Ecclesiam

rexit, vsque ad tempora Iuliani Apostatæ: tunc vero Odissopolim reuersus est, atque ibi comprehensus à Iuliani Principibus, & multa passus tormenta in summa senectute martyrij coronam percepit: qui dum pateretur, animam Deo ipsi comendauit, annum agens centesimũ septimum, Qui Ecclesiasticos libros, & Historias latinis & Græcis literis scriptos reliquit, erat enim vtriusq; linguæ peritus, studio intento, & naturæ aptitudine plurimum valens.

Eodem die Certamen S. virginum, & sociarum, Zenaidis & sanctarum mulierum Cyriæ, Valeriæ, & Marciæ ex Vrbe Cæsarea Palæstina, quæ cum abnegassent Idola, & execrabiles victimas, à Christiano quodã homine cathechizatæ atque instructæ in Christum crediderunt, & bapizatæ sunt, cum multa pietate viuentes, Deumq; propitium sibi facientes, ieiunio, & oratione, temperantia, & Iustitia. Itaque ab omni populo cognitæ sunt, ac detentæ, & multis ac diuersis tormentis cruciatæ ad Deum migrarunt.

Eodem die sancti Patris nostri Eustathij Archiepiscopi Antiocheni, qui cum esset sub Constantino Magno Imperatore, orthodoxæ fidei splendore, & sapiẽtia illustris in Nicena prima synodo Impiũ Arij Hæreticũ Dogma redarguit, cumq; doctrina, & sanctitate clarus, ad centesimum annum peruenisset quieuit in Domino, cuius sanctæ reliquiæ Antiochiam translatæ sub Zenone Imperatore, extat Beati Ioannis Chrysostomi in hunc virum sanctum nobilis laudatio, quem, & Beatus Hieronymus suo testimonio insigni commendauit.

Die

Die VI.

Sancti Patris nostri Attali admirabilium rerum effectoris, qui Ieiunio, vigilijs, & alijs virtutibus præstans, ac plurimos exemplo, vita, & miraculis ad cœlestem normam conuertens animam suam Deo commendauit.

Die VII.

Sacrosancti martyris Theodoti Ancyræ, qui accusatus apud Theotænum Præsidē, quod sanctarū virginum corpora in paludē demersa, extracta sepelisset, ductꝰ ad Præsidem ipsum, & liberè pietatem professus, verberatus est vehementer. postea bis in ligno suspensus, lateribus laniatus transfoditur, lampadibus comburitur, lapidibus conteritur, postremo capite obtruncatur.

Eodem die sancti martyris Lycarionis, qui ex Ægypti vrbe Herme propter Christi fidem comprehensus, cum à Iudice cogeretur Christū abiurare, neq; id facere persuasus esset, in carcerem tenebricosum coniectus, & aliquot dies detentus, postea eductus, laniatur, & in cruce figitur: Deinde ferreis virgis ignitis comburitur in pectore, postea in ardentem caminum immittitur, vbi triduo mansit, & exijt illæsus, adhæc mortifera venena coactus est bibere, à quibus cum nihil passus esset, eum, qui illa miscuerat ad Christi fidem conuertit, postremo capitis pelle detracta, gladio percussus, mortem pro Christo subijt.

Die VIII.

Certamen sanctorum martyrum Nicandri & Germani, qui cum in militari ordine censerentur, & à Maximo Præside inquisiti se Christianos esse professi essent, cogebātur à Christi fide desciscere, cumq; id facere constanter recusarent, obtruncati martyrio coronati sunt.

Eodem

EOdem die relatio reliquiarum ſancti martyris Theodori ducis exercitus ad Euchaitas. Hic fuit ſub Licinio Imperatore natus apud Euchaitas, ſed in vrbe Ponti Heraclea diu verſatus eſt, vir planè animi, & corporis ſpecie decorus, cum vero Licinius illum Chriſtianum eſſe cognouiſſet, iuſſit Nicomediam honorifice illum accerſiri: at ille Imperatori referri mandauit, vt ille ad eum veniret. Perſuaſus autem Licinius profectus eſt Heraclia-am cuius aduentum cum martyr didiciſſet oratione præmiſſa equo pulcherrimo inſedit, eiq; occurrens, ſalutem nunciauit, quam Imperator humaniter excepit, & regali honore hominem proſecutus eſt, ſedensq; admonebat, vt Dijs ſacrificaret: Theodorus verò iuſſit omnes Deos illuc afferri, vt illis immolaret, & primũ quidem in cellã promtuariam, poſtea ad ipſum allati ſunt, quos media nocte acceptos aureos ſcilicet, & argenteos illos Deos comminutos pauperibus martyr ipſe diſtribuit. Qua re cognita vehementer verberatur, poſtea in cruce fixus ſagittis peritur, cumque effoſſis oculis mortuus eſſe cenſeretur detrahitur de ligno ab Angelo, & ſanus factus eſt, quem cum vidiſſent qui miſſi fuerant à Licinio, crediderunt Chriſto ipſi, & martyres facti ſunt. tot igitur & tantis miraculis à viro illo ſancto effectis vniuerſa multitudo ad fidem Domini conuerſa, ſeditionem contra Licinium commouit, cui vix martyr perſuaſit, ne quid innouaret. tunc Licinius ſententiam tulit, vt gladio feriretur. Quo facto precibus ad Deum miſſis, martyr ipſe mandauit, vt eius ipſi⁹ reliquiæ ad Euchaitas relatę in patrio prędio ſepelirentur, & ſic gladio percuſſus martyrio coronatus eſt.

Celebritas Archangeli Michaëlis. Et certamen ſanctorum martyrum Alexãdri & Antoninæ. Hi ſancti martyres fuerunt in Caſtello Cardemo, beata quidem Antonina

nina pudice & sanctè vitam degebat, comprehensa vero à Festo Præside cum persuasionibus nullis flecti posset, vt Christum ipsum abnegaret, & dæmonib⁹ seruiret, meretricia domo includitur, vbi cum triduo ieiunio detenta esset, nocte effulsit lumẽ in carcere & facto tonitruo fores carceris diruptæ sunt, & vox è cœlo demissa, quæ hortabatur, vt surgeret, & cibum sumeret. Quo sumpto, corroborata astitit Præsidi, cùmq; denuo persuaderi non posset, vt Idolis victimas offerret, prostrata, plagis cæsa, iterum in meretricium diuersorium demittitur, quo diuina reuelatione excitatus Alexander ingressus (facile autem propter iuuenilem ætatem, erat enim annis natus decem, & octo, videri poterat ad inhonestum facinus accessisse) clam sanctam virginem, è domo illa eduxit, chlamyde capite contecto, ipse vero pro ea illic remansit, paulo post cum res ipsa innotuisset per milites, qui ad sanctam illam violandam accesserant, ductus ad Præsidem Alexandrũ verberatus vtriq; extremæ manuum & pedum partes sunt amputatæ, postremo in foueam ignis deiecti liquida pice toto corpore vncti beatum finem Christo adiuuante sunt assecuti. Eorum natalis celebratur Constantinopoli, vbi sanctæ & precioſæ illorum reliquiæ reconditæ sunt, ex quibus multorum morborum curationes scaturiunt.

Eodem die certamen sanctorum martyrum Nicandri & Marciani, qui propter Christianæ fidei confessionem sub Præside Maximo in carcerem coniecti, cum ad negationem adigi non possent, ferreis vnguibus lacerantur, & in excelsis trabibus suspensi, ac detracti super carbones ignis extensi, virgis desuper verberantur, salsoque aceto perfusis plagis, testis acutis perfricantur, lapidibus ora contusa & facies confractæ, postremo linguæ gladio excisæ, & ense percussi migrauerunt ad Dominum.

Eodem die sanctæ martyris Calliopæ quæ sub Decio Imperatore, specie corporis, & animæ pulchritudine insignis, à Christi amore, & fide separari nõ potuit, sed licet excisæ fuerint illi mammæ, licet super acutas testas pertracta, & incensæ carnes, sale aspersæ, tamen adiuuante Christi Angelo capite obtruncata martyrio coronata est.

Die IX.

Apud Alexandriam Natalis sancti Cyrilli eiusdem ciuitatis *E*piscopi viri eruditissimi & catholicæ fidei propugnatoris egregij, quem summus *P*ontifex Cælestinus idoneum iudicauit, cui vices suas in *E*phesino concilio delegarit.

Die X.

Apud *P*rusiada sacrosancti martyris Timothei eiusdem ciuitatis *E*piscopi, qui sub Iuliano Imperatore Apostata, cum *E*cclesiam suam bene regeret, & multorum miraculorũ fama esset illustris, à Iuliano Christianæ fidei defertore obtruncatus est, cuius dies in sanctissimo ipsius martyrio celebratur.

*E*odem die apud Antiochiam sanctæ *P*elagiæ martyris quæ accusata apud *P*ræsidem, cum virginitati suæ meueret, Deum precata est, seque ipsam componens, ascendit in tectum eius domicilij, in quo à *P*ræside reposita fuerat, vnde se præcipitem dedit, ac sanctam animam Deo reddidit. Hanc venerabilis sanctus Ioannes Chrysostomus pulcherrimis encomijs honorauit, celebrauit, tũ propter virginitatis puritatem tum etiam propter virtutum exercitationem non vulgarem.

*E*odem die apud Cappodociam sancti patris Canidis filij piorum parentũ Theodoti & *T*heophanis sub *T*heodosio magno Imperatore: vixit autem admirabili abstinentia, vsus precibus, & ieiunijs intentus, pauciſſimis oleri-

oleribus, sale non conditis vescens, ad annum tertium & & septuagesimum peruenit, ac sic beatus ille migrauit ad Deum.

*E*odem die apud Antiochiam sancti Theophanis & Pansemnæ: fuit autem *T*heophanes infidelibus atque impijs ortus parentibus; sed mortua vxore, qua cum iunctus tres annos vixerat, *E*cclesiam adijt & baptizatus est, ac prope vrbem cellula angusta ædificata, seipsum inclusit, in omnibus his, quæ ad perfectæ vitæ exercitationem & summum virtutis gradum pertinent, se exercens. cum verò audiuisset de publica quadã meretrice, nomine, *P*ãsemna, quod multis esset causa perditionis, precibus Deo seipsam commendans, meretricem adijt, cui tot & talia dixit, qualia satis essent ad persuadendum mulieri quantumuis lasciuæ, vt relicta turpitudine, continenti & honestæ vitæ se traderet, quibus admonitionibus illustrata & compuncta diuinum baptisma suscepit, & bene disponens res suas beatum *T*heophanem sequuta, cella, quam sibi ipsi ædificauit, inclusa, virtutem omnem exercuit tantumq; Deo ipsi placuit, vt & Dæmones expelleret, & varios morbos curaret, cùm autem vixisset annũ vnum & menses duos in eiusmodi exercitatione simul cum sancto *T*heophane ad Dominum translata est.

Die XI.

Sanctorum Apostolorum Bartholomæi & Barnabæ, quorum alter fuit è numero duodecim, alter ex Lxxii.

Die XII.

Sancti patris Onuphrij Ægyptij, qui cùm esset in Cœnobio in vrbe Hermopoli Thebarum, & audiret de Eliæ Prophetæ & Ioannis præcursoris vita, egressus

sus ex Cœnobio habitauit eremum annos LX. hominem omnino non videns; vbi post admirabilem monasticæ vitæ exercitationem, ad cœlum migrauit, quem magnus ille Paphnutius sepeliuit; cuius dies Natalis celebratur in sanctissimo ipsius oratorio in monasterio sancti Alipij.

Eodem die Sanctæ martyris Antoninæ. Apud Nicæam Bithyniæ Diocletiano & Maximiano Imperatorib⁹, Priscilliano Præside, Antonina in Christianæ fidei confessione constanter perseuerans, verberibus cæsa, in ligno suspensa, lateribus laniata, subulis perfossa, flammis incensa, demum gladio percussa, martyrio coronata est.

Die XIII.

Sanctæ martyris Aquilinæ, quæ sub Diocletiano Imperatore, & Biblo Præside Palæstinæ quindecim annos nata, Christum prædicans, & æquales puellas ab Idolorum errore, ad Christianæ fidei veritatem conuertens, accusata est apud Proconsulem Volusianum, & Christi nomẽ confessa, verberata est, & subulis ferreis ignitis in aures infixis, tandiu cruciata est, quoad sanguis è naribus defluxerit, postremo sententia lata, gladio percussa est, cuius Natalis celebratur in sancto eius Martyrij templo.

Die XIIII.

Sancti Prophetæ Elisæi, per quem multa prodigia fecit Deus, vt diuinæ testantur, mortuus autem, sepultus est in Samaria in Sebastopoli.

Eodem die sancti Methodii Archiepiscopi Constãtinopoli.

Constantinopoli Natalis sancti Methodij, qui hæreticorum sanctas Imagines oppugnantium errorem grauissimis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

simis diuinarum litterarum testimonijs redarguens, Orthodoxam Ecclesiæ Dei fidem protegens, multas ærumnas ab Hæreticis perpessus pro sancto Venerabilium Imaginum cultu conseruando laborans æternam requiē adeptus, peccatorum remissionem nobis exposcit. Cuius natalis celebratur in sanctissimo Sacello in quo præcipue ipsius reliquiæ intra diuinum Templum celeberrimorum Apostolorum repositæ sunt.

Die XV.

Sancti Prophetæ Amos.

Eodem die Sancti Martyris Dulæ. Hic fuit ex Zephyrio prætoriade prouincia Ciliciæ, qui propterea, quod Christum coleret, & adoraret, ductus est ad Maximum Præsidem, virgis cæditur; cumque irrideret Apollinem, & alia inania simulacra, Præsidem ipsum in iram magis accendit, quare iterum verberatur, eiusq; caput oleo perfusum, igneis carbonibus comburitur, alijsq; diuersis tormentis cruciatus, in Christi confessione constanter permanens, oblatumq; Idolorum libamen vt execrabile quiddam ore suo exspuens inuictus & beatus martyr spiritum Deo reddidit.

Die XVI.

Sancti Patris nostri Tychonis Episcopi Amathuntis ciuitatis insulæ Cypri. Hic cum haberet pios & Christi studiosos parentes, ab ipsis Deo consecratus est, & diuinas litteras edoctus, diaconus est ordinatus ab Episcopo Mnemonio, quo mortuo à magno Epiphanio ad Episcopatus sedem promotus fuit; Cumq; multos ab errore & vanitate Idolorum ad Christi Dei nostri fidem conuertisset, multaq; Idolica templa euertisset, & simulacra quæ in illis erant confregisset, erectis & consecratis diuinis

templis, exceſſit multis insignibus clarus miraculis.

Die XVII.

Natalis Sanctorum martyrum Manuelis, Sabelis, & Iſmaëlis, qui fuerunt ex Perſide orti, patre quidem inter magos primo, matre vero Chriſtiana, edocti pietatem, & ſacras litteras ab Eunyco quodam preſbytero, viro admodum religioſo. Cum vero hi viri à Baltano Perſarum Rege miſſi legati ad Iulianum Apoſtatam, vt cum illo de pace agerent, vidiſſent Imperatorem trans Chalcedonem Idolis immolantem, multoſq; per illũ ad errorem ſubduci animaduerterent, viri pietatis ſtudioſi & Chriſti adoratores, percuſſerunt pectora ſua flentes, & Chriſto ipſi ſupplicantes, vt illos ab idolorum execrabili errore liberatos, in ſuæ ſanctæ fidei puritate ſeruaret, & re ad Imperatorem Impium delata per Indicem cubicularium, ducti viri ſancti, flagris cæſi ſunt.

Eodem die Certamen ſanctorum martyrum Iſauri & ſociorum Innocentij, Felicis, Hermiæ, & Peregrini: hi omnes Athenis originem ducebant, qui cum à Patria diſceſſiſſent, in quadam ſpelunca Apolloniæ per aliquot annos vitam duxerunt, ſed delati apud Tripontium Tribunum, comprehenſi à Chriſti fide deſciſcere cogebantur. Itaq; Iſaurus Diaconus, & qui cum illo erant, Apollonio Tribuni filio traditi ſunt, à quo igne & aqua probati, cum ex his admirabiliter liberati eſſent, ad Chriſti fidem multos conuerterunt, quorum primi erant vrbis ciues, Rufus, & Ruffinus germani fratres, poſtremo ſententia lata, obtruncati ſunt.

Eodem die ſancti Patris noſtri Beſarionis, qui à pueri-
li ætate mundanis rebus abrenuncians, & Schitem ſece-
dens, admirabili rerum terrenarum contemptu, ſolius
animæ

animæ studio vacabat, ab omni affectu liber, non locorum desiderio, non cibi appetitu detentus, sed futurarum rerum spe, & fidei firmitate munitus, omnia tolerabat, huc, atq; illuc tanquam captiuus aliquis in frigore & æstu nudus oberrans sub dio perpetuo stabat, ita vt quadraginta dies, & noctes in medio rhamno aliquando stans, nunquam cubuerit, & quadraginta nunquam in latus declinarit, sed sedens, vel stans dormierit, cumque talem duxisset vitam, ad cœlestem patriam euolauit.

Eodem die Sancti Patris nostri Hypatij. Huic patria fuit Phrygia, parentes autem diuinæ pietatis studiosi, temporibus Honorij & Arcadij Imperatorum. Hic satis eruditus, decimum octauum agens annum, relictis rebus omnibus monasticam vitam aggressus, arq; omni virtute ornatus, presbyter creatus est, cumque octogesimum expleuisset annum, beato fine requieuit. quanta vero per illum Deus miracula perficiat, literis explicari non potest.

Die XVIII.

Sancti martyris Leontij, & sociorum Hypatij, & Theoduli. Hic Leontius ex Græcia originem ducens, cum robore corporis, & fortitudine animi polleret, inter militares ordines cum primis numeratus est, postea. & Imperator exercitus creatus, in vrbe Tripoli Africæ versans, cibarijs, & annona regia alebat pauperes & sincera mente Christo seruiebat. Hæc audiens Adrianus Præses Phœniciæ, constitut' à Vespasiano Imp. Romanorũ misit ad eũ Hypatium Tribunum cũ duobus militibus, quorum alter Theodulus vocabat', dũq; proficisceret' Hypatius vehementi febre detẽtus, audiuit vocẽ Angeli è cœlo dimissam quæiu-

iubebat, vt si vellet morbo liberati inuocaret in auxiliũ Leontij deum: hanc vocem audiuit & Theodulus, cumq; veniſſent ad ſanctum Leontium, & apud illum hoſpitio accepti eſſent, quæſierunt ab illo ipſo, quiſnam eſſet Leontius, Reſpondit, ſe eſſe, quem quærerent Leontium Chriſti ſeruum, eos verò qui dij dicebantur ſe abominari vt execrabiles & falſos deos: quæ cum audiſſet tribunus Hypatius, & Theodulus, ad ſancti viri pedes procidentes petierunt vt Chriſti gratiam illis conciliaret. Orãte itaq; Leontio, & illos verbo veritatis catechizante, atque inſtruente, venit nubes de cœlo aquam demittens, & albas veſtes ferens ad eos illuminandos atq; induendos. Quare perturbati homines infideles omnia ad Adrianum Præſidem detulerunt, qui cum ad ſe ductos flectere non poſſet, vt à Chriſti fide deſciſcerent, iuſſit ſanctũ Hypatiũ ſuſpendi, & laniari nec non ſanctum Theodulum flagris cædi & ita vtrumq; obtruncari Magnus verò martyr Leontius primùm quidem baculis verberatur, poſtea illecebris & adulationibus Tyranni mentem non adhibens, ſed irridens potius, vehementius cæditur, adhæc ſuſpenſus diutius laniatus, & ſaxo ad collum ligato grauatus in carcerem conijcitur, poſtremo quatuor palis extenſus, Deo beatum ſpiritum commendauit.

Eodem ſancti martyris Ætherij qui fuit ſub Imperatore Diocletiano, delatus vero, oblatus eſt Edeſio Præſidi. Chriſtum vero confeſſus proſternitur, & igneis facibus comburitur, ac diuerſos cruciatus perferens, gladio percutitur.

Die XIX.

Sancti Apoſtoli Iudæ. Hic in Euangelio Lucæ, & in Actibus Apoſtolorũ Iudas nominatur, apud Matthæum vero & Marcum Thaddæus, & Lebeus appellatur frater ſecundum

eundum carnem Domini nostri Iesu Christi, & germanus Iacobi fratris Dei. Hic Epistolam scripsit spiritu sancto plenam, qui & prædicatione infideles homines cõuertit, & apud Mesopotamiam Euangelium gentibus disseminans, verbo Christi pietatem regionibus illis prædicauit, & Edessenorum ciuitatem peragrans, ad Abagarum profectus illum à morbo curauit, demum in Artipoli ab infidelibus, suspensus & sagittis vulneratus, spiritum Deo ipsi commendauit.

Eodem die sancti martyris Zosimi certamen. Hic miles sub Traiano Imperatore ex Apolloniade apud Sozopolim, Præside Antiochiæ in Pisidia Domitiano, proiectis armis, cum ad Ecclesiam Christi confugisset, adiuuante Dei gratia, baptismo dignus factus est. Quamobrem ad Præsidem ductus, & se Christianum esse confessus, æreo grabato ignito imponitur, à quatuor viris extensus, sed igne ipso in rorem conuerso, multi ex illis, qui præsentes erant, perculsi miraculo ad Christum conuersi sunt. posthæc plantas confixus clauis, & equis indomitis alligatus, currere, coactus est ad Præsidem ad Canitarũ vrbem, tres dies ieiunus permanens, duobus vero pueris diuinitus apparentibus, quorum vnus panem, alter vero vasculo aquam ferebat, gratias agens Deo, beatus martyr refocillatus est, examinatus postremo, & eandem confessionẽ forti animo repetens, ceruice gladio supposita, martyris corona indutus est.

Eodem die sancti patris nostri Zenonis. Hic abrenuncians mundo beati Magni senis Siluani disciplinæ se tradidit, & propter eximiam obedientiam, & summam exercitationem, atq; inopiam, signa multa effecit; nam & multos Dæmones ex hominibus abegit, & sanctitate insigni, ad virtutis viam plurimos direxit. Cum itaq; ita vixisset duos & sexaginta annos natus in pace quieuit.

Die XX.

Hæc in Apographo m. s. in ipso textu adscripta sunt Hieronymus habet, Olympi Lyciæ in qua est Patara: & in Rom habetur 14. Kal. Octob. id est 18. Septemb.

Sancti martyris Methodij Episcopi Pataræ. Hic à puero, se ipsum Deo dedicauit, effectus vas precioſum, & receptaculum spiritus Dei. quare & venerabili sacerdotio dignus habitus, benè & religiosè gregem suum pascēs, vt Ecclesiæ cœtum sinceris sermonibus aleret, omnem errorem propulsare studuit Quamobrem, cū Origenis hæresim irrepere vidisset, vt optimus Pastor diuino verborum suorum igne illam combussit; sed cùm non ferret, acerrimus hostis diabolus sancti Episcopi libertatem & instantiam, ministros suos ad eius cædem excitauit; at ille cum & ante martyrij certamen vitalem mortificationem operatus esset, gladio capite obtruncatus, migrauit ad Dominum, sub Decio, & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus.

Die XXI.

Certamen Iuliani in Ægypto. Hic fuit sub Diocletiano Imperatore, & Martiano Præside in vrbe Ægypti Antinopoli, qui monasterio illo magno decem millium monachorum congregato detentus à Præside, & Christum confessus fustibus cęsus, eiusq; ouile, & monachi vna cū Episcopis, & sacerdotibus fugientibus aufugerunt, sanctus vero Iulianus, non verberibus, non carcere, non vllis tormentis, non ipsa denique morte detineri potuit, quo minus pro Christi confessione sanguinem effunderet. Hūc & magnus doctor Chrysostomus Encomiorum honore celebrauit.

Eodem die sancti martyris Aphrodisij ex Regione Ciliciæ, qui inde vsque à maioribus Christum coluit, quem confessus, Dionysio Præsidi oblatus est, cumque Christum

Christum ipsum verum Deum esse professus esset, ferreis laminis ignitis eius terga inusta sũt, postea in lebetem feruentis plumbi plenum iniectus est, vnde incolumis euasit, aliaq; tormenta perpessus atque in Christiana confessione persistens, martyrij coronam est assecutus.

Eodem die sanctorum martyrum Terentij Episcopi Iconij, Marci Episcopi Apolloniadis, fratris consobrini Barnabæ Apostoli, cognomento Iusti.

Die XXII.

Sancti martyris Eusebij Episcopi Samosatensis, qui fuit sub Constantio Imperatore, feruentissimus orthodoxæ fidei æmulator, tantum autem fortitudinis, & rerum terrenarum contemptus in ipsius animum venit, vt id tantum studeret, quo pacto pietas ipsa, & orthodoxæ fidei status, incrementum acciperet, licet Imperator ipse tam contrariæ esset opinionis, quàm nemo alius vnquam fuerat. Itaq; cum Imperator Constantius minatus aliquando fuerit illius se manum abscissurum, nisi diuersum sentiret, ipse vtramque manum extendit, vt significaret libentius se illarum abscissionem accepturum, quàm quod proponebatur pietatem proditurum. Hunc beatum virum post Constantium & Iulianum Valẽs Imperator Arriana perfidia corruptus ab Episcopali sede deiecit, & ad Istrum fluuium exulem condemnauit. verum post mortem Valentis ad Ecclesiam suam reuersus, post multa certamina & victorias, martyrij palmam assecutus est, cùm fœmina quædam prauæ opinionis, Arianæ perfidiæ sectatrix, è tecto quodam tegulam in viri sancti transeuntis

seuntis caput deiecisset; quam mulierem sanctus martyr venia dignatus est, neminem permittens illam vlcisci, Christum Dominum & Protomartyrem Stephanum imitatus.

Die XXIII.

Sanctorum martyrum Zenonis, & Zenæ. Hi beati martyres fuerunt ex Philadelphia Arabiæ; Zeno quidē ex ordine militari, Zenas vero erat seruus Zenonis, qui cum omnes facultates suas pauperibus distribuisset, & seruos libertate donasset, ad Præsidem Maximum à Maximiano Imperatore constitutum accessit cum seruo Zena; hic enim cum esset grati animi, secutus est Dominum. Zeno autem vt vidit Præsidem, vano Idolorum cultui seruientem, illum increpauit, qui statim neruis verberari iussit; sed martyr ipse Zelo accensus insiliens calcibus aram ipsam euertit, quocirca suspensus nulla habita ratione laniatur, eiusq; plagæ aceto & sale conspersę sunt, postea de ligno depositus, ligatis pedibus in carcerem iniectus est, quo ingressus Zenas seruus Domini sui vincula deosculatus, illum obsecrabat, ne ipsum desereret; quod cum audiuisset Prę́ses iussit illum quoq; in carcerem includi. ambo igitur examinati, & Christum ipsum abnegare non passi diuersis & acerbis tormentis cruciati obtrũcati sunt, quorum dies natalis celebratur in sancto Beati Georgij sacello, apud Liparissium.

Eodem die sancti martyris Eustochij presbyteri, & sociorum. Hic vir sanctus Eustochius & Gainus frater cõsobrinus, & eius filij Probelulus & Vrbasius fuerunt ex vrbe Vusadorum temporibus Maximiani Imperatoris & Agrippæ Præsidis: Eustochius quidem cum esset sacerdos Idolorum, antea videns sanctos viros pro Christo mar-

martyrium sustinentes, & miracula multa efficientes, propriam superstitionem condemnans accessit ad Eudossiũ Episcopum Antiochiæ, à quo baptizatus est & presbyteri ordinem suscepit. Cumq; ad oppidum, cui nomen est Listra venisset, & consobrinũ suum Gainum cum tribus pueris inuenisset, Christi Domini mysterium exposuit, eosque cum cognatis omnibus baptizauit, quam ob rem detentus, ductus est ad Præsidem, & Christum confessus in ligno suspensus, & vehementer laniatus. Post hæc vna missi sunt Ancyram ad Aggrippinum illic Præsidentem, à quo ad examen constituti, & Christum abnegare non passi, primum quidem suspensi sunt Probelulus & Vrbasi⁹ ἀπέναντι ἀλλήλων, eorumq́; maxillæ laceratę sunt, quorum sanguinem Gaianus frater consobrinus excepit, quapropter verberatus est, sanctus vero Eustochius obtruncatus, & post aliquot dies Gaianus idẽ passus est. Paulo post pueri ad æream rotam sunt alligati, atq; illinc incolumes admirabiliter erepti, rota ipsa moueri desinente, & igne extincto, postea rasis capitibus, clauisq; transfixis, ac fœminarum mammis abscissis, magna voce Christum inuocantes, obtruncati sunt.

Eodem die sanctæ martyris Aggrippinæ, quæ in illustri vrbe Roma orta & educata, virginitate, & fortitudine decorata, & Deo ipsi desponsata, forti atq; alacri animo ad martyrij palmam cucurrit, & propter amorem, & charitatem sponsi sui Christi multis cruciatibus seipsam tradidit. Itaq; virgis cæsa, vinculis, carceribus, & torturis afflicta in tormentis ipsis animam Deo commendans martyr excessit, cuius corpus Bassa, Paula, & Agathonice clam susceptum ex vrbe Roma in Siciliam transferentes reposuerunt. Cum primum vero Sicilia illud accepit, tene-

bricosis Dęmonum erroribus liberata est; Cumq; Agareni ausi fuissent castrum diripere, in quo Beatæ Martyris templum seruabatur, repentino interitu perierunt. Ex quo tempore ad hanc vsq; diem, leprosi cum fide illuc accedentes purgantur, & reliqui morbi sanctæ Agrippinæ intercessione abiguntur.

Die XXIV.

Sancti glorioſi Prophetæ Præcurſoris Ioannis Baptiſtæ natiuitas.

Eodem die ſancti martyris Orentij, & germanorum fratrum, Herois, Pharnacij, Firmini, Firmi, Cyriaci, & Longini, qui omnes fuerunt Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus ex partibus orientis: militantes vero cum mille tyronibus ſub Rodone Cubiculario in vrbe Antiochiæ, qui ad partes Thraciæ venerunt, cõnumerati in legionem quæ dicebatur Legeandri, ſeditione autem commota temporibus illis Scytharum, qui tranſierant Iſtrum fluuium, & Thraciam depopulabantur, nuper poſt mortem Diocletiani, Maximianus imperium obtinens in multa erat ſolicitudine & inopia conſilij, maxime propter Maroth Ducem Scytharum, & mole & viribus corporis multis præſtantiorem, ob idque prouocantem alios, ſi quis vellet ſecum ſingulari certamine ita congredi, vt qui pugnando eſſet ſuperior, reliquis victoriam concederet. Cum igitur Imperator ita ſe haberet, excitatus eſt hortatione militum ſanctus Orentius ad congreſſum illum; omnium enim ſententia iudicatus eſt robore & bellica peritia inſignis atque idoneus, qui propter agilitatem corporis aduerſarium hoſtem poſſet debellare. Congreſſus enim Chriſti fide armatus atque indutus in acie pugnans, Scytham illum iaculo transfodit, eiuſque caput

caput celeriter abscissum Imperatori obtulit; quod cum Imperator admiratus esset, ac Idolis ipsis victrices iussisset victimas offerre, Orentius ipse Christi Domini præsidio à se Barbarum illum deuictum fuisse respondit, non eorum virtute, qui falso nomine dij appellantur. Sed tunc quidem Imperator reueritus pręclari illius facti magnitudinem, permisit Orentium Regijs à se honoribus frui; sed postea illum admonens, vt à Christi fide desciscereț, cum nihil proficeret, illum cum sex fratribus in Armeniam ad vrbem Satalorum relegauit, præcipiens illius regionis Duci, vt si quidem inquisiti milites illi persuasi fuerint Dijs immolare, eos ad se remitteret, sin minus extorres in Abasgiæ, & Zechæ regiones ablegaret. Illis igitur iuxta Imperatoris præceptum abductis in eam regionem, Beatus Heros fratrum illorum primus migrauit ad Dominum, sanctus autem Orentius qui Diroontem debellauerat, saxo ad collum alligato in mare dimissus est (ita enim de illis mandatum fuerat) sed Raphaëlis Archangeli martyrem subleuantis præsidio incolumis exiens è fluctibus, in continente supra petram quandam constitutus est. quo loco Deum orans emisit spiritum, atque ibi sepultus est. sanctus vero Pharnacius apud Cordilem ad Dominum translatus est tertio die mensis Iunij: septimo autem Firmus & Firminus cũ venissent ad vrbem Absarũ, temporalis vitæ finem inuenerunt. S. Cyriacus ad Regionem Lazorum abductus in loco dicto Zeganeo requieuit in domino quartodecimo eiusdem mẽsis die. sanctus Lõginus dum nauigaret à Zeganeo ad Libycam exorta in mari fluctuatione magna precibus ad Deum missis Deo spiritum tradidit. Itaque in Pytiuntem post quatuor dies illuc appellent, nauigio depositus est.

Die

Die XXV.

Certamen sanctæ Martyris Febroniæ, quæ monasticam vitam ducens in Monasterio Bryenæ in vrbe Nisibi, Diocletiano Imperatore & Seleno Præside propter Christianæ fidei confessionem vincula, verbera, suspẽsionem, linguę sectionem, dẽtium euulsionem, mammarum, manuum, & pedum abscissionem perpessa, postremo gladio percussa, martyris palmam assecuta est.

Die XXVI.

Apud Thessalonicam sancti patris nostri Dauid continentia, castitate, & miraculorum splendore insignis, qui prope vrbem Thessalonicam diuersorium habẽs, omnes se adeuntes sermonum iucunditate exhilarabat, & ad meliorem vitam conuertebat.

Eodem die sancti patris nostri Ioannis Episcopi Gothiæ, ex Tauroscytharum regione, temporibus Leonis Isauri, sanctarum imaginum oppugnatoris, quarũ veneratione cùm beatus Episcopus defenderet, ab Impio illo Imperatore multas ęrumnas, & exilium passus, pro Catholicæ fidei defensione ex huius vitæ molestijs ad cœlestem vitam translatus est.

Die XXVII.

Dies natalis beati patris nostri Sampsonis Xenodochi. Hic cùm esset genere Romanus, & Constantini magni consanguineus, diuitias pauperibus distribuit, & ad Regalem vrbem profectus, venerabiles domos frequentans, & diuinis literis egregiam nauans operam, tantum profecit, vt Patriarchæ Constantinopolitano innotescens, presbyter ab illo fuerit ordinat⁹: cumq; Iustiniano Imperatori, quem ipse per reuelationem à graui morbo liberauerat, esset charissimus, nihil ab eo petijt, nisi vt pauperibus curandis opem ferret, quamobrem Imperator domum amplissimam

plissimam hospitalem magnis sumptibus erexit, quo loco beatus Sampson piè sanctèq; versatus, requieuit in pace, cuius preciosæ reliquiæ repositæ sunt in templo sancti martyris Mocij.

Eodem die sancti martyris Anecti. Hic Imperatore Diocletiano, & Vrbano Præside Cæsareæ Cappadociæ cùm Christianos doceret, & hortaretur vehementer ne in tormentis deficerent, sed fortiter & constanter in Christianæ fidei confessione persisterent, & propietate mortem oppererent, comprehensus est; cumque idola ipsa, quibus sacrificium offerre cogebatur, oratione in terram deiecisset, baculis à decem militibus verberatus, suspensus, & nouacula manuum ac pedum abscissis digitis, capite exciso, ex quo lac pro sanguine emanauit, martyrio coronatus est.

Die XXVIII.

Inuentio pretiosarum reliquiarum sanctorum martyrum Cyri & Ioannis. fuit autem Cyrus ex vrbe Alexandria, Ioannes verò ex Edessa, vterque pro Christi fide omnium generum tormentis fortiter superatis, migrauit in cœlum. Inuentæ sunt autem reliquiæ sub Alexandrino Patriarcha Theophilo, & Arcadio Imperatore, quorum martyrum panegyrim hodie celebramus.

Eodem die sancti martyris Papij. hic fuit Diocletiano, & Maximo Imperatoribꝰ inde vsq; à maioribus Christi Domini fidem sequens, & prædicans, pro cuius confessione flagris cæsus, & in lebetem iniectus, oleo & adipe feruēti plenum, septem dies permansit, indutus igne sicut vestimento, quæ res stuporem omnibus attulit, & plurimos ad Christi fidem conuertit.

Die XXIX.

Sanctorum celeberrimorum Apostolorum Petri & Pauli.

Die XXX.

Celebritas omnium Apostolorum.

IVLIVS.

Mensis Iulij die primo.

CERTAMEN sanctorum martyrum Cosmæ, & Damiani qui Romæ sunt, sub Carino Imperatore. Hi cum medicinæ artis essent periti, non aliam curationis mercedem, quam in Christum fidem, & confessionem recipiebant.

Die II.

Natalis beati patris nostri Iuuenalis Archiepiscopi Hierosolymitani. Hic fuit Theodosio minore Imperatore tertius post Cyrillum Hierosolymarum Episcopus, recta fide & pietate insignis, qui cum Hierosolymitanam Ecclesiam triginta sex annos rexisset, in pace requieuit.

Die III.

Sancti martyris Hyacinthi Cubicularij. Hic ex Cæsarea prima Cappadocum ciuitate Imperatoris Traiani mensæ ministrabat: accusatus verò, quod esset Christianus, toto corpore verberatus in carcerem iniectus est, vbi post dies aliquot, ieiunus permanens, Deo spiritum reddidit.

Eodem die sanctorum martyrum Theodoti, Theodotæ, Diomedis, Eulampij, Asclepiodoti & Golinduchi.

Eodem die sanctorum martyrum Marci, & Muciani qui cum à Maximo Præside admonerentur, vt idolis immolarent, à paruo quodam puero ad aram stante nō permittebantur, quem puerum comprehensum Gentiles ferula centum quinquaginta verberibus cæciderunt, iubēte Præside cui puerulus, Nunquid, inquit, iudex & literas doces? Similiter & Paulus quidam, cum martyres corroborans,

borans, Christum confiteretur, in carcerem coniectus est, ducti vero ad mortem viri sancti Christum Dominum inuocantes, orabant: Mucianum autem vxor & eius filij sequebantur flentes, quos beatus vir ille sedauit, vxor vero cum plorans, Marco assisteret, abscissum eius caput excepit. Ita sancti martyres gladio percussi, martyrij coronam assecuti, Christo Domino astiterunt.

Die IV.

Sancti patris nostri Andreæ Hierosolymitani Archiepiscopi Cretensis viri docti & sancti, qui ad ædificationem Ecclesiæ multa scripta reliquit.

Eodem die certamen sacrosancti martyris Theodori Episcopi Cyrenæ, qui fuit sub Diocletiano Imperatore, ex vrbe Cyrenæ, ex qua fuit Simon Cyreneus. Hic accusatus apud Præsidem Dignianum, cum Christum negare nollet, plumbeis virgis cæsus, postea vero abscissa lingua, & multos alios cruciatus, ob Christi confessionem perpessus, in pace queuit.

Die V.

Commemoratio sanctæ Marthæ matris sancti Simeonis Stylitæ. Hæc fuit virtutũ exercitatione & misericordia in pauperes valde insignis, cuius sanctæ reliquiæ multis beneficia conferunt.

Eodem die sanctæ martyris Cyprillę. Hæc sub Diocletiano, & Maximo Imperatoribus ex vrbe Cyrenæ, quæ est in Libya, cùm accusata esset apud Dignianum Præsidem, astitit cum Lucia, & Roa, deuotis mulieribus, cumque persuaderi non posset, vt Idolis immolaret, in eius ipsius manus iectis carbonibus, & thure, cogebatur sacrificare, illa vero clamans, Non est, inquit, hoc inuoluntariè factum sacrificium offerre. Combustis autem digitis suspensa, laniata est, mox de ligno detracta, ex plagis quidem sanguis, ex mammis vero lac instar torrentis defluebat, & sic beata martyr spiritum Deo tradidit.

Eodem die Natalis sancti Patris Athanasij ex monte Atho, qui patriam habuit Trapezuntem, nobilibus ortus parentibus, in vrbe Constantinopoli, disciplinis non mediocriter eruditus, qui amore solitudinis & quietis effectus monachus, Athanasius dictus est: antea enim vocabatur Abramius, qui multis virtutibus clarus migrauit ad Dominum.

Die VI.

Certamen sanctorum martyrum Basilij, & sociorum LXX. qui apud Scythopolim martyrium passi sunt.

Et commemoratio sancti Patris Sisois in exercitatione Monasticæ vitæ admodum nobilis, cui propter eximiam humilitatem & reliquas virtutes suscitandi mortuos gratiam contulit Christus Dominus.

Eodem die alterius sanctæ martyris Luciæ. Hæc sancta Lucia non est eadem quæ ex Sicilia fuit, sed in Campana regione orta, detenta est à Rixio Vicario, cum cogeretur Idolis immolare, idq; constanter recusaret, sanguinem pro Christi nomine effudit, cumq; illa Rixius Vicarius, eius opera conuersus ad Christi fidem, Antoninus, Seuerinus, Diodorus, Dion, Apollonius, Apamus, Papianus, Cotyus, Oronus, Dapimus, Satyrus, Victor, & alij nouem.

Eodem die Certamen sancti Astij Episcopi Dyrrachij, qui sub Traiano Imperatore Præside Agricolao, in Christianæ fidei confessione perseuerans, plumbatis cæsus est, & post alios cruciatus, precibus ad Deum missis, animam Deo tradidit.

Eodem die sancti martyris Phocæ.

Eodem die Sancti martyris Isauri & sociorum. Sanctus Isaurus Christi mysteriorum Diaconus & socij Athenis orti, Numeriani Imperatoris temporibus, è patria discedentes, venerũt in vrbem Apolloniam, vbi per reuelatio-

nem

nem diuini Angeli ſpeluncam ingreſſi ſunt, quam habitabant Felix, Peregrinus, & Hermias Chriſtiani homines, qui pietatis ſermonibus ab Iſauro nutriti, corporalia nutrimenta illi retribuerunt; ita paulatim eorum admonitionibus tantum profecerunt, vt facultates ſuas pauperibus diſtribuentes illum ſecuti ſint. quamobrem apud Pontium Prefectum accuſati cum perſuaderi nõ poſſent, vt Chriſtum ipſum abnegarent, variis tormentis probati, atq; ex omnibus incolumes erepti, multis ad Chriſti fidẽ conuerſis, quorum fuerunt Ruffus & * Ruffinianus germani fratres ordinis Senatorij in vrbe Apollonia cum lata eſſet ſententia, capita gladio ſubijcientes, animas Deo tradiderunt. 17. Iun. Ruſinus dicitur.

Die VII.

Thomæ in Malæo. Hic ex terrena militia tranſlatus ad cœleſtem, ſupernæ patriæ amore accenſus, omnia pro nihilo duxit, vt Chriſtum ipſum lucri faceret. itaq; tam perfectus euaſit, vt Dæmones expelleret, cæcos illuminaret, claudos erigeret, fontem aquę precibus ſcaturire faceret. Cumq; hæc & alia miracula feciſſet, requieuit in pace.

Eodem die Sanctorum martyrum Peregrini & ſociorũ Luciani, Pompeij, Heſychij, Papij, Saturnini, & Germani. Hi omnes erant quidem ex Italia, ſed propter perſecutionẽ Traiani, Pyrrachium ſe contulerunt, vbi cum S. Aſtium in cruce pendentem vidiſſent, eumq; beatum prędicaſſent comprehẽſi ſunt à militibus: Cumq; ſe Chriſtianos eſſe prędicaſſent, iuſſu Proconſulis Agricolai, proiecti ſunt in mare Adriaticũ, & ſic martyrij coronã receperũt.

Die VIII.

Certamẽ magni martyris Procopij q. fuit Diocletiani tẽporibus, patre Chriſtiano matre verogẽtile ex vrbe * Eliẽſiũ accuſatus apud Imperatorem, quod eſſet Chriſtianus, traditus eſt Vlcio Præſidi Cæſareæ, verberatur vehemen- Menæa magna: αιλιαίων

ter, & in carcerem conijcitur, postea in templum Idolorum deducitur, vbi orationibus Idola subuertit, quo miraculo milites multos ad Christi fidem conuertit, cumq; his Tribunos Nicostratum, & Antiochum, qui ad Christũ cõuersi, & baptizati à Leõtio Episcopo, obtruncati sunt. vna cum illis captę sunt & duodecim mulieres ordinis senatorij vna cum Theodosia matre Procopij, quæ post multos cruciatus obtruncatæ sunt. Post hæc prętecturam accepit Flauianus inquisitione facta de sancto Procopio iussit Archelao cuidam gladio illum percutere; ille manũ extendens mortuus cecidit. postremo post alia multa & varia tormenta iniecto in manum ipsius igne & ture tolerans Athleta inuictus manum cotinuit, ita immobilem, vt combureretur potius quam videretur impijs hominibus sacrificiũ illud execrabile Idolis ipsis offerre, ita beatus martyr in ardentem clibanum immissus, atq; illinc illæsus euadens, percussus gladio, migrauit ad Dominum.

Die IX.

Commemoratio Encæniorum venerabilis templi sanctissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ, quod est in fonte.

Eodem die Natalis sancti martyris Pancratij Episcopi Tauromenij vrbis Siciliæ. Hic Antiochenus genere à B. Petro Apostolo ad Christi fidem conuersus, & ab eodem ordinatus Episcopus Tauromenij, venit ad Siculos, quos & ab initio ad Christum conuertit, euersis Dæmonum simulacris cum eius regionis Duci Bonifacio persuasisset, vt in Christum crederet, & Ecclesiã ædificaret. in dies igitur plures ad fidem conuertens ac baptizans, absente Bonifacio Duce à Montanis interfectus est.

Eodem die Certamẽ sanctorum Patrum Patermuthij,

Copri,

Copri, & Alexandri, qui Iuliano Imperatore Apostata in Ægypti solitudine quietam vitam degentes, delati sunt, quod essent Christiani. Cum subdolis Apostatę adulationib⁹ Coprus deceptus, Christum negasset, Patermuthius, liberius Iulianum Imperatorem redarguit, & Coprum à lapsu ad fidem reuocat, ita vt qui paulo ante Christum abnegarat, cõfessor effectus sit. accensa igitur fornace, vterque in eam coniectus est, in qua cum permansissent incolumes, Alexandrum militem ad Christi fidem conuerterunt, qui cum ipsis etiam fornacem subijt, ex qua egressi, obtruncati sunt.

Eodẽ die Sactosancti martyris Cyrilli Episcopi Gortinæ qui sub Diocletiano Imperatore in extrema senectute Christum ipsum claro præconio prædicans, vinctus in ignem inijcitur; sed vinculis quibus tenebatur combustis, & lignis in cinerem dissolutis, ac sancto illo viro permanente incolumi, ei⁹ rei miraculo ad fidem plurimi conuersi sunt. Quocirca iudex illum obtruncari iussit. Itaq; B. Cyrillus martyrij coronam accepit.

Die X.

Certamen sanctorum martyrum, qui passi sunt apud Nicopolim Armeniæ sub Licinio Rege, & Lysia Præside quorũ primi erant Leontius, Mauritius, Daniel, & Antonius: diuersis autem cruciatibus tentati, ac postea in caminum ignis iniecti, in Christi confessione permanẽtes, fœlicem sui certaminis finem consequuti sunt.

Eodem die Beatorum martyrum Bianoris & Siluani, quorũ sanctus Bianor ex prouincia Pisidię propter Christi cõfessionẽ à Seueriano Præside Isaurorũ ciuitatis Euphratisiæ cũ cogeretur Christũ abnegare, nec persuasus esset, grauiter cæsus, & suspensus, globis igneis adustus est, quin etiã dentes auulsi & aures abscissæ sunt: Siluanus vero quidam

dam videns Bianoris tolerantiam Christo credidit, & statim lingua illi ab scissa est, postea & caput humeris auulsũ est, sanctus vero Bianor perforatis talis, dextro effosso oculo, & capitis pelle detracta, ceruicem gladio suppositi, & sic martyrio coronatus est.

Eodem die Certamen sancti martyris Apollonij ex Sardis ciuitate Lydiæ, qui oblatus Perinio Præsidi tunc existenti in vrbe Iconio, professus se Christianum esse, Idola irridens, cum cogeretur per fortunam Imperatoris iurare, cui ille, Nefas, inquit, per Imperatorem, mortalem hominem iurare, per eum præsertim, qui vniuersarum rerum creatorem non agnoscit, propter hæc beatus martyr ligno crucis affixus, Deo spiritum tradidit.

Die XI.

Sanctus Martianus adolescens in vrbe Iconio martyrium passus est, à Perinio Præside condemnatus, propterea, quod eius impietatem redarguens, clara voce Christum dominum verum Deum esse cõfitebatur. Itaq; in ignem & iniectus, & lingua compunctus, gladio percussus est.

Eodem die certamen sanctæ magnæ celebrisq; martyris Euphemiæ, quæ temporib⁹ Diocletiani, & Prisci Proconsulis Europæ ex vrbe Chalcedone, accusata quod esset Christiana in ignem coniecta, feris exposita, & alijs tormentorum machinis tradita, omnibus fortiter toleratis, martyrij coronam accepit.

Eodem die Cindei Presbyteri. Hic ex oppido Telmedia Sidæ Pamphiliæ sub Imperatore Diocletiano, ductus ad Stratonicum Præsidem, Christũ confessus est: quamobrem ferreos calceos clauis defixis munitos indutus, ad portam cucurrit, postea in ignem iniectus, euasit incolumis, & Deum precatus tradidit spiritum, cuius pretiosas

reliquias

reliquias Oreſtes quidam Vmanadenſis genere, Chriſti Diaconus, in patriam ſuam tranſlatas per manus ſacerdotum more maiorum reponendas curauit.

Eodem die Natalis ſanctæ martyris Golinduch, quæ mutato nomine Maria dicta eſt. Hæc ex Perſide cum habitaret cum viro quodam magorum Principe, Rege Perſarum Coſtoe, Romanorum Imperatore Mauritio, angelica viſione admonita, ſtatim baptizata eſt, & Mariæ nomine appellata, quæ multos poſt annos, plurimis editis miraculis tenui quadam febri detenta mundo ipſi ſalutem precata, ſpiritum Deo commendauit.

Die XII.

Sanctorum martyrum Procli & Hilarij ſub Traiano Imperatore martyrium paſſi, quorũ primus ſanctus Proclus coram Traiano Chriſtum confeſſus, Maximo Præſidi traditus, lampadibus ventre & lateribus comburitur, in ligno ſuſpenditur, pedibus ſaxo grauatis, poſtremo ſagittis vulneratus migrauit ad Dominum. Poſtea ſanctus Hilarius B. Procli conſobrinus Chriſtianum ſe eſſe profeſſus, ſuſpenſus verberatur, & ad tria miliaria tractus abſciſſo capite cum ſancto Proclo depoſitus eſt.

Die XIII.

Natalis ſancti martyris Serapionis, qui fuit ſub Seuero Imperatore, diuinæ pietatis ſtudioſus & probitate morũ inſignis, qui detentus ab Aquila Præſide, interrogatus cuiuſnam eſſet religionis, libera & clara voce reſpondit, ſe Chriſtum Dominum colere; quamobrem igni traditus, martyrij coronam reportauit.

Eodem die ſanctæ martyris Myropis temporibus Decij Imperatoris, quæ primum habitauit in Inſula Chio, poſtea verò ad Epheſiorum vrbem profecta, religiosè

admodum hauriebat vnguenta ex sanctorum martyrum corporibus profluentia, ex quo & cognomen sortita est; postea in Insulam Chium reuersa, & se Christianam esse confessa, à Præside Numeriano vectibus vehementer verberata, Deo spiritum reddidit.

Eodem die celebritas Gabrielis Archangeli & commemoratio sancti patris nostri Stephani Sabaitæ.

Die XIV.

Certamen sancti martyris Iusti, qui fuit ex vrbe Roma militans sub Tribuno Claudio, reuertens vero aliquãdo à cæde Barbarorũ vidit Crucem instar crystalli apparentem, & illinc exeuntem vocem audiuit qua diuin e pietatis mysterio initiatus, Romam profectus, facultates suas pauperibus distribuit, Christi fide exultans: quæ res cum Tribuno innotuisset, & Christi martyr à proposita confessione discedere nollet, illum misit ad Præsidem Magnentium, à quo interrogatus, cùm in Christiana confessione constanter permaneret, iussus est cũctis neruis verberari, postea ignita galea capite indui, & globos ferreos igne accensos eius maxillis supponi, quæ omnia, & alia eiusmodi tormẽta fortiter perferens Beatus martyr, Deum celebrans in caminum iniectus spiritum tradidit, eius sancto corpore integro permanẽte, ne pilo quidem læso ab igne, in quem fuerat iniectus.

Eodem die Natalis S. patris nostri confessoris Ioseph Archiepiscopi Thessalonicensis, qui fuit sub Theophilo Imperatore filius Photini & Theoctistæ Theodori Studitæ germanus frater. hic cum esset probatæ vitæ & rectę fidei, communi suffragio Thessalonicensis Episcopus creatus est. Cumq; vna cum Theodoro assisteret sanctarum imaginum oppugnatori Theophilo, nec eius impietati

rati cederet, confessor Theodorus exul Appolloniadem missus est, Ioseph vero in carcere multas ærumnas perpessus, in sanctarum imaginum cultu persistens migrauit ad Dominum.

Eodem die sancti Aquilæ, cuius laudes B. Lucas in actis Apostolorum descripsit, fuit enim Apostoli Pauli discipulus, & hospes, ab illo rebus diuinis instructus, itaq; errorem Dæmonum respuens sacerdos, & martyr passionum Christi effectus coronam ab illo accepit.

Die XV.

Sanctorum martyrũ Cyrici & Iulittæ. Hic fuit sub Diocletiano Imperat: ex vrbe Iconio, quæ propter imminẽtem persecutionem celeberrimum Cyricum tres annos natum accipiens, venit Seleuciam. sed cùm illic quoque eandem Christianorum persecutionem inuenisset, migrauit Tarsum Ciliciæ, vbi Alexander quidam Præses immanis & ferox, Christum inuocantes homines cruciabat, à quo Iulitta comprehensa torquebatur, extracto ex eius manibus puero, conatus Præses illum blanditijs allicere. cùm non posset eum flectere, ad matrem intentis oculis spectantem, & balbutiente voce Christi nomen inuocantem, & Præfectum ipsum despicientem. Nihilominus tamen cum Præses amplius conaretur illum ad se trahere, puer in eius ipsius ventrem calce extensa, iudicis iram in se ita concitauit, vt de gradibus tribunalis deiectũ ad parietem, eius caluariam allisam comminui fecerit. Itaq; beatam animam sanctus puer emisit. sancta verò Iulitta post multos cruciatus Christum ipsum abiurare non passa, capite obtrũcato certaminis palmam consecuta est.

Eodem die sancti martyris Abudemij sub Diocletiano Imperatore ex Insula Tenedo, qui detentus cum cogeretur Christum abnegare, & execrabiles victimas de-

gustare, nec id facere pateretur, flagris cæsus,& multa alia tormenta perpessus in Christianæ Confessionis constantia permanēs, beata martyrij corona donatus, migrauit ad Dominum.

Eodem die Natalis sancti martyris Antiochi. hic fuit ex vrbe Sebastia medicinæ artis peritus, qui detentus ab Adriano Præside, & ob Christianæ fidei professionem in ardentem lebetem iniectus, & alia tormenta perpessus, obtruncatus est ; Ex cuius iugulo lac prosilijt, quod miraculum, Cyriacus, qui eius caput absciderat, cum vidisset, libere Christum ipsum confessus, & Idolis Adriani Præsidis Anathema pronunciasset, & ipse obtruncatus est capite, & appositus S. Antiocho.

Eodem die sanctarum martyrum Valentinæ & Theæ, quæ fuerunt ex Ægypto ad vrbem Diocæsaream deductæ, Firmiliano Iudici oblatæ, Christi veri Dei nostri cōfessæ nomen, sinistris pedibus combustis, & dexteris oculis effossis, gladio & igne consummatæ sunt. cumq; illis alij multi viri & mulieres Christi nomen confessæ martyrium pertulerunt, è quorum numero Beatus Martyr Paulus post latam sententiam, vt gladio percuteretur, stans & orans pro Christianis, pro Iudæis, pro Samaritanis, pro Græcis, pro alijs quoq; gentibus, vt ad verbi Dei notitiam venirent, & Christianorum persecutio cessaret, ad misericordiam & lachrymas omnes attraxit. Itaq; capite obtruncatus est.

Eodem die sanctorum martyrum Onesiphori & Porphyrij ex vrbe Iconio, quorum Onesiphorus fuit discipulus Pauli Apostoli, cum primum in vrbem illam venisset, & hospitio in eius domo acceptus esset, à quo cum tota familia baptizatus est, eumq; B. Apostoli doctrina salutari eruditus esset, multos ad Christi fidem & ipse conuertit.

Quam-

Quamobrem apud Helleſpontum ſub Hadriano Procõſule propter Chriſtianæ fidei confeſſionem verberatur vehementiſſime, & cum Porphyrio ſeruo Chriſtiano homine ferocibus equis alligatus, & ad quatuordecim milliaria tractus, ſpiritum Deo tradidit, vna cum illo, & B. Porphyrius omnia pro Chriſti fide certamina conſtanter ſuſtinens, migrauit ad Dominum.

Die XVI.

Natalis Beati martyris Athenogenis Epiſcopi Pidachthoes ex vrbe Sebaſtia ſub Imp. Diocletiano, qui detentus à Philomarcho Præſide cum decem diſcipulis ſuis, multa tormenta cum illis ipſis paſſus, gladio percuſſus, capite obtruncatus, quieuit in Domino.

Eodem die Sancti martyris Fauſti, qui ſub Decio Imp. propter Chriſtianæ fidei confeſſionem comprehenſus, & libere Chriſtum ipſum profeſſus, cruci affixus, & ſagittis vulneratus, cum quinque dies in cruce cõſtanter permanſiſſet, in manus Dei ſpiritum commendauit.

Eodem die Celebritas ſanctorum ſexcentorũ triginta Patrum quartæ ſynodi œcumenicæ in vrbe Chalcedone, tempore Martiani Imperatoris.

Die XVII.

Sanctæ martyris Marinæ. Hæc fuit ex Antiochia Piſidiæ, filia Ædeſij ſacerdotis Idolorum, quæ oblata Olybrio Præſidi, multis tormentis cruciata, Chriſtum non negauit, poſtremo capite abſciſſo martyrij coronã ſuſcepit.

Eodẽ die S. martyris Hyacinthi apud Amaſtridẽ. Hic ad Caſtriſium Præſidem, & Amaſtridis vrbis magiſtratus cum ductus eſſet, Chriſtianam fidẽ profeſſus verberatur vehementer, euulſiſq; dentibus, per mediam vrbem funibus trahitur, & acutis calamis vulneratur, poſtea cõiectus in carcerem, Deo ipſi ſpiritum commendauit.

Eodem die ſanctæ martyris Theodotæ. Hæc ex vrbe

Constantinopoli ; cum ex facultatibus suis tres sanctus imagines fieri curasset, vnam Christo Domino, alteram Dei Genitrici, tertiam sanctæ Anastasiæ, reliquas opes pauperibus & orphanis distribuit, cumq; post multã virtutis exercitationem beata Theodota, cũ multis alijs religiosis fœminis pro sanctarum imaginum cultu seruãdo laborarent, Impij Leonis Imp. iussu gladio percussa cõsummata est.

Die XVIII.

Sancti martyris Æmiliani, hic fuit ex Durostolo vrbe Mysię, serui Græci cuiusdã, tẽporibus Iuliani Apostatę, & Capitolij. Cũ vero Christũ coleret, & Idola execraretur, nactus opportunũ tẽpus, arrepto malleo, ingressus in templũ idolorũ simulacra omnia cõtriuit, & sacrificia dispersit, adiẽsq; Præsidẽ, se ipsum denunciauit, qui verberatus, & in fornacem ignis iniectus spiritum Deo cõmendauit.

Die XIX.

Natalis sancti Patris nostri Dij, & B. Macrinæ sororis Basilij magni. fuit Dius sub Theodosio magno apud Antiochiã Syriæ in virtutis exercitatione plurimũ profecit, cumq; diuina reuelatione veniisset Constantinopolim, locum delegit, in quo monasterium ædificauit, multis pecunijs ab Imperatore suppeditatis quibus opus ipsum perfici posset, quin etiam Atticus Patriarcha illũ cogens presbyterum ordinauit; qui cum esset sanctitate præditus, diuina virtute atq; inuocatione Christi operat⁹, migrauit ad Dominum. Sancta vero Macrina specie corporis, & morum probitate ornata, iuncta quidem est sponso, sed antequã conuenirẽt, ille mortu⁹ est; cumq; ipsam multi coniugẽ habere cuperent, maluit viduitatẽ seruare, quã iterũ nuptias subire. Itaq; omni mundana cõmixtione seipsam separãs cũ matre viuebat, diuinis rebus vacans secũdæ matris loco filios post se natos nutriens. Cum enim decem essent filij, hæc omniũ fuit prima, quæ cũ fratre Gregorio de anima

ma philosophata, ad extremũ religiosam & sanctã vitam ducẽs, migrauit ad Domũ. *Die XX.*

Natalis beati Prophetæ *E*liæ, qui de cœlo ignem detulit, pluuiam detinuit annis tribus, & mensibus sex, duos quinquagenarios combussit, in monte Choreb Deum vidit, Iordanem scidit melote, & in cœlum curru igneo assumptus est. *Die XXI.*

Natalis beatorum patrum Ioannis & *S*imeonis, qui propter Christum cognomento Salo, hoc est stultus appellatus. Hi duo fuerunt ex vrbe *E*dessa Syriæ, Imperatore Iustino iuniore, qui diuino desiderio cõmoti, profecti sunt ad sanctam ciuitatem, vbi cum viuificæ crucis lignum adorassent, in monasterio sancti *G*erasimi à sancto Nicone illius Mansionis *P*ræposito, suscepto habitu, monachi effecti sunt, atq; illinc ante septimum diem egressi, eremum adierunt, vbi quadraginta annos omnem vitæ duriciem exercuerunt. & Ioannes quidem remansit in eremo, beatus vero Simeon reuersus est in sanctam ciuitatem, vbi cũ viuificum Christi sepulchrum adorasset, & Deum ipsum precatus esset, vt Mundum & homines lateret quandiu in hac vita superstes esset, ad vrbem Emesam venit, vbi per simulationem stultitiæ multis editis miraculis requieuit in Domino. quo tempore post obitum, quantæ sanctitatis esset, cognitus est. Cum enim duo pauperculi homines sine vlla funebri cura, illotum, thuris, & psalmodiæ omnino expertem ad sepulchrum efferrent, Hebræus quidam multã psalmodiam audiẽs, prospexit è domo in qua erat, vt videret quinam essent psalmorum cantores, cumque à duobus pauperculis hominibus sanctum illum virum efferri vidisset, animaduertens quod Angeli essent, qui psalmos canerent, beatus inquit, es *S*alo, qui cum non homines psallentes habeas, Angelos habes hymnos canentes. *P*ost aliquot dies, veniẽs Ioannes amicus & mona-

monasticæ exercitationis socius inuenit beatum Simeonem migrasse ad Dominum, cumque sanctus Ioannes paucos post dies requieuit in Christo.

Eodem die sancti Prophetæ Ezechielis.

Die XXII.

Natalis sanctæ Mariæ Magdalenæ.

Die XXIII.

Sacrosancti martyris Phocæ. Hic fuit sub Traiano Imperatore, vitæ innocentia & virtutum splendore insignis. Qui adductus ad Africanum Præsidem, libere Christum prædicãs eius fidem docebat. Cũ verò Africanus Christum blasphemare cœpisset, & sanctum Phocam affligere, facto terræmotu cadens cum suis militibus exanimus iacebat, quem beatus Phocas ab ipsius vxore rogatus à mortuis suscitauit, ductus vero ad Traianum Imperatorem suspensus est ac laniatus, sed in Christi confessione persistens, in ardentem fornacem injcitur, vnde illæsus egrediens, in lauacrum valde feruidum immissus est, Deumq; precatus emisit spiritum.

Eodem die Natalis beatorum martyrum Apollinarij, Vitalis Episcopi Rauennatis, Apollonij Romani, & sancti martyris Eugenij.

Eodem die sãctorum martyrum Trophimi, Theophili & sociorum, qui sub Diocletiano iniquo & Tyrannico Imperatore, cum eius voluntati obtemperare, atq; impuris simulachris immolare, & Christum ipsum abnegare non passi, lacerati sunt & lapidibus percussi postea fractis cruribus in ignem iniecti, ex quo incolumes seruati, gladio percussi sunt.

Vulgariam: Eodem die commemoratio eorum, qui sunt apud Vulgariam interfecti sub Nicephoro Imperatore Patre Stauratij, nono anno eius imperij, quorum alij letalibus plagis acceptis, à vita discesserunt, alij viuentes capti,

cùm

cùm Christum abnegare nō paterentur, multipici & acerbæ morti subiecti sunt. alij enim ense obtruncati, alij funibus vincti, & suspensi suffocati sunt, alij sagittis vulnerati expirarunt, alij carceribus & fame consumpti, martyrij corona donati sunt.

Die XXIV.

Sanctæ martyris Christinæ, quæ fuit ex Vrbe Tyro Vrbani cuiusdam Ducis exercitus filia, quæ propter Christianæ fidei confessionem, cùm Patris Idola confregisset, & pauperibus distribuisset, aurum & argentum ex quibus Idola ipsa confecta erant, varijs supplicijs à Patre subijcitur, postremo à Iuliano quodam Præside, venenatis serpentibus tradita est, abscissis mammis, & lingua, quę omnia forti, & constanti animo perpessa, Deo spiritum commendauit.

Eodem die certamen sanctorum martyrum Menei, & Capitonis.

Die XXV.

Natalis sanctæ Annæ matris Beatæ genitricis Dei Mariæ.

Eodem die sanctæ Eupraxiæ filiæ Antigoni cuiusdam senatorij ordinis & Eupraxiæ sub Theodosio Imperatore cuius erat consanguinea; mortuo autem Antigono mater Eupraxia Theodosio illam commēdauit, qui senatorio cuidam viro despondit; illa verò discedēs cum matre in Thebaidem Ægypti profecta ad monasterium ingressa, in quo erāt virgines centum & quatuor, parem Angelis vitā ducentes, æmulata earum virtutem à monasterio ipso discedere passa non est: erat autem tūc virgo sexdecim annos nata: mater verò illinc discedēs Orientis monasteria obeundo possessiones multas & beneficia indigentibus contulit. Posthæc cum in morbum incidisset,

reuersa est ad mãsionem, in qua filiũ reliquerat, cumq; ômnes facultates suas filiæ comisisset, requieuit in Domo. Eupraxia vero cũ bona omnia pauperib⁹,& Ecclesijs Dei distribuisset, monasticæ vitæ exercitationem egregie amplexa, tantum in virtute profecit, & necessitates corporis subiugauit, vt per quadraginta quinq; dies immobilis steterit, intentis ad cœlum manibus. Itaque propter excellentem virtutem beata Eupraxia miraculorũ gratiam accepit, qua multos àvarijs languoribus liberauit,& ipsa beatum finem assecuta, ad Dominum translata est.

Eodem die sanctæ Olympiadis, quæ fuit sub Imperatore Theodosio, Arcadio, & Honorio filijs, Anisij secundi Comitis filia, neptis Ablauij Præfecti, sponsa paulisper Nebridij, qui fuit ex numero Præfectorum. Cum autem adhuc esset virgo, eius viro ante copulam de medio sublato, & virgo simul & vidua remansit, omne tempus transigens in ieiunijs, & orationibus, & pauperum beneficentia. Itaque omnes opes suas in curam Christi sacerdotum exhausit, præsertim in sanctum Ioannem Chrysostomum, quem præcipuè honorabat.

Die XXVI.

Sancti martyris Hermolai, & sociorum. Sanctus Hermolaus, & socij eius, Hermippus, & Hermocrates, ex clero Nicomediensis sanctæ Ecclesiæ fuêre presbyteri, superstites relicti ex ijs sanctis qui à Maximiano Tyranno in Ecclesia combusti sunt, qui denunciati, quod Pantaleemonem occultassent, ad Maximianum ducti cùm Christum Deum verum confessi prædicassent, obtruncati sunt.

Eodem die Natalis beatæ martyris Parasceues, quæ fuit Antonino Imperatore ex oppido quodam in finibus

bus antiquioris Romæ Christianis parentibus genita, quæ delata quod Christianam fidem coleret, multis tormentis cruciata in confessione perseuerans, gladio percussa, spiritum ad sempiternas mansiones transmisit.

Die XXVII.

Natalis beati martyris Pantaleemonis, qui fuit ex vrbe Nicomedia, patre Eustorgio Gentili, & matre Eubula Christiana, medicinæ artis perit°, ab Hermolao Presbytero, Christi fidem edoctus, & propter eius cõfessionem, minas, verbera, carcerem tetrum atque incendium perpessus ad cœlestem patriam migrauit.

Eodem die commemoratio beatæ Anthusæ sub Constantino Imperatore cognomento Copronymo. Hæc religionis causa relinquens parentes, in montibus, & speluncis versabatur. Cum vero monachus quidam presbyter ad Martinei loca se contulisset, beata Anthusa ad eius imitationem excitata, tam magnos in virtute progressus fecit, vt ad ardentem clibanum ignis, ipsius iussu ingressa, nihil passa exierit incolumis. Multis autem miraculis à Deo ipso digna effecta, cùm imaginem Christi coleret, illam abnegare Copronymus cogebat. itaque flagris cædi iussit fratrem consobrinum, quem beata illa virgo ad sãctarum imaginum venerationem hortabatur: postea & ipsam quoq; crudis neruis verberauit, quæ sacras imagines supra caput accensas suscepit, mox in exilium mittitur, & Reginæ in partu vehementer laboranti fore prędixit, vt duos liberos fœminã & marem gigneret, prænũ-

cians vtriuſq; vitam & ſtatum; Quamobrem Regina ipſa Monaſterijs, quæ ſub illa erant, beneficia multa contulit, & Tyrannus ipſe à conatu abſtinuit. ita virtus ipſa ſcit & feras manſuefacere. Cum igitur tam religioſe vixiſſet, in ſumma ſenectute acceſſit ad Dominum.

Die XXVIII.

Natalis Beatorum Prochori, Nicanoris, Timonis, & Parmenæ. Hi cum eſſent ex numero ſanctorum Apoſtolorum in diuerſis locis propter Chriſtianæ fidei prædicationem, ab impijs perſecutionem paſſi, eò quod Chriſtum Dominum filium Dei, & perfectum hominem eſſe confiterentur, martyrij coronam aſſecuti ſunt.

Eodem die Sancti martyris Euſtathij apud Ancyram. Hic cum eſſet miles adductus ad Corneliũ Ancyræ Præſidem, interrogat⁹ libere Chriſtum cõfeſſus eſt; quamobrem verberatur, & talis perforatis, funibus comprehenſus, tractus eſt ex vrbe Ancyra vſq; ad flumen Sangarum, ſequente & ſpectante ipſo Præſide, illic in arca incluſus in flumen deiectus eſt, ſed diuino nutu factũ eſt, vt Angelus Dei arcam ipſam ad continentem terram extraxerit. Itaque inuentus eſt ſanctus ille incolumis canens pſalmum illum: Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur, & quæ deinceps ſequuntur. Hæc cum cognouiſſet Præſes erubeſcens, educto gladio ſeipſum interfecit: Sanctus vero Martyr orans, & diuinũ donum participans per columbam è Cœlo volantem ad ſe miſſum, in ſancti illius Angeli, qui aſtiterat manus ſpiritum commendauit: eius autem corpus in vrbe Ancyra depoſitum eſt.

Eodem die Natalis ſancti martyris Acatij. & Commemoratio Encæniorum templi ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ. Et certamen ſanctorum Martyrũ Quintiliani, Da-

dæ,

dæ, Maximi, & Callinici. ſanctus martyr Acatius fuit temporibus Licinij, cui oblatus, & Chriſtianum ſe eſſe confeſſus, ſupenſus laceratur, poſtea traditur Terentio Tribuno, à quo in ardentem ſartaginẽ inijcitur, pice, oleo, & ſeuo plenam, vnde ereptus Præſidem, Apameam, & Apolloniam proficiſcentem ſequi iuſſus eſt. Poſtea in templum Idolorum adductus, oratione Idola omnia cõtriuit: mox Tribuno traditus verberatur vehementer, & feris obijcitur; Cumq; fornacem ardentem introiſſet, illæſus permãſit, ſed cum Zelicinthius quidam frigidam eſſe fornacem opinatus, acceſſit, vt ſciret quonam modo res ſe haberet, ſtatim combuſtus in cinerem redactus eſt. Poſt hęc datur Poſidonio qui ferreum onus illi imponẽs duxit in vrbem Miletum, vbi rurſus Idola cõminuit, ad hæc capite obtruncato ſanguis, & lac ex plaga ſcaturiuit, Leontius vero preſbyter Sancti martyris reliquias in domo cuiuſdam nomine Dorymedontis in vrbe Synadonenſi repoſuit.

Die XXIX.

Natalis Beati martyris Callinici, qui genus duxit ex Cilicia egregijs moribus in Dei timore à puero educatus multos docuit viam ſalutis. Itaq; Idolorum errore detentos homines admonebat, vt rebus illis vanis abſtinerẽt, & vniuerſarum rerum Creatorem Chriſtum agnoſcerent, quamobrem comprehenſus ad Præſidem Sacerdonem ductus omnium generum tormentis ſubijcitur, & crepidis ferreis rectos clauos habentib⁹ calceatus iuſſus eſt ante equos Præſidis currere vſq; ad vrbem Gangram diſtãtem ſtadijs octaginta. cum vero ſiti qui illum ducebãt detenti nõ poſſent vlteri⁹ progredi, orans martyr ex petra aquã eduxit, quæ ad hanc vſq; diem ſcaturit: vbi vero Gangram venit; in caminum ignis iniectus, ſpiritum Deo tradidit.

Eodem die Sanctæ martyris Theodotæ & filiorum. Hæc fuit ex vrbe Nicæa, admodum pietatis & Dei Præceptorũ ſtudioſa, filios erudiens diſciplinam Domini, ijſdem temporibus quibus & Sancta martyr Anaſtaſia viuebat; detenta vero à Leucaito Præſide cuius nuptias ipſa recuſauerat, ob eam præcipue cauſſam, miſſa eſt ad Nicetium Præfectum Bithyniæ à quo ſimul cum tribus filijs in caminum ignis iniecta, martyrio coronata eſt.

Die XXX.

Natalis ſanctorum Apoſtolorum Silæ, & Siluani, ac ſociorum qui in vrbe Chalcedone, & Gallia, atque in orbe terrarum Chriſtianæ fidei verbum prędicantes multos ab impietate ad veri Dei notitiam cõuerſos baptizarunt, & in pace animas Deo ipſi reddiderunt.

Eodem die certamen ſanctæ martyris Iulittæ, quæ fuit ex vrbe Cæſareæ Cappadociæ, quam & Baſilius magnus encomijs honorauit. Hæc cum cupiſſet apud præſidem Cæſareæ quendam iniquum hominem accuſare, quod agros, villas, & pecora iniquè ac per fraudem alienas facultates ad ſe transferret, calumniatoribus, falſis teſtibus & iudicum corruptionibus innitens; ſtatim ab iniquo illo obiectum eſt, quod eſſet Chriſtiana, & propterea non conueniret, illam rerum publicarum participem fieri, quippe quod Imperatorum Deos non coleret. illa vero terrena omnia contemnens, Valeat, inquit, vita hæc & huius mundi gloria, ego enim verum omnium creatorẽ & opificem non negabo. atque illico iniquus Iudex igni eam tradidit: fornax vero continens ſanctæ martyris corpus, tanquam thalamus quidam effulgens, animam ipſam ad cœleſtem Choream tranſmiſit; Precioſum vero eius corpus incorruptum, omnibus Chriſtianę fidei cultoribus ſeruauit.

Die

Die XXXI.

Natalis Beati Eudocimi iunioris, qui sub Imperatore Theophilo, Christi Domini ostore, claris ortus parentibus, erant enim Patritij, Orthodoxæ fidei cultores, Basilius & Eudocia, Cappadoces genere, quorum virtutem sequens probatæ fidei, & vitæ Eudocius eleemosynas quam plurimas quotidie largiebatur, sanctis Ecclesiis præclara dona offerens, viduis, & orphanis subueniens. Denique Beatus ille iuxta Dei præcepta viuens, omne virtutis genus exercens, corporis infirmitate detent⁹, spiritum Deo tradidit, eius vero consanguinei, prout ab illo iussi fuerant, cum indumentis, & calceis, illum sepelierunt, multis à Deo ipso decoratum miraculis. Et corporis quidem sancti translatio facta est sexto die mensis Iunij, dormitio vero trigesimo primo Iulij.

AVGVSTVS.

Mensis Augusti die primo.

COMMEMORATIO sanctorum Machabęorum, Eleazari, Solomonidis, & filiorum, qui fuerunt sub Antiocho filio Seleuci, à quo tota gens Hebræorum perdita, & in seruitutem acta est, extat in eorum laudem sancti Gregorij Nazianzeni oratio.

Eodem die Commemoratio sanctorum nouem martyrum apud Pergem Pamphyliæ passorum, Leontini, Attij, Alexandri, Cindei, Mnesithei, Cyriaci, Meneij, Catuni & Euclæi: omnes hi temporibus Diocletiani Imper. & Flauiani Præsidis apud Pergem Pamphyliæ, inde vsque à maioribus Christiani, ex quibus Meneus erat faber, reliqui

qui vero Agricolæ, sed omnes vnam mentem & sententiam habentes martyrij certamen subierunt, itaq; nocte quadam templum Dianæ ingressi, idola, quæ illic erant, subuerterunt, quamobrem comprehensi ac verberati & ferreis vnguibus laniati, feris obiecti in Christi confessione perseuerantes, obtruncati sunt.

Die 11.

Natalis beati Stephani Papæ Romani, qui sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus propter persecutionem delitescens, ad se venientes gentiles baptizabat; cùm vero comprehensus in carcere detineretur, ordinauit Presbyteros, Diaconos, & lectores illic, & Nemesij cuiusdam Tribuni filiam curatam, & ipsam & eius patrem Nemesium baptizauit, quem & Diaconum fecit. baptizatus etiam ab eo fuit Sempronius Nemesij seruus & Olympius cum Exuperia vxore, & Theodulo filio, qui & baptizati sunt à sanctissimo Papa Stephano inter viam Latinam & Appiam, quorum sanctas reliquias collegit beatus Pontifex. post hęc Sempronius, Olympius, Exuperia, & Theodul' ad statuam Solis ducti obtrũcati sunt, quos in monumento deposuit beatissimus Stephanus; qui cum esset quæsitus, non est inuentus, latuerat enim paulo ante propter salutem eorum, qui per ipsum crediderant: detenti sunt autem pro illo eius discipuli numero duodecim quorum nomina hæc sunt Bonus, Faustus, Maurus, Primitiuus, Columniosus, Ioannes Exuperantius, Cyrillus, Honoratus, Theodosius, Basilius & Castus, qui statim sunt obtruncati & sepulti à Tertullo quodam Christiano, quem beatus Stephanus Presbyterum ordinauit, & Saputius Tribunus, paulo post suspensum & neruis cæsum igne combussit. post hæc ductus est ad examen beatus Stephanus ad templum

Martis

Martis quod precibus suis destruxit, postea sacro ministerio inseruiens obtruncatus est, cũ quo & Tarsitius Dominicum corpus ferens, in ligno extẽsus, interfectus est. Post sanctum Stephanum, ordinatus est Põtifex Sixtus, interfectus & ipse postea cum sanctis martyribus Laurentio & Hippolyto.

Die IV.

Natalis sanctorum septem in vrbe Epheso dormientium Maximiliani, Exacustodiani, Iamlici, Martiniani, Dionysij, Ioannis & Constantini,

Eodem die relatio sanctarum reliquiarum Beatæ matris nostræ, & martyris Eudociæ.

Eodem die Natalis beati martyris Eleutherij, qui fuit ex ciuitate Byzantio, vnus ex ordine senatorio, conuersus autem ad Christi fidem baptizatus, & Chrismate vnctus sacramentorum particeps factus est, quem cum Imperator Maximianus Christianum esse cognouisset, gladij supplicio suppositit.

Eodem die Natalis beatæ martyris IA & sociarum. Hæc sub Sapore Rege Persarum, prouectæ ætatis fœmina, comprehensa cum nouem millibus Christianis captiuis, à Principibus Magorum varijs tormentis, & acerbis cruciatibus traditi sunt, cum quibus & beata IA fortiter & constanter perseuerans, gladio percussa, martyrio coronata est.

Die V.

Natalis beati martyris Eusignij, qui cum esset Antiochenus genere, & miles sub Constante Chloro patre Magni Constantini, peruenit vsq; ad Apostatæ Iuliani tempora, annum agens centesimum & decimum, qui annos sexaginta septem in militia excelluerat. Hic ante Iulianum constitutus ad examen, Imperatorem ipsum, vt patriæ pietatis desertorem redarguit, quippe, qui ho-

norem ipsius Dei ad Idola vana transtulisset. Hæc cum diceret, & magni Constantini virtutem commemoraret, alijs quidem prudens longa ætate & vsu rerum visus est; sed Iulianus eum irridens, ense caput abscindi iussit. Itaq; eius ipsius in Christo martyrium completum est.

Eodem die sanctorum duorum martyrum Cattidij & Cattidiani, qui propter Christianæ fidei confessionem lapidati in cœlum ascenderunt.

Eodem die commemoratio sanctæ Nonnæ matris sancti Gregorij Theologi in pace quieuit.

Eodem die Natalis beati martyris Sobelis Ægyptij, qui perseuerans in Christi cõfessione consummatus est.

Die VI.

Transfiguratio Domini nostri Iesu Christi, quam sancta Ecclesia solenniter celebrat.

Die VII.

Natalis beati martyris Dometij Persæ, qui temporibus Constantini Magni, cùm esset Persa genere, instructus à Christiano quodam ἀββᾶς relicta patria impietate veniens in vrbem Nisibenam baptizatus, & Monachorum habitu indutus, propter Christianæ fidei confessionem à Iuliano Apostata cum duobus discipulis lapidatus martyrij coronam suscepit.

Die VIII.

Commemoratio sancti Æmiliani Episcopi Cyzici. Hic propter sãctarum imaginum cultum, multas ærumnas perpessus in exilium ab impio Imperatore Leone missus, accepta cõfessionis corona dormiuit in Domino.

Eodem die certamen Sancti martyris Marini senis, qui sub Diocletiano Imperatore, & Præside Lysia ex vrbe Anazarbo, Christi fidem professus, iubente Lysia flagris cæditur: in carcere concluditur, ad interrogationem

nem

nem: postero die ductus, cũ sacrificare recusaret, in ligno suspensus laniatur; postremo superatis omnibus tormẽtis obtruncatur, cuius corpus canibus & feris proiectum Xanthias & Sapritius collectum sepelierũt extra vrbem Anazarbum, in agro Randano, in laudem & gloriam Patris, filij, & Spiritus sancti, Amen.

Eodem die commemoratio sancti Myronis Episcopi Cretæ, cognomento Thaumaturgi. hic natus in Aurace vrbe Cretensi propè Cnossum, diuina pietate ornatus, præcipuè verò misericordia, atq; in pauperes charitate insignis, ordinatusq; Presbyter in sãcta Dei Ecclesia, postea verò & Episcopus constitutus, multis miraculis editis annum propè centesimum agens, migrauit ad Dominum.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Theodori Præpositi Oroborum, qui à pueritia crucem Domini tollens in montibus & speluncis ac vallibus solitariam vitam duxit. itaque vt vnguentum pretiosum atque incensum Domino in odorem suauitatis oblatum, in pace quieuit.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Eleutherij, & Leonidis, qui propter fidem Christi igne cõsummati sunt.

Eodem die sanctorum decem Monachorum qui ex Ægypto ad eremum secedentes in pace quieuerunt

Eodem die certamen sancti Apostoli Matthiæ, qui vnus ex septuaginta connumeratus est cũ duodecim Apostolis pro Iuda Ischariothę, prædicauit autem Euangelium in Æthiopia, vbi multis pro Christi fide superatis tormentis, spiritum Deo tradidit.

Die IX.

Natal: beatorũ X. martyrũ, qui propter sanctam imaginẽ saluatoris nostri Iesu Chri: in aurea porta cõstitutã martyrium

tyrium passi sunt, quorũ nomina hæc sunt, Iulianus, Martianus, Ioannes, Iacobus, Alexius, Demetrius, Photius, Petrus, Leontius, & Maria Patritia. omnes hi sub Leone Imperatore Impio pro defensione sanctarum Imaginum, multas ærumnas perpessi, & varijs tormentis superatis, postremo gladio percussi, martyrio coronati sunt.

Eodem die Natalis sancti martyris Antonij Alexandrini, qui propter Christi confessionem in fornacem ignis iniectus, spiritum Deo commendans coronatus est martyrij corona.

Eodem die Inuentio venerabilis, & non manu factæ Imaginis, conscriptæ à sancto patre nostro Gregorio Episcopo Nysseno, cuius intercessionibus Deus misereatur nostri.

Die X.

Sanctorum martyrum, Laurentij Archidiaconi, Sixti, qui fidem Christi professi in vrbe Roma sub Decio Impetore martyrium passi sunt.

Die X I.

Sancti martyris Eupli, qui sub Diocletiano Imperatore ex Catana vrbe prouinciæ Siciliæ accusatus apud præsidem Caluisianum, quod Christi fidem coleret, manibus & pedibus ad genua vinctis suspensus in ligno recto, ferreis manibus laceratus, postea malleis ferreis eius crura contusa sunt, & in carcere constitutus, sola oratione, fontem aquæ in carcere scaturire fecit, postremo percussus gladio quieuit in domino.

Eodem die dies festus Encæniorum perpulchri, & venerabilis, & diuini templi sanctissimæ dominæ nostræ genitricis Dei miserantis Mariæ.

Eodem die narratio de non manu facta imagine domini nostri Iesu Christi, temporib⁹ Tyberij Imperatoris.

Die

Die XII.

Natalis sanctorum martyrum Photij & Aniceti, qui sub Diocletiano Imperatore apud Nicomediam Christũ confessi, multos, & varios cruciatus pertulerunt.

Eodem die Sancti martyres Pamphilus & Capito, martyrium pro Christo passi sunt.

Die XIII.

Commemoratio sancti Patris nostri Maximi confessoris, qui sub Imperatore Constantino Pogonato, summus Philosophus, vita & sermone illustris, relictis omnibus factus est monachus, qui cum vidisset Monothelitarum hęresim augeri, Zelo diuino commotus, Romam profectus est, sanctissimum Papam Martinum hortatus, vt localem synodum congregaret, & Monothelitarum hæresim Anathemate damnaret. hic & libros aduersus illam ipsam edidit. Discedens autem Roma cum duobus Anastasijs discipulis suis, rediit Constantinopolim, vbi ad reddendas rationes vocatus à senatu, qui cum Imperatoris hæresi sentiebat: cum veritatis assertione illos argueret, à confessu rapitur, & in custodia includitur, postea in Thraciã ablegatur, ad hęc manus, & lingua abscissa est, alijsq; cruciatibus superatis plenus dierum requieuit in Domino, & depositus in monasterio sancti Arsenij.

Eodem die Commemoratio Beatæ Reginæ conditricis venerabilis monasterij omnipotentis Saluatoris nostri Christi Irenes, quæ post susceptum sanctum, & Angelicũ habitum appellata est Irene monacha.

Die XIIII.

Certamen sacrosancti martyris Marcelli Episcopi Apameæ Syriæ. Hic sub Theodosio magno Imperatore, ex Insula Cypro mundani magistratus regimen disponens

ita se gessit, vt omnes in admirationē sui excitaret, postea factus est Pontifex Apamiæ Syriæ, quam vrbem cum idolorum superstitioni addictam vidisset, illam destruere aggressus est: Sed cum Iouis impuri templum illic esset, quod plurimis machinis vsi subuertere non poterant, dæmone quodam impediente, quo minus templum destrueretur, beatus Marcellus aquam accipiens, & sanctificans aspersit lignorum congeriem, & statim ignis accensus, templum illud Idolis addictum combussit. Quare gentiles in furorem concitati sanctum virum comprehensum in igne consummarunt.

Eod. die commemoratio sancti prophetæ Michææ.

Eodem die commemoratio sancti martyris Vrsitij, qui sub Maximiano Imperatore ex vrbe Sibento, vrbe existente suprà Illyricos, delatus apud Imperatorem, traditus est Præsidi; cumq; in confessione stabili constanter permaneret, neruis boum verberatur; postea lineis funibus oleo perfusis, inuolutus sulfure & resina conspersus succensus est; Postremo lata sententia, sanctus Vrsitius à Valente delatore, stricto gladio interfectus est. Itaq; martyrio functus, à fideli quadam muliere Simplicia sepulturæ traditus est.

Die XV.

Sacra Dormitio sanctissimæ Dei genitricis Mariæ.

Die XVI.

Certamen Sancti martyris Diomedis, ex Tarso Ciliciæ ortus claris parentibus, qui Diocletiano Imperatore relicta Tarso, venit Nicæam Bithyniæ, vbi propter Christianæ fidei professionem accusatus est, cumq; Imperatoris iussu quidam ad eum comprehendendum accessissent, mortuum inuenerunt, cuius caput abscissum, ad Imperatorem attulerunt, quod cum vidisset, iussit reportari,

&

& apponi corpori; quod vbi factum est, statim milites ipsi, qui illud fecerãt, eandem in oculis ipsius energiam inspexerunt, quam antea in abscindẽdo eius capite inspexerant.

Eodem die Natalis beati Cheremonis in pace quiescentis. Item sancti Rabulæ qui obdormiuit in pace. Item sanctorum triginta trium martyrum, qui ex Palæstina igne consummati sunt.

Eodem die commemoratio formæ non manu factæ Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi ex vrbe Edessa ingressæ in hanc à Deo seruatam, & regiam vrbem reportatæ.

Die XVII.

Certamen sancti martyris Myronis, hic fuit sub Decio Imperatore, Præside Achaiæ Antipatro, Presbyter Ecclesiæ, moribus & genere insignis. cum verò in festo die natali Iesu Christi Domini Antipater in Ecclesiam ipsam ad Christianos comprehendendos ingressus esset, sanctus Myro Zelo Dei commotus contumelia illum affecit. quare suspensus, flagris cæsus est, & in ardentem caminum iniectus est, fornax verò virum illum sãctum incolumem seruauit, sed flam̃a ignis exiliens combussit centum quinquaginta homines circumstantes. nihilominus tamen cum sanctus ille denuo cogeretur Idolis immolare, nec vllo modo id facere vellet, loris ab humeris ad pedes vsque cæsus est; postea laniatis carnibus, feris proiectus ab illis ipsis ereptus est: quod cum vidisset Antipater rubore perfusus proprijs manibus seipsũ interfecit, sanctus verò Myron in vrbem Cyzicum ductus à Proconsule sententia lata, ceruicem gladio supponens, pro Christi confessione martyrio coronatus est.

Eod. die commemoratio imẽnsæ benignitatis, quam Deus ipse ostẽdit in propulsãdis impijs Agarenis, intercessione sanctissimæ dñæ nostræ genitricis virginis Mariæ.

Eo-

Eodem die certamen sanctorum martyrũ Pauli & Iulianæ sororis & Stratonici in Ptolemaide qui sub Aureliano Imp: apud Ptolemaidem propter Christianæ fidei confessionem (erant enim non fide minus quàm carnis coniũctione fratres) carcere, verberibus, igne, veneno, & alijs multis, & varijs tormentis superatis pro Christiana confessione mortem cum vita commutarunt.

Die XVIII.

Natalis sanctorum martyrum Flori & Lauri. Hi viri sancti erant fratres Gemelli, cæsores lapidum, quam artem didicerant à Proclo & Maximo; postea vero quàm eorum magistri pro Christo martyrium perpessi sunt, relicto Byzantio venerunt in Illyricam regionem, in vrbem Vlpianorum, vbi apud Lycionem Præsidem metalla perscrutantes propriam artem nobiliter exercebant, postremo multos passi cruciatus à Lycione Præside in profundum puteum deiecti Deo ipsi animas suas commẽdarũt.

Eodem die sancta pauperum multitudo, quæ Idolis confractis igne consummata est.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Hermæ, Serapionis, & Polyæni, qui fuerunt ex vrbe Roma, & Delati quod Christum colerent, Idola verò execrarentur, Præsidi Romæ oblati & Christum ipsum libere confessi, primum in tenebricoso & graue olẽti carcere conclusi, atque illinc educti, & idolis immolare non passi, per angustissima difficilia & petrosa loca pertracti interea Deo ipsi animas commendarunt.

Eodem die certamen sanctarum martyrum Iulianæ, & Leonis qui passus est apud mare prope Myram vrbem Lyciæ.

Die XIX.

Natalis sanctorum martyrum Andreæ, ducis exercitus, &

& ſociorum duorum millium quingentorum nonaginta trium, qui Maximiani Perſecutoris temporibus, delati apud Antiochum Ducem exercitus quod eſſent Chriſtiani, perſeuerantes in Chriſti confeſſione enſe percuſſi ſunt.

Eodem die commemoratio ſanctorum martyrum Timothei, Agapij, Teclæ, q apud Gazam ſub Vrbano Præſide Chriſtianam fidem profeſſi, verberibus, & alijs tormentorum generibus, ferarum dentibus expoſiti martyrij palmam acceperunt.

Eodem die commemoratio ſanctorum martyrum Eutychiani militis & Strategij qui pro Chriſtianæ fidei confeſſione ignem pertulerunt.

Die XX.

Eodem die commemoratio ſancti Prophetę Samuelis.

Eodem die commemoratio ſanctorum triginta ſeptem martyrum apud Byziam vrbem Thraciæ paſſorum qui partim ex Byzantio, partim ex Philippopoli detẽti apud Byziam Thraciæ à Præſide Apelliano & varijs exquiſitis tormentis examinati, cum Chriſtum ipſum liberè profiterentur, poſtremo in caminum ardentem, manibus & pedibus mutilatis, deiecti ſunt.

Eodem die commemoratio ſanctorum martyrum Seueri & Memnonis Centurionis, qui pro Chriſti fide verberibus & loris à capite vſq; ad pedes cæſi, in ligno ſuſpẽſi, atq; in fornacem abſciſſis pedibus iniecti ſpiritum Deo commendantes martyrij coronam acceperunt.

Eodem die commemoratio ſanctę martyris Photinæ extra portam Blachernorum.

Eodem die Natalis ſancti martyris Lucij ſenatoris. Hic fuit ex vrbe Cyrenæ Libyæ primus inter ſenatores, qui cum antea Idolorum ſuperſtitioſo errori addictus eſſet, videns

videns sacrosanctum martyrem Theodorum eius vrbis Episcopum, fortiter atq; immobiliter martyrij coronam consequutum, à Christi Domini gratia compunctus, diuinum Baptisma suscepit, & Digniano Præsidi persuasit, vt Christum crederet, quem secum in Cyprum duxit, vbi cum Christianos homines comprehendi & interfici vidisset, latens Dignianum, tortoribus seipsum tradidit & Tyranno ipso iubente, capite obtruncatus est.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Heliodori & Dosai.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Pauli iunioris Archiepiscopi Constantinopolitani.

Die XXI.

Natalis B. Apostoli Thaddæi qui Lebeus dictus est. Et sanctę martyris Bassæ. S. Apostolus Thaddæus ex vrbe Edessa, Hebræus genere, diuinis litteris eruditus, ascendit Hierosolymam in diebus Ioannis Baptistę, cuius prædicationem audiens, & eius Angelicam vitam admiratus, ab eo baptizatus est. Postea Christum videns, & eius ipsius infinita miracula cœlestemq; doctrinam audiens, secutus est eum: post cuius in cœlum ascensionem, reuersus in patriam Abagarum Regem baptizauit, eiusque lepræ quod reliquum fuerat, curauit; cumq; multos alios docuisset, & fide illustrasset, Ecclesijs ædificatis, pertransit vrbes Lyciæ, cumque Berytum ciuitatem Phœniciæ venisset, & illic multos ad Christi fidem conuersos baptizasset, requieuit in Domino. Sancta verò martyr Bassa sub Maximiano Imperatore apud vrbem Edessam accusata quod esset Christiana, ducta est ad Proconsulem

Vicarium

Vicarium cum tribus filijs, Theognio, Agapio & Fideli, quorum Theognius primus ex filijs ſuſpenſus laceratur adhortante illum matre ad certamen atque obſecrante, ductus eſt & ſecundus Agapius nomine, & flagellis cæſus, cumque pellis capitis vſque ad pectus detracta eſſet, lætanti animo & voce, nihil ita ſuaue ſibi videri affirmabat, quàm pro Chriſto pati. poſt hos ductus eſt tertius, qui fidelis appellabatur, qui Chriſti fidem confeſſus, & varijs tormentis probatus, ſententiam vnà cum fratribus accepit. Itaque ſtatim capitibus obtruncati ſunt. Baſſa vero illorum mater educta è carcere iuſſa eſt ſequi Vicarium Præſidem Macedoniam proficiſcentem; vbi cum Idolis immolare omninò recuſaſſet, in ignem inijcitur ac lapidatur, cumque illæſa ex omnibus euaſiſſet, ducta eſt ad templum Idolorum, & Iouis ſimulachrum in terram deiectum confregit atque comminuit. Ad hæc feris traditur, & in mare quaſi ſtadijs triginta à continente diſtans proiecta eſt; quo tempore apparuit è longinquo in throno decoro ſedens, cumq; illa tres viri ſole fulgẽtiores, qui viſi ſunt illam ſimul cum throno ipſo in nauigio ponere; poſtque dies octo apparuit in Halone Inſula Helleſponti; quod cum Macedoniæ Proconſul Philippo quodam nunciante cognouiſſet, ſcripſit ad Conſularium Cyzici Helleſpontiacæ Prouinciæ, vt illam detineret, & ſi Idolis ſacrificia offerre nolentem inueniſſet, iuſſit manibus poſt terga reuinctis eius membra confringi, & ſic caput abſcindi; quo facto, ſpiritum in manus Dei commendauit.

Eodem die commemoratio ſanctæ Theoclitæ miraculorũ effectricis. Hęc fuit ſub Theophilo Chriſti oſore, ab

infantia Deo gratis moribus educata diuinorum eloquiorum meditatione & multarum eleemosynarum in pauperes distributione, & opere quotidiano laborans, vt necessitatibus pauperum ministraret. hæc & diem obitus sui prædixit. Quot vero & quanta fuerint per eam edita miracula, difficile admodum foret breui sermone comprehendere.

Die XXII.

Commemoratio sancti martyris Agathonici & sociorum Zotici, Theoprepij, Acindyni & Seueriani. Sanctus Christi martyr Agathonicus temporibus Maximiani cõprehensus est à Comite Eutolmio. qui ex vrbe Nicomedia ab Imperatore in Ponticam Regionem ad cædẽ Christianorum missus, cum inuenisset sanctum Zoticum cum discipulis Christum prædicantem, crucis morte condemnauit; deinde reuersus Nicomediam, audiens quod Princeps per quendam Agathonicum auertentem Græcos ab Idolis, & ad Christum conuertentem crediderat, missis militibus vtrumq; comprehendit, & sanctum quidem Agathonicum vehementer cædi iussit, Principem vero cũ alijs Christianis deinctis vna cum Agathonico in Thraciam duci, vbi erat Imperator, vt apud ipsum fieret eorum inquisitio; vbi vero ad eam * regionem venit, quæ fluuij nomine appellatur, sanctum Zenonem, Theoprepium & Acindynum catapultis interfecit. Cumq; esset prope Chalcedonem, interfecit sanctum Seuerianum libere Christum prædicantem: Byzantij vero sanctus Agathonicus cum reliquis vinctis & ipso Principe ductus extra vrbem verberatus vehementer, cumque peruenisset Lilybęum vbi Maximianus Imperator versabatur, capite obtruncatus est cum Principe & alijs Christianis, quos

† Menæa magna: ἐν χωρίῳ λεγομένῳ ποταμοῦ.

ex

ex Nicomedia Comes adduxerat; quibus cum sanctus Agathonicus martyr corona decoratus est.

Eodem die natalis beatæ martyris Anthusæ & Athanasij Episcopi qui eam baptizauit, & Charissimi, & Neophyti seruorum. Hæc fuit sub Valeriano Imperatore ex vrbe Seleucia, parentibus diuitibus, sed idolorum cultoribus, cum verò cuperet Christi baptismum & Athanasium Episcopum in Tarso Ciliciæ verbum Dei prædicantem videre, persuasit matri, vt iugum mulorum præberet, quasi ad nutricem se ire velle affirmãs; sumptis autem Charissimo & Neophyto, viam ingressa est, cui Episcopus Athanasius ab Angelo sublatus præsens adstitit, quem vidẽs & discens quisnam esset, ad eius pedes procidens, supplex petijt, vt sancto baptismate illam signaret; cumq; deesset aqua, orauit Episcopus, & statim è terra fons aquæ scaturiit, ac duo Angeli in specie militum apparuerunt, albas vestes illi prætendentes. Baptizata est igitur ipsa, & duo famuli cum illa, quæ multam & auro contextam Episcopo ipsi vestem dedit, camq; pauperibus dari petijt, ipsa vero modesto, & humili habitu induta ad nutricem accessit, quæ illã videns, repulit, vilem & abiectam vestem & Christi fidem exprobrans: postea vero quam ad matrem reuersa est, vt illam vidit tristem, clam abiens ad Athanasium Episcopum recurrens, monasticam vitam subijt. Aspera itaque veste induta & cruce susceptа in eremo tribus & viginti annis cum feris conuersans, & ab ipsis nutrita, multis dæmonum tentationib⁹ superatis in pace Deo ipsi spiritum commendauit, componens se ipsam in petra in qua dormire consueuerat. Post hæc sanctus Athanasius Episcopus detentus, & ductus ad Imperatorẽ Valerianum multis verberibus cæsus ense percussus, martyrij gloriam consequutus est, sancti vero Carissimus & Neophytus Eunuchi

B. Anthusæ, qui cum ea ab Athanasio Episcopo baptizati fuerant, post obitum dominæ suæ, & martyrium sancti Episcopi, adierunt Valerianum, & se Christianos esse confitentes, ferreis vinculis constricti, missi sunt ad Ducem Apellianum, quo audiente, Christum professi, suspensi, vsque ad tres horas, toto corpore laniati sunt, demum obtruncati, migrarunt ad Dominum.

Eodem die sancti martyres Irenæus, Orus, & Oropsis, gladio post ignem, post feras, post suspendia, ense percussi martyrij palmam acceperunt.

Die XXIII.

Natalis sancti martyris Luppi, qui cum antea esset seruus, martyrij dignitate, quam gladio percussus, assecutus est, libertate donatus, Christi amicus effectus est.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Irenæi Episcopi Sirmij. Hic cum esset Diocletiani Imperatoris temporibus Episcopus Sirmij, detentus, ductus est in Pæoniam, & oblatus Probo Præsidi, cum Christum ipsum verum Deum esse confiteretur ac prædicaret, in carcerem injcitur, atq; illinc eductus, flagris cæditur; postea gladio percutitur, & in fluuium Saum demergitur, & sic eius martyrium consummatum est.

Eodem die Natalis sacrosancti martyris Irenæi Episcopi Lugdunensis, qui temporibus Marci Antonini, cum esset in Gallia Episcopus, Lugduni libros plurimos Ecclesiæ reliquit, fidem nostram confirmans, post Photinum Lugdunensis ciuitatis Episcopum pro Christo passum, eiusdem Ecclesiæ gubernacula suscipiens, multos prædicationibus ab Idolorum errore abreptos, & Christi martyres adduxit, postremo & ipse à persecutoribus gladio consummatus coronatur.

Die

Die XXIIII.

Commemoratio ſancti martyris Tationis, qui cum eſſet ex oppido Mantineo ſub Claudiopoli Metropoli prouinciæ Onodiadis, comprehenſus à gentilibus, eo quod Chriſtum coleret, aſtitit in eadẽ vrbe Vrbano Præſidi. Confeſſus autẽ ſe Chriſtianũ eſſe, verberatur, & ferro cæſus, cum ad portã ciuitatis veniſſet, vocẽ audiẽs, bona, quę illi repoſita erant nunciantẽ, Dño ſpiritum cõmendauit.

Eodem die Commemoratio S. Patris noſtri Georgij Limniotæ. Hic à puero in finibus montis Olympij, vitam monachi exercens, ſub Leone Imp. ſacras imagines frangente, & ſanctorum hominum reliquias comburente, liberè pietatẽ prædicans, atq; impietatem Tyranni redarguens, in ſumma ſenectute (annum enim agebat nonageſimum quintum) multiplices cruciatus perpeſſus, poſtremo abſciſſis naribus, & combuſto capite, gratias agens Deo ipſi ſpiritum commendauit.

Die XXV.

Relatio ſanctarum reliquiarum S. Apoſtoli Bartholomæi. Item S. Titi Epiſcopi Gortynæ vrbis Cretę, diſcipuli S. Apoſtoli Pauli. Hic beatus Titus annos 20. natus, venit ex Creta Hieroſolymam, & vſq; ad D. noſtri Ieſu Chriſti aſcenſionem, expleto anno vno decẽ alios annos illic permanens, ordinatus eſt Apoſtolus, prædicauit Euãgelium annos 10. & 8. apud Cretam, & reliquas inſulas, * annos 6. * in patria verò ex his 94. annorum colligitur numerus.

Eod. die Cõmemoratio SS. Patrum Epiphanij, Menę, Gennadij, & Ioannis Archiepiſcopi Conſtantinop. Beatus Menas temporibus Iuſtiniani Imperatoris Presbyter fuit ſanctę Eccleſiæ Conſtãtinopolitanæ. poſtea factus eſt Archiepiſcopus eiuſdẽ vrbis ab Agapito Romano Pontifice, quo tempore Conſtant. venit, qui Anthimum hæreticum

reticum ex Trapezunte in Constantinopolim ab hæreticis translatum deponens, beatum Menam ordinauit. bene igitur Ecclesiam regens, & gregem augens, migrauit ad Dominum. Vna cum sancto Mena, & sanctorum patrum qui supradicti sunt, dies festi celebrantur quorum intercessionibus adiuuemur.

Die XXVI.

Commemoratio sanctorum martyrum Hadriani, Nataliæ & Sociorum. Martyr Hadrianus & Natalia eius vxor, fuerunt ex vrbe Nicomedia: in secunda vero persecutione Maximiani comprehensi sunt Christiani homines, numero viginti tres, qui latuerant in speluncis. cùm igitur plurimis tormentis subiecti essent, interrogati quare intolerabiles illos cruciatus sustinerent, responderunt, se illos libenti animo ferre, vt bona lucri facerent à Deo his parata, qui pro eo patiuntur. Statim beatus Hadrianus hæc audiens, à diuina gratia compunctus, Notarijs dixit, vt eius quoq; nomen cum Christianis scriberent. Libenter enim cum illis, inquit, commoriar & ego. Itaq; cum Notarij scripsissent & ferreis vinculis eum astrinxissent, vt hæc cognouit Natalia coniux existimans ob aliam causam comprehensum fuisse, pulcram vestem induta, ingressa est ad carcerem: vbi causam carceris edocta, vincula viro sancto imposita suauiter deosculabatur, eumq; beatum prædicabat, & hortabatur, vt ad perferenda tormenta immobilis permaneret, eosq; sanctos viros, qui cum ipso erant precabatur, vt pro illo orarent. Deniq; pro Christi confessione multis & varijs cruciatibus superatis Hadrianus & socij, mortem oppetere, quàm sine Christo viuere maluerunt, quorum sancta corpora Eusebius quidam vir fidelis in ciuitatem Argyropolim perlata prope Byzantium reposuit, quo & Natalia vxor Hadriani ve-

ni veniens, postea spiritum Deo reddidit, & prope sanctas martyris reliquias sepulta est.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum, qui vna cum sancto Adriano propter Christi confessionem martyrio coronati sunt.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Attici, Sisinnij & sancti patris nostri Ibistionis.

Eodem die Natalis alterius Hadriani martyris. Hic fuit sub Licinio in ciuitate Byzātio filius Probi Imperatoris cū alio fratre Domitio, qui post Titum fuit Archiepiscopus Byzantij. beatus igitur Adrianus cupiēs pro Christo mortem pati veniēs Nicomediā exprobrauit Licinio, quod temerè Romanos exercitus vastaret prętextu Christianæ persecutionis. quarę diuersis modis cruciatus, capite obtruncatus est, cuius frater Domitius Episcopus sāctas reliquias collectas in Argyropoli deposuit, vbi erāt Adriani, & Nataliæ cōditæ reliquiæ, cū Stachi Apostolo.

Eodem die Natalis Tithoæ in pace requiescentis.

Die XXVII.

Commemoratio sancti patris nostri Poemenis. Hic fuit genere Ægyptius, qui secedens cum fratribus effectus est monachus. Hic beatus Anachoreta tam egregie omnem virtutem exercuit, vt omnes in Ægypto & Thebaide senes Patrem hunc appellarent, & ad rectè viuendi formam directi componerentur. obijt autem in ætate prouecta plenus dierum.

Eodem die commemoratio sanctę martyris Euthalię. Hęc fuit in Sicilia, matrē habens gentilem, sanguinis fluxu laborantem, quæ curata est à sanctis martyribus Alpheo, Philadelpho, & Quirino. Credens itaq; in Christum baptizata est cū Euthalia filia; cū vero haberet filiū nomine Sermilianū, detēta est, ab illo vt suffigeret, eo q; in Christū credidisset, illa vero ab ancilla extracta è manibus

nibus filij aufugit; cuius rei causa commota Euthalia execrabilem illũ pro matre conuicians audiuit à fratre ipso, Nunquid & tu Christiana es? Maximè, inquit sancta illa virgo, & pro Christo ipso libenter moriar: quod audiẽs prophanus ille denudatam vehementer verberauit, & vni famulorum violandam tradidit, illa verò Deum precata, excæcauit famulum, quod cum vidisset scelestus Sermylianus caput abscidit.

Eodem die Natalis S. Æthiops Eunuchi à beato Philippo Diacono baptizati.

Eodem die Natalis beatæ Anthusæ iunioris, quæ aspera & lacera veste induta atq; in puteum pro Christi confessione deiecta consummata est.

Die XXVIII.

Commemoratio sancti patris nostri Mosis Æthiopis, qui fuit genere Æthiops, colore niger admodũ, peruersis moribus, & latrocinio insignis: sed aliquando compunctus monasterio seipsum tradidit, & ita pœnitentiam exercuit, vt etiam latrocinij socios ad Christum cõuerterit. Cùm vero aliquando sederet in cella, latrones quidam in illum irruerũt, nescientes esse Mosem, quos beatus ille funiculo tanquam sacculum paleæ plenum ligãs, ad templum afferens dixit fratribus, Quando non licet mihi iniuriam inferre, & hos deprehendi, quid iubetis me facere istis? Illi verò cùm eum agnouissent, quod esset Moses celeberrimus ille, atq; inexpugnabilis latronum princeps, confessi & ipsi peccata sua abrenunciarunt mundo, & facti sunt monachi probatissimi. Vitam igitur Deo gratam ducens sanctus Senex, debellato intemperantiæ Dæmone, obijt annos natus septuaginta quinq; presbyter effectus septuaginta discipulos relinquens.

Eodem

Eodem die Natalis sancti Ezechiæ Regis in pace quiescentis.

Eodem die Natalis sanctæ Annę filiæ Phanuelis.

Die XIX.

Decollatio pretiosi capitis sancti Prophetę Præcursoris Ioannis Baptistæ apud vrbem Hierosolymorum.

Die XXX.

Sanctorum Patriarcharum Alexandri, Ioannis & Pauli iunioris.

Eodem die Natalis sancti miraculorum effectoris Fantini. Hic genus ducens ex regione Calabrorum, Georgij & Bryenæ filius ab infantia Deo consecratus, monasterio traditus est, in quo virtutem omnem exercens, & Dei præcepta custodiens, diuinis reuelationibus dignus efficitur; ita continens, vt dies viginti ieiunus transigeret, quin etiam quatuordecim annis nudus vixit, innumerabiles calamitates, ex Saracenorum incursibus pertulit. In his annos sexaginta durans, Vitalem & Nicephorum discipulos assumens adijt Peloponnesum & apud Corinthum multo tempore diuersatus, plurimis salutẽ cõciliauit; Athenas profectus sanctum Dei genitricis Mariæ templum adorauit. Lariſſam venit, ad sancti Achillei sepulchrum assidens. Thessalonicam se conferens magni martyris Demetrij miraculis fruitur totos octo annos cõsuetum canonem abstinentiæ exercens, in senectute bona vitam hanc terrestrem dissoluit.

Die XXXI.

Commemoratio preciosæ Zonæ sanctissimæ Dei parentis Marię, repositæ in venerabili eius æde, cum Zona ipsa relata est ab Episcopatu Zelæ sub Iustiniano Imperatore, & factum miraculum per impositionem pretiosæ Zonæ super Reginam Zoem coniugem Leonis Imperatoris.

MENSIS SEPTEMBRIS

Die primo.

COMMEMORATIO Sancti Patris nostri Simeonis Stylitæ, qui fuit sub Imperatore Leone Magno & Martyrio Antiochenæ vrbis pontifice, à prouincia Ciliciæ ex castello Sesan, qui monasticam vitam ingressus in columnam ascendit, in qua quadraginta septem anos stetit, & multis per eum editis miraculis in pace quieuit.

Eodem die Commemoratio sanctæ Marthæ matris beati Simeonis Stylitæ, & sanctæ Euanthiæ, & Dormitio Iesu Naue.

Eodem die Natalis sanctarum quadraginta mulierum martyrum, virginum & monialium. Et Ammun Diaconi earum magistri. Hæ fuerunt ex Adrianopoli Macedoniæ, quæ Christum secutæ sunt, habētes magistrum Diaconum Ammun, detentæ verò à Rabdo Adrianopolis Principe, & plurimum cruciatæ, quod dæmonijs non immolarent, precatæ sunt Deum, vt eas conseruaret. Itaque suspensus est in aëre sacerdos Idolorum, & per multas horas cruciatus cadens in terram interijt. suspensus est autem sanctus Ammun, & laniatis lateribus, cassidem ignitam in capite accepit, ex qua liberatus missus est cum virginibus à Beroe Heracleam Thraciæ ad Licinium Tyrannum; ille vero sententiam tulit, vt decem in ignē dejcerentur, octo verò cū magistro suo obtruncarentur: & aliæ quidem decem ensē in ore & corde accepto interfectæ sunt; sex verò gladijs concisæ, & reliquæ sex gladios ignitos accipientes abierunt ad Dominum.

Die

Die 11.

Sanctorum martyrum, & germanorum fratrum Euodi, Calliſtæ, & Hermogenis. Hi ſancti martyres germani fratres tanquam ex vno ventre geniti, per diuinum lauacrum ſpiritali modo renati ſunt, diuinæ prædicationis tempore. Chriſtiani verò effecti apud Principem delati ſunt, quorum generoſus, & fortis animus apparuit, cum imperterriti mortem pro Chriſto ſuſtinuerunt. Itaque martyrij curſu exacto, migrarunt ad Dominum.

Eodem die Natalis ſancti martyris Mamantis, qui fuit ex Gangra vrbe Paphlagonum Chriſtianis parentibus ortus, quibus pro Chriſti fide detentis & in carcere concluſis natus eſt, cum adhuc illi eſſent in vinculis, quibus mortuis ſuſceptus puer à Chriſtiana quadam muliere Ammia nomine. cùm verò eſſet natus annos quindecim, comprehenſus vt Chriſtianus virgis cæditur, & plumbo alligato collo in mare proijcitur, ſed diuina ope è periculo liberatus in ſpelunca quadam latens nutriebatur ceruarum lacte. ſed iterum detẽtus iniectus eſt in caminum, & feris expoſitus, poſtremo tridente ferreo viſceribus dilaniatis ex præſenti vita ad cœleſtem translatus eſt.

Eodem die Natalis ſancti Patris noſtri Pauli iunioris Archiepiſcopi Conſtantinopolitani. Item ſancti Diomedis gladio percuſſi. Et ſancti Iuliani, cuius caput ligno contractum eſt, nec nõ ſancti Philippi enſe percuſſi. Item ſancti Eutychiani ignis flamma conſummati.

Eodem die Natalis beati Heſychij, qui ex Chriſti confeſſione necatus eſt. Item ſancti Leonidis igne incenſi, ſancti Eutychij crucifixi, ſancti Philadelphi, qui ſaxo alligato collo, relicto carnis onère leuis aſcendit in cœlum. Item ſancti Menalippi igne conſummati, & ſanctæ Parthagapæ, quæ in mare deiecta martyrij coronam aſſecuta ex huius mundi fluctib. erecta in cœlũ translata eſt.

Die III.

Natalis beati martyris Anthimi Episcopi Nicomediæ, & sancti Patris nostri Theoctisti, qui fuit exercitationis socius magni Euthymij. sanctus Anthimus Præsidente Maximiano comprehensus, & interrogatus Christum libere prædicans & tormenta omnia sibi proposita contemnens, verberibus, igne, & multis variisq; cruciatibus superatis, postremo obtrũcatus, martyr Christi efficitur.

Eodem die Commemoratio sancti Zenonis, qui in lebetem plumbo feruenti plenum iniectus Dei amore feruens ad Christum Dominum, pro cuius confessione passus fuerat, translatus est.

Eodem die Natalis sanctæ Basilissæ, quæ Alexandro in vrbe Nicomedia Præsidente feris obiecta, & alia tormenta perpessa, martyrio coronata est.

Eodem die Natalis beati Aristionis Episcopi Alexandriæ, qui in igne probatus migrauit in cœlum. Item sancti Charitonis, qui in foueam ardentis ignis plenam iectus, martyrio donatus est.

Die IIII.

Natalis sacrosancti martyris Babylæ Episcopi Antiocheni, & sanctorum trium, qui vna cum illo, gladio consummati sunt. Beatus Babyla cum Imperatorem Numerianum ab Ecclesia expulisset, propterea quod Persarum Regis filium quem obsidem habebat interfecerat, ferreis vinculis adstrictus, ac circumductus vnà cum tribus illis pueris capite obtruncatus est.

Eodem die Sanctus Babylas in Antiochena vrbe magister, vna cum octoginta quatuor pueris, quos docebat, obtruncatus est.

Eod. die Natalis sanctorum martyrum Theothimi, & Theoduli, qui pro Christi cõfessione, igne combusti sunt.

Eodem

Eodem die Natalis sancti Prophetæ Moysis in pace quiescentis. Item sanctæ Hermiones, quæ fuit vna ex quatuor filiabus Philippi, qui Cãdaces Reginę Eunuchum baptizauit. Hæc sancta Hermione sub Traiano Imperatore pro Christiana confessione forti & constanti animo perferens tormenta, multis editis miraculis, migrauit ad Dominum.

Eodem die sanctorum martyrũ Centerionis, Oceani, Theodori, Ammiani & Iuliani, qui fuerunt ex oppido Candaule. Hi omnes cum Christum confiterentur, post multos cruciatus iussu Maximiani in lauacrum iniecti sunt, atq; illinc à diuino Angelo erepti, abscissis securi pedibus, in ignem coniecti consummati sunt.

Eodem die, Natalis sanctorum martyrum Petronij, Charitinæ, Zarbeli, Thatuelis, & Beuææ qui sub Adriano Imperatore pro Christo sanguinem fuderunt, ex quibus Thatuel cum esset Dęmoniacæ fallaciæ sacerdos, ab Episcopo quodam Christiano ad Christi fidem conuersus est, quamobrem ab Augaro regionis illius Duce, virgis cędi-
tur, oculis comburitur, & manibus post terga ligatis in
ventre verberatur, ex altera manu suspensus laniatur, po- * Menæa: ἐν ὀξγάνῳ πεκτονικῷ βαθείᾳ.
stea * tectonico instrumento à capitis vertice sectus cum Beuæa sorore gladio consummatur.

Eodem die Commemoratio sanctorum trium millium sexcentorum viginti octo martyrum, qui in montibus & speluncis Nicomediæ latentes comprehensi à Maximiano Præside plurimis tormentis traditi pro Christiani nominis confessione, mortem lætanti animo subierunt.

Die V.

Natalis sancti Prophetæ Zachariæ patris beati Præcursoris Ioannis Baptistæ.

Eodem

Eodem die Natalis Abdæi qui ſpinoſis virgis cæſus Chriſtum Dominum ſpinis coronatum ſequutus eſt.

Eodem die Natalis beati martyris Rhaidis quæ igne conſummata eſt. Item S. Sarbili à carnificibus lapidati.

Eodem die commemoratio ſanctorum martyrum Vrbani, Theodori, Medimni, & Sociorum octuaginta Sacerdotum, & Leuitarum, qui ſub peruerſæ mentis Imperatore Valente ab Eccleſia expulſi, atque infinita mala perpeſſi, poſtremo in nauigium cõiecti, incenſo nauigio combuſti migrarunt ad Dominum.

Eodem die commemoratio ſancti Petri, qui fuit in Athero & ſancti martyris Audij Epiſcopi tempore Inſdigerdi regis Perſarum. Hic ſanctiſſimus Audius detentus à primario Perſarum Mago, cum Soli ſacrificare renueret, toto corpore virgis cæditur, ita vt à carnificibus, quaſi mortuus reportatus, paulò poſt ſpiritum Domino tradiderit.

Die VI.

Commemoratio miraculi oſtenſi à Principe militiæ cœleſtis Michaële in vrbe Coloſſenſium, quæ poſtea dicta eſt Chone.

Eodem die certamen ſanctorum martyrum Eudoxij, Zenonis, Romuli, Macarij, & reliquorum. Sãctus Romulus capite obtruncatus eſt à Traiano Imperatore, qui Chriſtianos plurimos in diuerſas regiones exules miſit, & in Chriſtianæ fidei confeſſione permanẽtes mortis ſupplicio ſubiecit. Eudoxius verò Comes ſub Diocletiano detentus à Præſide Melitinæ obtruncatus eſt, cumq; eo milites numero mille centũ & quatuor. paucis poſt diebus B. Zeno cum reliquis ſancti Eudoxij ſocijs, martyrij coronam accepit.

Eodem die ſanctus Medimnus iniectus in nauigium, cumq;

cumq; illo demersus in mari martyrio consummatus est.

Eodem die Natalis sanctorum Fausti, Macarij, Andreæ, Abibi Diaconi & Monachi, Dionysij lectoris, Cyriaci Acoluthi, sancti Fausti, Andronici militis, Theoctisti naucleri & sanctarum mulierum Andropelagię & Teclæ. sub Decio Imperatore, Præside Valerio apud Alexãdriam propter Christiani nominis confessionem obtrũcati, sanctas animas Deo commendantes in cœlum migrarunt.

Die VII.

Commemoratio sancti martyris Sozontis. Hic ex Lycaonia conuersus ad Christi fidem, ingressus in templum Idolorum, in quo erat statua ex auro & argento confecta, dexteram manum Idoli cuiusdam abscissam vendidit, eiusq; pretium pauperibus distribuit, ob idque comprehensus à Maximo Præside Ciliciæ Christianam fidem confessus, calceis acutos clauos infixos habentibus indutus currere cogebatur, Dei gloriã celebrans; postea suspensus in arbore & verberatus tradidit Deo spiritum.

Eodem die commemoratio sanctorum Euodij & Onesiphori.

Eodem die Natalis sancti Stephani Romani Pontificis, sub Valeriano & Galieno Imperatoribus martyrium pro Christo passi.

Eodem die celebratur Dormitio venerabilis Lucæ qui fuit ex Prouincia Lycaonia tertius Præpositus Monasterij, quod * Profundi Ryacis nomine appellatur.

Eodem die Natalis beati martyris Eupsychij ex Cæsarea Cappadociæ, qui sub Adriano Imperatore comprehensus à Sapricio Præside Cappadociæ venditis prius facultatibus omnibus, cùm partem quandam accusatoribus dedisset, quippe quod per eos regnum cœlorum ei con-

Menæa magna: βαθέως ῥύακος.

cõciliatum esset, quod reliquum fuerat, dispersit parpe-
ribus; quapropter à Sapritio iudice cum cogeretur Idolis
immolare, idque recusaret, laniatus est, postea percussus,
sanctam animam Christo domino commendauit.

Die VIII.

Natiuitas sanctissimę dñæ nostræ Dei Genitricis & sem-
per virginis Mariæ. *Die IX.*

Sanctorum Ioachimi & Annæ parentum beatissimæ
virginis.

Eodem die certamen sanctorum Rufi & Rufiani, qui
cum essent germani fratres, pro Christianæ fidei con-
fessione gladio percussi sunt. idem passus est & sanctus
Seuerus.

Eod. die sanctus Artemidorus igne consummatus est.

Eod. die certamen sancti martyris Seueriani, qui ex vr-
be Sebastia ex ordine senatorio sub Licinio Imperatore
militans, Christianam fidem professus, & alios milites ad
martyrium pro Christo subeundum hortans detẽtus est,
& ad tribunal Lysiæ iudicis adductus libera voce Christi
nomen confessus Idolorum errorem redarguebat. Qua-
mobrem suspensus, vehementer neruis cæditur, ac lania-
tur, postremò pedibus saxo alligatis, aliaq; varia tormen-
ta perpessus gratias agens Deo animam tradidit.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Theo-
phanis, qui Imperatoris Diocletiani temporibus vitam
monachi exercuit.

Eodem die Natalis B. Charitonis ense consummati.

Eodem die Natalis B. martyris Stratonis, qui in duo-
bus cedris ligatus, & in duas partes sectus pro Christi cõ-
fessione cum cœlestibus coniunctus est.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Ammia-
ni Theodori, & Iuliani, qui per ignem probati, in cœlum
assumpti sunt.

Die

Die X.

Natalis *S.* martyrum Menodoæ, Metrodoræ, & Nymphodorę, quæ ſub Maximiano Imperatore cũ eſſent germanæ ſorores, detentæ à Frontone Præſide interrogatæ & Ieſu Chriſti *S*aluatoris noſtri nomen liberè confeſſæ, & acerbos cruciatus conſtanter perpeſſæ animas Chriſto Domino commendarunt.

*E*odem die Natalis ſancti martyris Barypſaba. Hic cũ accepiſſet ab Eremita quodã pio ac religioſo precioſum Chriſti ſanguinẽ qui effluxit è latere domi Dei Ieſu Chriſti *S*aluatoris noſtri, plurimos per illum ipſum ſanabat. Itaq; ab infidelibus nocte dolo interficitur, Theſaurus autem ille remãſit apud quẽdam eius diſcipulũ ſeruatus.

*E*odem die commemoratio ſanctæ *P*ulcheriæ Reginæ, in pace quieſcentis. Hæc fuit ſoror Theodoſij iunioris, dicta coniunx Martiani pietate præſtantis Imperatoris, quæ cum virginitatem ipſam ad ſenectutem vſque ſeruaſſet, multaq; præclara opera, in Templorum & Hoſpitalium ædificio contuliſſet, & ſancti Chalcedonenſis Concilij patres adiuuiſſet, in pace requieuit.

*E*od. die coñemoratio *SS.* Apellis, Lucæ, & Clemẽtis.

Eod. die certamen SS. martyrum Diodori & Didymi, qui ex vrbe Syriæ Laodiceæ cùm Chriſtianam fidem prędicarent, accuſati apud Laodiceæ Præſidem interrogati, & ſe Chriſtianos eſſe confeſſi ab iniquo iudice condemnati in tormentis mortalis vitæ finem acceperunt, ad extremum vſque ſpiritum gratias Deo agentes.

*E*od. die apud *P*erſidem ſanctæ martyris Iæ, quæ cum eſſet ex caſtro nomine Zalæ, captiua cum nouem millibus Chriſtianorum à *P*erſarum Rege *S*apore ducta eſt, quę propter Chriſtiani nominis confeſſionem carcerem, vincula & verbera ſuſtinens ſub *S*tyratio Præſide martyrium aſſecutaeſt.

Die XI.

Commemoratio sanctæ matris nostræ Theodoræ Alexandrinæ sub Imperatore Zenone.

Eodem die Natalis beati patris nostri Euphrosyni. Item sanctorum martyrum Diodori, Diomedis, & Didymi ex Laodicæa Syriæ, qui comprehensi à Præside & liberè Christi fidem prædicantes, flagris cæsi vitæ finem acceperunt.

Die XII.

Sancti martyris Autonomi. Hic sub Diocletiano Imperatore derelinquens Italiam, venit Bithyniam, vbi cũ multos ad Christi fidem conuerteret, ab Idolorum ministris interfectus, lignis & lapidibus obrutus martyrio coronatus est.

Eodem die Natalis sacrosancti martyris Curnuti, qui fuit Episcopus Iconij Christianus, homo religiosus, & timens Deum, canus capite, & mente. Commota verò aduersus Christianos persecutione detentus, & Perennio Præsidi oblatus, capitis abscissione martyrium consequutus est.

Natalis sacrosancti martyris Theodori Episcopi Alexãdriæ, quem Alexandrini homines comprehendentes, propterea quod Christum ipsum libera voce prædicaret, furore accensi spinis coronatum in maxilla percussum, & per vrbem circunductum in profundum mare demerserunt, ex quo diuina prouidentia seruatus est, & Præsidis iussu obtruncatus est à fidelibus ac religiosis viris in eadem Alexandrinorum ciuitate sepultus.

Eodem die Natalis beati martyris Iuliani ex Galatia. Hic fuit sub Diocletiano in vrbe Galatarum natus & educatus, qui cum apud Præsidem delatus esset, q; in spelunca quadam lateret cum alijs quadraginta Christum colens,

detentus

detentus atque interrogatus Christianam fidem professus est. Itaque in ferreum lectum igne accensum iniectus ab Antonio Præside, idolis immolare omnino recusans, Christi martyrio coronatus est.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Macedonij, Tatiani, & Theoduli, qui sub Iuliano Apostata tormentis cruciati, propterea quod dijs gentilium sacrificia offerre nollent, in ignis rogum coniecti, Præsidem Amachium affati, Si cupis, inquiunt, ô iudex, assas hominum carnes gustare, versa & manduca, & vide num semiusti tibi videamur? atque his dictis, gratias agentes Deo animas tradiderunt.

Eodem die Certamen sanctorum martyrum, Hieronidis, Leontij, Serapionis, Seleuci, Valeriani, & Stratonis, qui Imperatore Maximiano, apud Alexandriam detenti, cum Idolis nollēt immolare in mare proiecti præsentis vitæ finem acceperunt.

Die XIII.

Commemoratio sancti Cornelij Centurionis, qui in Christum credens à beato Petro Apostolo baptizatus est, de quo beatus Lucas Euangelista in actibus Apostolorum scripsit.

Die XIIII.

Exaltatio pretiosæ & viuificæ Crucis sub Imperatore Constantino Magno, vt historiarū monumenta testantur.

Eodem die Dormitio sancti Patris nostri Ioannis cognomento Chrysostomi Patriarchæ Constantinopolitani, eius autem celebritas propter diem festum exaltationis, commemoratio translata est in tertium decimum diem mensis Nouembris.

Die XV.

Commemoratio sancti Martyris Nicetæ, qui sub Im-

perio Constantini Magni natus atque educatus in regione Gothorum vltra Danubium non communicabat cum Barbaris, sed cum viris piis Deum colentibus, edoctus Christi fidem à sanctissimo Episcopo Gothorum Theophilo, comprehensus ab Athanasio Principe propter Christianæ fidei confessionem, & multis tormentis cruciatus, igne consumptus consummatus est.

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Philothei presbyteri miraculorum effectoris. Hic ex regione Myrmica, à puero Deum colens, vacans ieiunijs, vigilijs, orationibus & eleemosynis in luctu & planctu diem transigens, cogitans supplicia, tormenta & gehennam ignis, & vermem illum, qui nunquam sopietur, innocenter Deo ipsi seruiebat, cumq; sua doctrina multos adiuuaret, accepit charismata miraculorum. Itaq; fugabat Dæmones & curabat ægrotos, & mundabat leprosos, atq; hæc edendo miracula, in sanctæ vitæ instituto quieuit in pace.

Eodem die Natalis B. Porphyrij ex mimis à Iuliano Apostata iussus in natali ipsius die obtrectare & irridere Christianorum facta, cum in aquam descendens immergeret exclamauit, Baptizatur Porphyrius, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sic emergens albas vestes indutus, & se libera voce Christum esse professus, ense obtruncatus coronam martyrij consequutus est.

Eodem die, Inuentio sanctarum reliquiarum beati Acatij Episcopi Melitinæ. Sancti martyris Maximi ense consummati. Commemoratio duarum puellarum gladio interfectarum. Commemoratio nec non inuentio reliquiarum sancti Protomartyris Stephani.

Die XVI.

Sanctæ Magnæ martyris & celeberrimæ Euphemiæ.

Hæc

Hæc sub Diocletiano Imperatore propter Christianæ fidei confessionem detenta, cum igne & rotis aliorumque tormentis & machinis luctata, esca leonibus proposita est, atque ex his omnibus Christi gratia incolumis liberata, in ipso theatro Deo ipsi animam tradidit.

Eodem die Certamen sanctorum martyrum Maximi, Theodoti, & Asclepiodoti, qui sub Maximiano Imperatore impio Christi prædicationem docentes, multosque ab Idolorum errore, & vana superstitione ad sanctam Christi fidem ac religionem conuertentes comprehensi á Tyride Thraciæ Duce virgis primum cæsi, postea manibus, pedibus, & auribus mutilatis, cum cogerentur ab eodem apud Adrianopolim Idolis sacrificare, idque facere nollent, sed in confessione permanentes Tyranno dicerent, Nos Deum alium non habemus nisi Christum Filium DEI, qui fecit cœlum, & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, obtruncati, animas Deo commendarunt.

Eodem die, Natalis beati martyris Martini Romani Pontificis. hic fuit temporibus Constantini Pogonati Imperatoris hæretici, quo tempore erat Constantinopolitanæ vrbis Patriarcha Paulus, & ipse Monothelitarum hæresi corruptus; quam hæresim cum beatus Pontifex conuocata synodo Romæ damnasset, Imperator misit quosdam, qui beatum Martinum duxerunt Constantinopolim, eumque multas ærumnas perpessum, in carcere cõclusum & verberatum, postremo in vrbem Chersonam exulem misit, vbi sanctam & beatam animam Deo commendauit.

Eodem die Cõmemoratio sanctæ martyris Sebastianę.

San-

ſancta & glorioſa Chriſti martyr Sebaſtiana ſub Domitiano Imperatore ex Sebaſte vrbe Phrygiæ, quæ cum eſſet temporibus Apoſtolorum, Chriſti fidem edocta eſt ab Apoſtolo Paulo, comprehenſa vero apud Marcianopolim à Sergio Præſide, cum Idolis immolare nullo modo paſſa eſſet, verberata in carcere incluſa eſt, poſtea in fornacem iniecta, egreſſa eſt incolumis; poſtea venit Odyſſum. Hinc ad vrbem Anchialum, poſtea verò Archadiopolim, hinc Heracliam Thraciæ, vbi detenta eſt à Pompeiano Præſide, in caput ſuſpenſa & laniata cum feris pugnans, hoc eſt leonibus, nihil paſſa, obtruncata eſt, ex cuius collo exciſo effluxit lac pro ſanguine, corpus verò in mare proiectum, atque eductum in vrbe Ryſiſto ſepultum eſt.

Eodem die Commemoratio ſanctæ martyris Melitinæ, quæ fuit ex Marcianopoli Thraciæ ſub Antonino Imperatore, Chriſtiana, & timens Deum, comprehenſa verò ab Antiocho eiuſdem vrbis Præſide, libera voce confeſſa eſt nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti: quamobrem grauiter verberatur, poſtea in templum Idolorum ingreſſa, ſuis precibus Idola deiecit, atque comminuit, quo viſo miraculo plurimi gentiles ad Ieſu Chriſti fidem conuerſi ſunt, è quorum numero fuit & vxor Præſidis; Beata verò Melitina iterum verberatur, in carcerem injicitur, & poſt ſeptem dies nuda ſuſpenditur, laniatur, & rurſum in templum Idolorum inducitur, vt illa ipſa coleret; ſed confeſtim Idola corruerunt & contrita ſunt, ſicque beata martyr obtruncata eſt, cuius venerabiles reliquias Macedo quidam nomine Acatius collectas in inſulam Lemnum perlatas religioſe admodum ſepeliuit.

Die XVII.

Dies natalis ſanctarum martyrum Piſtis, Elpidis, Agapes,

pes, & Sophiæ matris. Beata martyr Sophia cum Christi fidem diligeret, habens secum tres filias, Pistem, Elpidem & Agapem, venit Romam sub Adriano Imperatore, atque illic cũ tribus filiab' ab illius vrbis Episcopo baptizata est, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quæ Christi fidem prædicans, multos ad Deum conuertit, quapropter & ipsa & filiæ ab Adriano detentæ & interrogatæ, libere Christi nomen professę sunt, ob idq; vehemẽter cruciatæ; & primum sancta Pistis duodecim annos nata, post diuersos cruciatus, capite obtruncata est. Post illam sancta Elpis decimum annum agens, ipsa quoque, post plurima tormẽta, capitis abscissione migrauit ad Dominum. Tertio loco sancta Agape, nouem annos natã, & in caminum ardentem iniecta, & ipsa martyrio consummata est, quas omnes mater Sophia sepelijt, & ad earum sepulchrum assidens post tres dies animam Deo ipsi reddidit.

Eodem die Natalis sanctę martyris Agathochiæ seruæ. Sãcta martyr Agathochia serua Nicolai cuiusdam Christiani hominis, & Paulinæ vxoris, cùm esset Christiana & Deum timeret, quotidie cruciabatur ab hera infideli muliere Idolorum cultrice, quæ Agathochiam octo annis asperis lapidibus verberabat in vertice, eamq; nudis pedibus ambulare cogebat in hyeme, & frigore ad lignacolligenda; per totos octo annos, studens illi persuadere, vt adoraret Idola, quod cum omninò recusaret, laniata est & excisa lingua, & in carcerem coniecta fame affligebatur, postremò iniecto in collum igne præsentem vitam cum æterna commutauit.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Charalampi, Pantoleonis & sociorum.

Eodem die Natalis sanctæ martyris Luciæ viduæ, &

ſancti Gemiani filij & martyris. Hæc ſub Maximiano & Diocletiano Imperatoribus in vrbe Roma opibus & genere illuſtris, annos nata ſeptuaginta quinq; triginta ſex, vidua trāſegit: accuſata apud Diocletianum quod Chriſtianam fidem coleret, grauiter verberata eſt, poſtea in æreum lebetem pice feruenti plenum - - - - - exijt incolumis, cumq; vrbem circumduceretur, occurrit illi Gemianus qui eam ſequens paulo poſt baptizatus eius filius appellatus eſt. Poſtremò Lucia poſt multos cruciatus martyrio coronata eſt, Gemianus verò poſtea capite obtruncatus, in cœlum eſt aſſumptus.

*E*odem die Natalis beatorum martyrum Heraclidis Epiſcopi *T*amaſi Cypri, & ſanctarum fœminarum *S*ophiæ & Irenæ.

*E*odem die Natalis ſancti Petri & Nili, qui apud Palæſtinam martyrium compleuerunt; commota ſiquidem aduerſus Chriſtianos perſecutione ex Ægypto comprehenſi ſunt *P*etrus & Nilus *E*piſcopi, & duo celeberrimi *P*atrematheus & Elias, & vna cum illis centum viri, ex Palæſtina vero quinquaginta, cumque illi centum perſuaderi non poſſent, vt Chriſti fidem abnegarent, effoſſis oculis, & ad metalla traditi, ita beatum finem acceperunt.

Die XVIII.

Eodem die Natalis beati patris noſtri *E*umenij Epiſcopi Gortynę. *E*t commemoratio ſanctarum mulierum *S*ophiæ & Irenæ. Item ſanctæ martyris Ariadnæ, quæ ſub Adriano Imp. martyrij certamen confecit, propterea quod Idola execraretur, & Chriſti fidem colens, pro illius confeſſione ſanguinem fudit.

Eodem die commemoratio ſacroſancti martyris Simeonis Epiſcopi Hieroſolymorum, qui ſub Traiano Imperatore

peratore post Iacobum fratrem Domini Hierosolymorum Episcop. accusatus ab infidelibus, quod Christi fidem prædicaret, anno ætatis centesimo vigesimo cruci affixus beatam animam ad æternas sedes & immortale illud cœleste regnum Domini nostri Iesu Christi transmisit.

Die XIX.

Commemoratio sanctorum martyrum Trophimi, Sabatij & Dorymedõtis, qui fuerũt sub Imperatore Probo. & Sabatus quidẽ in vrbe Antiochia iubẽte Præside Vicario vehementer flagris cæsus in tormentis ipsis spiritum emisit: Trophimus verò ferreis crepidis calceatus exul missus in vrbem Synadarum, multosque cum Dorymedonte cruciatus sustinens, vterque obtruncatus est.

Eodem die certamen sanctorum martyrum Ianuarij Episcopi Beneuenti & sociorum Sosij & Procli Diaconorum, Fausti, & Desiderij clericorũ. Sanctus quidem Ianuarius fuit sub Diocletiano Imperatore, & Timotheo Campanæ regionis Præside Episcopus Beneuenti; quem Præses in carcere cum socijs incluſum inuenit; eductum vero in caminum ignis iniecit, vnde exijt incolumis, cumq; ad eius conspectum Beneuento duo ipsius clerici venissent, capti sunt & ipsi, & cum sancto Ianuario educti è carcere. Lata sententia gladio sunt obtruncati, tradẽtes Beatas animas Domino, pro quo mortem subierunt.

Die XX.

Sancti martyris Eustachij Ducis exercitus, & eius coniugis Theopistæ & filiorum Agapij, & Theopisti. Fuit autem sanctus Eustachius Dux militiæ in vrbe Roma sub Traiano Imperatore; conuersus autem ad Christi

fidem baptizatus est, qui multas ærumnas pertulit, sed paulo post, cum cogeretur Idolis immolare, & ipse Christianæ fidei confessionem rebus omnibus præferret, postremo in æreum bouem igne feruente coniectus, ex terrenis miserijs ad cœlestes diuitias euolauit.

Eodem die Commemoratio sanctorum Patrum & Confessorum Hypatij Episcopi, & Andreæ presbyteri. Hi ex Lydorum regione, in Gymnasio quodam pueri docentur, Hypatius quidem monasticam vitã amplexus est, Andreas verò * sacer in Ecclesia Præco extitit: non solum autem ieiunijs, vigilijs, & orationibus præstantes erant, sed etiam humilitate, modestia & charitate alios superabant. Cũ verò eorum virtutes cognouisset, qui apud Ephesum præsidebat, Hypatiũ quidem Episcopũ, Andream verò presbyterum ordinauit: quod cum audisset osor sanctorum, Leo impius Imperator, ad se accersiri iussos in carcere inclusit, & laniari præcepit, & è capite cutem extrahi, & sanctas imagines quamplurimas supra capita eorum accensas suscepertunt, & pice barbas illiti per mediam vrbem distracti sunt, & partes Xerolopai iugulati, canibus esca expositi sunt.

* ἱερονήκυς.

Eodẽ die Cõmemoratio S. martyris Christi Susannæ filiæ Arthemij sacerdotis Idolorum & Marthæ, quæ genus duxerat à Iudæis. Hæc mortuis parentibus, baptizata est à Siluano presbytero, & Christi fidẽ edocta, postea facultates suas pauperib⁹ distribuit, & mundo relicto Monasterium adijt monacha effecta, licet virili habitu, p fœmineo induta se Ioannem vocari fecerit: sed post ab alia quadam muliere accusata, quod in illam per vim egisset virilia, in habitu virili deprehensa est virgo, & inuenta natura mulier, accusatricem redarguit, profecta vero Heliotropolim,

lim, delata Præsidi Alexandro, quod multis gentilibus persuaderet, ne adorarent Idola, illam apprehensam vehementer cruciauit, & nihilominus tamen eius ipsius miraculis, multi ad Christi fidem conuertebantur, postremo in carcerem iniecta, Deo spiritum tradidit.

Die XXI.

Commemoratio sancti Prophetæ Ionæ, vnius è numero duodecim.

Eodem die Natalis sancti Patris nostri Ionæ Sabaitę. Hic vir sanctus cum esset presbyter, se contulit ad Monasterium Laurum nomine, sancti Sabæ monasterium, vbi detonsus summam pietatem, & multas virtutes exercens, ad bonam senectutem prouectus migrauit ad Dominum.

Eodem die Commemoratio sancti Apostoli Quadrati. Hic cùm esset antiquitate, & multarum rerum scientia insignis, Athenis, & in vrbe Magnesia, Doctrinam Domini prædicans, multos dogmatum lumine instructos ad diuinæ cognitionis lucem perduxit. Itaq; Athenis à suo grege persecutores illum expulerunt, lapidibus in eum iactis, igne, & alijs tormentis probatum, postea verò ab Ælio Adriano martyrij coronam percepit.

Eodem die, Commemoratio sancti martyris Eusebij. Hic sponte Prę̃sidem Phœnicię adijt, illum arguens quod Christi gregem persequeretur. Itaque ab irato Iudice suspendi, & verberari iussus est; cum verò diu asperis ac laceris pannis indutus, sale verberibus iniecto, in Christiani nominis confessione perstitisset, Præside ipso in horas, plura & maiora magis magisque addendo tormenta, exultabat vir sanctus, perinde ac si in alieno corpore pateretur. Denique iussit Præses caput abscindi, sicque ascendit in cœlum, Dei gloriam prædicans.

Eodem die Commemoratio sanctorum Patrum & Episcoporum Cypri Meletij & Isacij. Hi sancti & beati Patres nostri Episcopi Ecclesiæ Christi, quæ est in insula Cypro, viri pij & timentis Deum, quorum opus assiduum erat docere populum diuina Christi eloquia, & facultates suas indigentibus distribuere, sic agentes per totam vitam, per diuersa tempora, migrarunt ad Dominum.

Eodem die, Commemoratio sancti martyris Prisci, qui cum viuentem aquam in corde gestaret, carnis incendium non pertimescens, ad cœlestem patriam translatus est.

Eodem die Commemoratio sacrosancti martyris Isacij Episcopi Cypri.

Eodem die Commemoratio sanctorum sex martyrum satellitum Imperatoris Maximiani.

Die XXII.

Natalis sacrosancti martyris Phocæ. Hic fuit filius Pamphili, in regione Sinopis, statim verò ab infantia, sancti Spiritus gratia adiutus miracula edebat, & vsque ad extremum spiritum edidit, qui diuina voce his verbis admonitus, Poculum tibi temperatum est, illud te oportet bibere. quod nimirum diuina ope adiuuante sub Traiano Imperatore bibit, gladio & igne consummatus, multa quoque post eius ad Dominum migrationem, per eum Deus effecit miracula.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Phocæ hortulani. Et hic fuit ex vrbe Synope antiqua & nobili, cuius opus erat horti cultura, cui vacabat, & eius prouentum omnibus communem proponebat, sed animi cul-

tum

tum pluris faciebat, propterea nondiu latuit, sed vt germanus Christi seruus delatus est illius vrbis Præsidi. cum igitur veniissent Satellites apud illum ipsum, quem quærebant, diuersati sunt, cum benigne acceptos refeciisset, quæsiuit quinam essent, & quanam de causa illuc accessissent; illi rem omnem ei declarantes, quod scilicet Phocam quærerent ad supplicium. hoc audiens Dei seruus seipsum quærentibus manifestum effecit, illi ea re maxime doluerunt, ipse verò ipsos rogabat atque hortabatur, vt auderent facere, quod iussi fuerant. itaque capite obtruncatus, gratum Deo sacrificium oblatum est.

Eodem die Commemoratio sanctæ martyris Drozelæ filiæ Traiani Imperatoris, cum quinque socijs, & sanctorum martyrum Isaac ac Martini.

Die XXIII.

Commemoratio sanctorum martyrum, Andreæ, Ioannis, Petri & Antonij apud Africam passorum.

Eodem die Natalis sanctarum mulierum Xantippæ & Polyxenæ; quæ sub imperio Claudij Cæsaris ex Hispania genus ducentes, Xantippe quidem Paulum Apostolum, apud Hispanos Christi Euangelium prædicantem audiuit, quippe qui viro illius Probo fidei & salutis auctor fuerat, Polyxena verò primum audiuit Apostolum Petrum, postea Apostolum Philippum, postremo Andream Apostolum, qui eam baptizauit in Græcia tunc existentem à viro quodam raptam, sed Dei ope adiuuante, minimè corruptam; reuersa verò in Hispanias cum virgine quadam, nomine Rebecca, genere Iudæa inuenit Xantippam sororem virtutum splendore fulgentem. itaque multos docentes Christi fidem in pace quieuerunt.

Die

Die XXIV.

Certamen sanctæ Protomartyris Teclæ, quæ cum esset ex vrbe Iconio, à beato Apostolo Paulo edocta eloquia Dei in domo Onesiphori: erat autem quando ad fidem conuersa est, annos nata decem & octo Thamyridi desponsata, viro admodum nobili ac diuiti; sed virgo sanctissima cõtempta matre, viro & diuitijs posthabitis, sanctum Apostolum Paulum sequuta est, vsq; ad Antiochiam Pisidiæ, vbi à Præside Alexandro feris obijcitur, à quib⁹ nihil passa, tauris alligata est, ex quibus erepta, multos ad Christum dominum conuertit: Postremò in patriam reuersa habitauit in monte quodam, vbi multis per eam editis miraculis, annos nonaginta, migrauit in cœlum.

Eodem die Natalis sancti patris nostri Coprij viri pietate, abstinẽtia, humilitate & charitate insignis, qui cùm annum ageret nonagesimum, in occulto quodã loco prolixius orans, visus sibi est, magnum illum Theodosium, post ipsius ad Dominum migrationem vnà secum orantem, ac psallentem, postremo hęc dicentẽ. En frater Copri, instat tempus resolutionis tuæ, veni ad nos ad paratum tibi quietis locum, Hæc cum audiuisset admirabilis ille Pater, post paucos dies paulum ægrotans, sanctos patris amplexus, in pace migrauit ad Dominum.

Die XXV.

Natalis sanctæ matris nostrę Euphrosynæ beati Paphnutij Ægyptij filiæ.

Eodem die commemoratio beati Paphnutij patris Euphrosynæ.

Eodem die commemoratio magni Terræmotus, in quo celebratur & rapt⁹ pueri in aërem sublati. Imp. Theodosio magno Terræmotus factus est, talis qualis nũquam antea

antea fuisse commemoratur, quo factum est, vt totus populus vna cũ Imperatore, & Patriarcha exierint extra vrbem in locũ, qui dicitur campus, propterea q; sine cessatione aliqua erat illa terræ commotio, cum igitur Imperator ipse Theodosius, Proclus Patriarcha, & totus populus Litanijs & supplicationibus diuinam opem implorarent, repẽte puerulus quidam, de media turba in aërem raptus est. Omnibus autem præ timore clamantibus Kyrieeleison, descendit puer, & voce magna populum hortatus est vt Trisagion, ita Deo, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri quæ cum dixisset, ipse qui dum animam Deo reddidit, & Terræmotus quieuit.

Eodem die Commemoratio sanctorum martyrum Pauli, Tattæ, & filiorum, qui appellabantur Sabinianus, Maximus, Rufus, & Eugenius, ex vrbe Damasco genus ducentes. accusati vero quod essent Christiani, catenis vincti examinati, & Christianam fidem professi, grauiter verberati sunt, atque iniquorum manibus torti, animas Deo commendarunt.

Die XXVI.

Migratio sancti glorioſi & celebris Apostoli & Euangelistæ Ioannis cognomento Theologi.

Die XXVII.

Natalis beati martyris Callistrati, & sociorũ sub Diocletiano Imperatore in vrbe Roma: detentus vero sanctus Callistratus à Persentino Duce, & Christum Deum verum professus, vehementer cæsus est, postea sacco inclusus, & in mare proiectus, sciſſo sacco exijt incolumis: qua re visa, quadraginta quinque milites in Christum crediderunt, quos comprehensos ac verberatos Persentinus in carcerem coniecit, cum sancto Callistrato à quo edocti

sunt de iudicio, de resurrectione, & de anima, postea eductus de carcere Callistratus cum illis quadraginta militibus, precibus ad Deum missis Idola deiecit, quod cum alij milites centum octuaginta quatuor vidissent ipsi quoque in Christum credentes obtruncati sunt, cum quibus & sanctus Marinus vir magnus, & sapiens passus est.

Eod. die Cōmemoratio S. patris Ignatij Præfecti monasterij Saluatoris Iesu Christi, quod profundi Ryacis nomine appellatur. S. Pater Ignatius fuit ex Cappadocum Prouincia, Nicephoro, & Ioanne Imperatoribꝰ, ab infantia Deo ipsi à parentibus, S. Samuelis exemplo consecratus, qui sanctitate vitæ clarus, post multa pietatis opera ad cœlestem gloriam vocatus, in pace quieuit.

Eodem die commemoratio sanctorum Apostolorum, Marci, Aristarchi, & Zenonis. sanctus Marcus, qui & Ioannes appellatus est, cuius Lucas Apostolus meminit, ordinatus Episcopus in Euangelij prædicatione ita probatus & Deo gratus apparuit, vt vel vmbra morbi fugarētur. Aristarchus etiam ex septuaginta fuisse inuenitur, cuius Apostolus Paulus meminit; Hic Apameæ Syriæ Episcopus fuit,, vir egregiæ sanctitatis, alter Ioannes locustis, & melle siluestri nutritus, Zona pellicea indutus: Zenon autem hic ille est, de quo mētionem fecit Apostolus Paulus in Epistola quam scripsit ad Romanos; hic fuit Diospolis Episcopus, qui cum fuisset habitaculum sancti Spiritus in prædicando Euangelio migrauit ad Dominum.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Philemonis Episcopi, Fortuniani, & sanctæ martyris Gainæ.

Eodem die Natalis sanctorum quindecim martyrum, qui cum essent nauigio impositi, illo ipso combusto in mari suffocati sunt.

Eodem

Eodem die commemoratio sanctæ martyris Epicharidis quæ cum esset Romæ, sub Diocletiano Imperatore detenta à Cæsareo Præside, & confessa nomen Iesu Christi, suspensa & malleo plumbeo à quatuor militibus verberata, postea à carnifice obtruncata, beatam animam Deo tradidit, cuius reliquiæ à Felice Christiano nobili, & senatorij ordinis viro honorificè sepultæ sunt.

Die XXVIII.

Commemoratio sancti patris nostri Charitonis, & cõfessoris ducis Eremi. Hic fuit sub Aureliano Imperatore, ex vrbe Iconio; detentus vero à Præside & Christi fidem confessus, à quatuor militibus verberatur, postea in carcerem coniectus, iterum eductus flagris cæsus est. Mortuo autem Aureliano, cessante persecutione sanctus Charito Hierosolymam venit sub Patriarcha sancto Macario: cum verò in itinere incidisset in latrones, in specu incluſus, hoc modo liberatus est, serpens enim in vas illud in quo latrones vinum seruabant, irrepens venenum euomuit, quod cum bibissent, expirarunt, quorum facultates beatus ille pauperibus distribuit, & speluncam illam Ecclesiam fecit, monachisq; multis in eam congregatis monasterium constituit, ex petra educta aqua, omni genere morborum expultrice, & ita in summa senectute migrauit ad Dominum.

Eodem die commemoratio sancti Prophetæ Baruch. Item sanctorum martyrum Marci pastoris, Alexandri Alphæi, Zosimi, Niconis, Neonis, Heliodori, & reliquorum puerorum & virginum. Hi S. martyres fuerunt sub Diocletiano Imperatore in vrbe Antiochiæ Pisidiæ ex regione Phrygiæ Galaciæ sub Præside Magno, qui cum iussisset venatorib' vt feras inuestigarent, & venationem

afferrent, accedentes ad montem, inuenerunt sanctum Marcum oues pascentem, & vrsam, quam insequebantur, ad eius ipsius pedes procidentem, & vestigia lingentem: erat autem sanctus senex canos habens ad pedes vsque prolixos. Delatus verò à Principe Venatorum Magno, detentus est à triginta militibus, qui ab eo eruditi crediderunt in Christum; ipse verò Præsidi oblatus libere nomen Christi confessus, vinculis traditus est, reliqui missi sunt ad Præsidem Niceæ, à quo & obtruncati sunt, Sanctum verò Marcum per vrbes trahens Magnus quęsiuit fabros, qui tormentorum instrumenta corã sancto illo viro componerent; inuenti sunt tres fratres Alpheus, Alexander & Zosimus. cum igitur fabrilis artis periti opus aggressi essent, ferrum ipsum vt aqua defluebat, eorumq; manus torpescebant; quod cum artifices admirarentur, & vocem audirent illos hortantem, vt cum beato Marco pro Christi fide certarent, rem non neglexerunt, sed Christianos se esse lætãti voce professi sunt, statim tormentis subiecti sunt, & feruens plumbum in eorũ ora infusum est. B. verò Marcum cum tribus sanctis illis pueris Præses obtruncauit, eiusq; caput in templũ Dianæ misit, ac repente Idola ipsa corruentia imminuta sunt: quod miraculum videntes tres viri, Nicon, Neon, & Eliodorus in Christum crediderunt. Itaq; & ipsi obtrũcati sunt cũ pueris, senib. & virginibus. martyriũ vero pertulerunt Alphe⁹ Alexander, & Zosimus, in vrbe Calyto mensis Septemb. die 28. Marcus verò in Claudiopoli 21. Nicon & eius socij Moromilio, tertio decimo die Iulij.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Alexandri, & triginta, qui cum eo passi sunt.

Die XXIX.

Commemoratio sancti Patris nostri Cyriaci Anachoretæ,

retæ, qui fuit sub Theodosio magno Imperatore ex vrbe Corintho, qui annum agens decimum octauum, Hierosolymam veniens à Magno Euthimio monachus effectus multum profecit, eosq; redarguens, qui cum Origene sentiebant, multa diuina Christi virtute edens miracula, in summa senectute ex hac vita decessit.

Eodem die, Commemoratio sanctæ martyris Gudeliæ quæ cum esset Christiana, & in Persarum regione Christum libere prædicaret, multosq; ad Christianam fidem conuerteret, comprehensa à rege Sapore multis tormentis cruciata, cum nollet solem & ignem adorare, postremo detracta capitis pelle, & ligno affixa, B. animam Deo tradidit.

Eodem die, Commemoratio multorum martyrum Dadæ, Gabdelæ, & Casdoæ. sanctus martyr Dadas, Saporis, regis Persarum fuit consanguineus; Gabdela verò eius legitimus filius. cum Christiani essent, non solum à Sapore negati, odio habiti, & dignitatibus spoliati sunt, verum etiam cruciatibus multis subiecti, cum sancta Casdoa suspensi, laniati & lateribus combusti, posthæc in carcerem coniecti, multo tempore detenti, atque illinc educti cum cogerentur solem & ignem adorare, idque omnino recusarent, libere Persarum errorem redarguentes, Christumq; ipsum solum verum Deum regem, & rerum omnium creatorem prædicantes obtruncati, ex hac vita ad cœlestem decesserunt.

Die XXX.

Commemoratio sancti Gregorij, Magnæ Armeniæ Episc. Hic sub Diocletiano Imperatore, genere Parthus, detentus autem à Tiridate Rege, propterea quod esset Christianus, multos pertulit cruciatus, postea cum cognouisset Tiridates hunc esse filium Anaci, qui eius pa-

trem dolo interfecerat, in vrbem Ararat missum vinctis manibus & pedibus in profundum lacum feris & serpentibus plenum deijciendum curauit, vbi annos quindecim à muliere vidua nutritus est, eductus autem è lacu à Tiridate quem á delirij morbo liberauit, omnem eius familiam baptizauit, & factus *Episcopus* totius Armeniæ, constitutis *Ecclesijs* in pace quiescens, migrauit ad Dominũ.

Natalis sanctarum virginum martyrum Ripsimiæ, Gaianæ, & aliarum triginta duarum mulierum & virginum, quæ passæ sunt 30. die mensis *Septembris*. Harum cunctarum mulierum Gaiana quidem erat senior, Ripsimia verò iunior, nobilitate & forma insignis, quod cum audisset Tiridates, eius amore captus, misit, & illam detinuit, quam cum ad nefariam libidinem excitaret, Christi virtute factum est, vt quod cupiebat, minimè assequeretur. quare cum ita tristatus esset, vt tanquam mortuus iaceret, fugientem consequuti apprehenderunt, eamq; scissis vestibus, & manibus post terga ligatis, excisa lingua, & effossis oculis trucidarunt, sic beatam animam sancta virgo misit in cœlum, cum qua martyrio coronati sunt Christiani 70. mulieres verò triginta duæ, beata verò Gaiana ex toto corpore pelle detracta, & lapidibus contrita, obtruncata est.

MENSIS OCTOBRIS

Die primo.

COMMEMORATIO sancti Apostoli Ananiæ vnius ex 70. Hic cum esset discipulus Apostolorum, ab illis

factus

factus est Episcopus Damasci, qui beatum Paulum Apostolum diuina reuelatione admonitus baptizauit. cum igitur multos in vrbe Damasco & Eleutheropoli sanaret, & ad Christi fidem conuerteret, Licinio Præsidi assistẽs & Christum verum Deum esse professus, aridis neruis cæditur, laniatur, atq; extra vrbem eductus iussu Præsidis lapidatus est, & martyrij corona donatus.

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Romani, qui fuit ex vrbe Emesena Diaconus sanctæ Ecclesiæ Beriti. venit autem Constantinopolim sub Anastasio Imperatore, vbi in templo sanctissimæ Dei genitricis Mariæ magna cum pietate versatus, vigilijs, orationibus, & alijs Christianæ religionis officijs intentus, migrauit ad Dominum.

Eod. die Natalis beati martyris Domnini, hic fuit ex vrbe Thessalonica, qui ductus Nicomediam, vt Christum abnegaret, id omnino recusans, & Christum cum omni libertate confessus, verberatus, missus est ad Mesopotamiæ Præsidem crudelem admodum atque immanem: sed facta irruptione Persarum captiuus ductus est in regionem Persidem, vbi multos ad Christi fidem conuertens innotuit, & detentus atque cruciatus, in tormentis ipsis animam reddidit.

Eodem die Certamen alterius sancti Domnini, qui fuit ex vrbe Thessalonica, religiosus, & timens Deum, qui cum tam religiose viueret, eius fama peruenit ad aures Imperatoris Maximiani. Itaque detentus, vt Christianus adductus est ad tribunal, cui dixit Imperator, Quare me in vrbe Præsidẽte audes Deum aliũ confiteri? sed immola Dijs, si vis posthac viuere. Hoc cũ ille renueret, ei⁹ corpus lacerari præcepit, vt autẽ vidit se à viro illo sancto irrideri iussit

iussit ante portam vrbis ductum, eius crura confringi, & pedes sancti martyris abscindi, cumque dies septem tormenta pertulisset, cibi omninò expers gratias agens Deo beatam animam commendauit.

Die II.

Natalis sanctorum martyrum Cypriani ac Iustinæ, apud vrbem Antiochiam.

Eodem die Natalis sancti patris nostri Theophili, qui fuit monachus religiosus, & timens Deum, sub Leone Isaurico, cuius impietatem videns, atque execrabile odium in venerabiles Sanctorum imagines euertendas, eius hæresim in faciem exprobrans, redarguit, impium, nefarium & Antichristi præcursorem & Christi desertorem appellans, aliaq; similia obijciens. Quibus ad iram concitatus primum verberari cum iussit, & in carcerem conijci, inde postmodum eductus, sanctas imagines abnegare cogitur. Quod omninò renuens, in exilium missus, illic vitam præsentem reliquit.

Die III.

Certamen sancti patris Dionysij Areopagitę Episcopi Athenarum.

Eodem die Natalis sancti martyris Dionysij, & sociorum octo. Hic sub Valeriano & Galieno Imperatoribus adductus ad Præsidem Æmilianum perseuerans in Christiana confessione exilio condemnatur, proscribitur, & lapidatur, plura passus tormenta, quàm olim in Libya sub Decio sustinuerat. Conclusus igitur in loco squalido cũ Fausto, Gaio, Petro & Paulo, qui vna cum illo duodecim annos toleraverant, consummatus est in confessione Christi Domini.

Eodem die commemoratio sancti martyris Theogenis

genis qui pro Christi confessione ignis flammam pertulit. Item sancti martyris Theoteeni & Audacti ense percussi.

Eodem die Commemoratio sancti patris nostri Ioannis Chozebitæ Episcopi Cæsareæ.

Die IV.

Natalis sancti patris nostri Hierothei, qui fuit, vnus è numero Areopagitarum, qui ab Apostolo Paulo instructus, magnum illum Dionysium Areopagitam Christi fidem instruxit. Cum autem benè & religiosè vixisset, migrauit ad Dominum.

Eodem die commemoratio sancti martyris Petri Capitolij. Hic cum sapientia multis præstaret, legitimo mattrimonio copulatus cum tres filios genuisset, monasticam vitam subijt; Presbyter verò creatus ab Episcopo Bostrensi, tanquam Christianorum magister accusatus est apud Agarenorum Principem. Itaq; propter Christi confessionem ad Damascenorum regionem ductus, lingua ei exciditur: Sed cũ apertius, & velocius loqueretur, dextera manu & pedibus truncatur, postea effossis oculis cruci affigitur, atq; abscisso capite in ignem traditus, in flumen demersus est.

Eodem die Natalis S. martyris Domninæ & filiarum Berinæ & Prodocæ. Hæ S. mulieres diuino Zelo vulneratæ, relicta domo, & consanguineis, ad alienam regionem transmigrãtes, venerũt Edessam; cumq; ibi versarẽtur, repentè astiterũt vir & pater, milites secum ducẽtes, vt prædam illam caperent. Comprehẽsæ verò ductę sunt Hierapolim, vbi latẽtes milites, conuiuio, & ebrietati vacantes, breui facta oratione in fluuium præterfluentem se ipsas proiecerũt, & ita per aquæ suffocationem martyrio coronatę sunt.

Eod. die commemoratio S. patris Ammonis Ægyptij.

Hic cùm esset Ægyptius genere, parentibus orbatus, à patruo coactus vxorem duxit, sub Maximiano Imperatore; vixit autem cum illa annos decem & octo quam non vt vxorẽ, sed vt sororem habebat, quin etiam illi persuasit, vt virginitatem seruaret. Itaq; & ipsa, & omnibus rebus derelictis, in montem Nitriæ propè Ægypti desertum secessit, vna tantum veste nocte & die corpus tegens. Produxit autem vitam vsque ad magni Antonij tempora, sub Magno Constantino celebri, & primo Christianorũ Imperatore. Huius viri sanctitatem admiratus est beatus Antonius præsetim propter miracula quæ per ipsum plurima Dei benignitas effecit.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Fausti, Gaij, Eusebij & Chæremonis Diaconorum. Hi fuerũt discipuli Magni Dionysij, & Diaconi Domini nostri Iesu Christi, & Gaius quidem, & Faustus cum magistro exules facti, & multa tormenta perpessi, martyrij finem acceperunt: Eusebius verò & Chæremon post magistri exilium sanctos, qui erant in carceribus visitantes, & martyrum reliquias sepelientes vsq; ad Decij tempora peruenerunt, multas perferentes tentationes propter Christi confessionem, cuius causa detenti obtruncati sunt.

Die V.

Natalis sanctę martyris Charitinę, quę fuit sub Diocletiano Imperatore, & Dionysio Comite, Claudij cuiusdam serua, de qua cum Comes Domitius audisset, scripsit ad eius dominum, vt ad se illam mitteret inquirendam vt Christianam. Quare tristatus eius dominus, & sacco indutus, illam deflebat, vt cito morituram, quem serua ipsa consolans dicebat, Domine, ne tristeris, sed gaude, siquidem pro meis, & tuis delictis victima à Deo accepta reputabor. Illo verò dicẽte, Memento mei apud cœlestem

Regem

Regem, missa est ad Comitem, ad quem perducta, & Christum confessa, raso capite, super ardentes carbones strata est, postea saxo graui alligata proiecta est in mare, ex quo egressa, apparuit Comiti, à quo multis alijs tormentis cruciata, post vnguium, manuum & pedum abscissionem Deo spiritum commendauit.

Eod. die Natalis sanctæ martyris Mamelchthæ. Hæc ex Persida regione cum esset sacerdos Templi Dianæ, & haberet sororē Christianam, in somnis vidit Angelum Dei Christianorum mysteria sibi ostendentem. Itaq; exurgens timore correpta rem ipsam sorori narrauit, quæ ad Episcopum illam duxit, & in Baptismate, ac regenerationis lauacro propria soror illam suscepit. Quare insanientes Gentiles lapidibus illam interfecerunt adhuc sancti Baptismatis indumenta ferentem, atq; in profundissimum lacum deiecerunt, ex quo vix Christiani efferre potuerunt.

Eodem die Visio terribilis, atq; vtilis Cosmæ monachæ ostensa.

Die VI.

Natalis sancti glorioſi Apostoli Thomę. Hic cum Medis, Parthis, Persis & Indis Dei verbū prædicasset, in custodiam injcitur à Rege Smidæo, propterea quod eius opera crediderant, & baptizati fuerant, Vazanes filius, & vxor nomine Tertia & Migdonia & Narce. quapropter quinque militibus traditur, qui ad montem quendam ductum vulnerarunt.

Eodem die Natalis sancti patris nostri Nicetæ Patritij ex Paphlagonia, qui sanctarum imaginum confessione multas ærumnas, & calamitates constanter pertulit.

Eodem die sanctæ virginis Erotidis, quæ Christi amore accensa ignis flammam contempsit.

Die VII.

Natalis ſanctorum martyr. Sergij, & Bacchi. Hi fuerũt ſub Maximiano Imperatore, Sergius quidẽ Primicerius ScholæGentilium, Bacchus verò ſecundicerius, ab initio Chriſtianam fidem edocti, accuſati quod eſſent Chriſtiani cum cogerentur Dijs ſacrificare, neque id facere vellent, priuati ſunt zonis militaribꝰ, & monilibꝰ, indutique veſtibus muliebribus per Vrbem contumeliosè circumducti, ad Antiochum miſſi ſunt in vrbem Euphratiſiam, iam verò cum propè eſſent, Angelica apparitione à Deo corroborati ſunt, & Bacchus quidem primo loco crudis neruis per horam cæſus, in ipſis tormentis efflauit animam, poſt illum Sergius variè cruciatus, capite obtruncatus eſt.

Eodem die, Natalis ſanctorum martyrum Iuliani preſbyteri, & Cæſarij Diaconi ſub Claudio Imperatore in vrbe Roma. fuit autem B. Cæſarius ex regione Africana, qui cum Taracinam veniſſet, videns execrabilia ſacrificia, exſpuit in illa, & pedibus conculcauit. Quare detentus tribus diebus ieiunus in carcere cuſtoditus, traditus eſt Præſidi: vinctis autem manibus trahebatur à militibus ante currum Præſidis vſque ad templum Apollinis, quo ingrediẽte martyre atque orante, templum ipſum funditus corruit, opprimens Pontificem Idolorum, & alios plurimos. quod cum vidiſſet Leontius Proconſul, procidens ad pedes ſancti martyris in Chriſtum credens, coram omnibus baptizatus eſt, ad quem venit Presbyter Iulianus eumque immaculati Sacramenti participem fecit, qua de cauſa Lexorius princeps Iulianum presbyterum, & Cęſarium Diaconum ſacco incluſos, in mare iuſſit demergi, quorum corpora Deo gubernante è mari extracta, Euſebius Presbyter & Felix diuina reuelatione admoniti

niti exceperunt, quos baptizati Leontij filius, eo quod sanctorum Iuliani & Felicis reliquias prope vrbem sepelissent, obtruncauit, & in fluuium deiecit, quorum sancta corpora Quartus presbyter ex vrbe Capua diuini Angeli ductu veniens, suscepit, & loco insigni sepeliuit in laudem & gloriam Patris, Filij, & Spiritus sancti.

Eodem die, Commemoratio sancti martyris Polychronij viri sanctitate & miraculorum operatione insignis. Hic in Synodo Niceæ celebrata, ex lectore Diaconus & Presbyter ordinatus est, postea verò quam magnus Constantinus excessit, statim hæresis Arij multos perturbare cœpit. Itaque peruersæ opinionis homines cum inuenissent sanctum Polychronium altari assistentem, repente in eum insilientes, gladijs iugularunt, & mystico ac diuino sanguini martyris sanguinem commiscuerunt.

Die VIII.

Natalis beatæ matris nostræ Pelagię, quæ fuit sub Dioclet iano Imperatore ex vrbe Tarso Ciliciæ.

Eodem die, Commemoratio sanctæ alterius Pelagiæ, ex Antiochia Syriæ sub Numeriano Imperatore orchestris & spectaculis deditæ. Itaque ex meretricio quæstu diuitias multas collegerat, sed à Nonno Episcopo viro sanctissimo instructa, & vehementer compuncta baptizata est, omniaque abiecit, arbitrata vt stercora, vestemque asperam induta sub virili habitu latens, adijt montem Oliuarum, vbi in cella quadam inclusa reliquam vitam Deo gratam agens in pace quieuit.

Eodem die Sanctæ Pelagiæ virginis. Natalis beatæ alterius Pelagiæ; fuit quidem hæc ex Syriæ ciuitate Antiochiæ genere illustris & claris parentibus, sed Christianæ fidei confessione clarior, quod cum Præses didicisset, mi-

sit milites, qui eam detinerent. cùm igitur qui missi fuerant, eius domum, circundedissent, vt illam caperent, hoc audiens sancta mulier, rogauit, vt paulisper expectarent, quoad induta descenderet, acquieuerunt illi credentes facturam quod promiserat. stans illa ad Orientem spectans, quemadmodum orare consueuerat, extensis manibus, & oculis erectis in cœlum, Deum ipsum precata est, ne ipsam traderet militibus, sed priusquam detenta esset, intacta ad Deum descenderet. cum hæc dixisset, honesta in veste induta, spiritum Christo Domino tradidit, quod audiens miratus est Præses.

Eodem die, Natalis sanctæ Thaisiæ, quæ fuerat meretrix. hæc ab adolescentia fuit à propria matre deprauata. Itaque officinam Diaboli se constituit, sed à viro sancto Paphnutio capta est. conuersa igitur & pœnitentia scelerum compuncta, & omnia sua quadringentarum pretio æstimata, pauperibus distribuit, & se ipsam in cella quadam inclusit, vbi lachrymis & gemitib⁹ ex profundo corde emissis clamabat, Qui plasmasti me miserere mei. In hac exercitatione annos tres transegit, vnde egressa iussu Abbatis post quindecim dies excessit.

Eodem die Natalis sancti martyris Artemonis, qui fuit sub Diocletiano Imperatore Presbyter Ecclesiæ Laodicenæ, propter Christi nominis confessionem detentus, & in flammam ignis coniectus, martyrij coronam adeptus est.

Die IX.

Commemoratio sanctorum Andronici & Athanasiæ coniugis. fuit autem Andronicus ex vrbe magna Antiochia, qui relictis opibus, vnà cum coniuge venit Hierusolymam, vbi cum sancta loca veneratus esset, pieratis

opera

opera exercens, post plurimos labores, ieiunia, vigilias, & sanctorum locorum visitationes, post admirabilem beatissimæ Athanasiæ dormitionem, ipse quoque obdormiuit in Domino.

Eodem die Commemoratio sanctæ martyris Publiæ. sancta Publia Imperatore impio & Apostata Iuliano in vrbe Antiochia, probitate morum celeberrima, viri sui consuetudine paucos annos vsa peperit fructum Deo dignum, admirabilem illum Ioannem cognomento Chrysostomum. cum autem præesset choro virginum, & cum illum benignum Deum collaudans, in matutino tempore illos Psalmi versus magna voce caneret, Simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum; similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, forte transijt Iulianus, qui hæc audiens, tristatus est, iussitque silere. Poplia verò ipsum contemnens, maiore voce psallere cœpit. quare iratus Imperator Popliam extrahi iussit, eiusque venerandam senectutem non est reueritus, sed cuidam ex satellitibus præcepit, vt eam in os cæderet. extracta igitur tam grauiter verberata est, vt ea plaga defluente sanguine terra ipsa cruentata sit: illa verò Apostatæ impietatem redarguens, eo reuersa, vnde abstracta fuerat, in pace quiescens non multo postea migrauit ad Dominum.

Eodem die, Sancti Patris nostri Petri, qui fuit sub Imperatore Theophilo, ex Galatarum prouincia. Item sancti Patris nostri Dorothei Episcopi Tyri, Diocletiano & Licinio Imperatoribus, qui apud regionem Thraciæ detentus, à Iuliani Principibus multos cruciatus perpessus, centum & septem annos natus in tormentis propter CHRISTI confessionem beatam animam DEO reddidit.

Eodem

Eodem die commemoratio iusti Abraham, & eius Nepotis Loth.

Die X.

Natalis sanctorum martyrum Eulampij & Eulampię, qui sub Maximiano Imperatore apud Nicomediam Præsidente Maximo pro Christianæ fidei confessione passi sunt, cum enim multi laterent in monte, miserunt sanctum Eulampium, vt in vrbe panes emeret. Hic cum Imperatoris decretum propositum vidisset, & illud legeret, detentus est ab Idolorũ ministris, & interrogatus se Christianum esse cõfessus est, atque in templum Idolorum, vt sacrificaturus induc°, iussit Martem procũbere, & statim procubuit, & cõtritus est; cũ vero ille esset in cruciatibus, Eulampia soror in medium prodiẽs, precata est sanctum Eulampium, vt oraret pro ipsa, & martyrij consortem haberet. cum igitur in lebetem feruentem iecti, nihil passi essent, crediderunt viri ducenti, & vna cum illis obtrũcati sunt.

Eodem die Natalis ducentorum sanctorum martyrũ, qui cum sancto Eulampio, & Eulampia martyrium pertulerunt.

Eodem die Natalis sancti patris nostri Bassiani, qui ex regione Syriæ sub Imperatore religiosissimo Martiano venit Constãtinopolim virtutibus & miraculis ita excellens, vt Imperator ipse sub eius nomine templum construxerit, habuit autem discipulos circitèr trecentos ex quibus fuit & sancta Matrona, cùm vero ita vixisset, & multos ad Deum conuertisset, morbos curans, & plurima edens miracula in summa senectute migrauit ad Dominum.

In Apographo m. s. erat adscriptum: Hæc Matrona fuit Macedoniana.

Eodem die Natalis beati patris nostri Theophili confessoris ex regione tribus stadijs distante à Tyberiopoli.

Hic

Hic à puero sacris literis operam dederit, agens vero tertium decimum annũ, ad sanctissimum Stephanum se cõtulit, à quo monasticæ vitæ ordinem, & exercitationem didicit, in qua tantum profecit vt pro sanctarum imaginum cultu à Leone Isaurico earum persecutore multa tormenta pertulerit, dolens autẽ quod martyrij cursum non compleuisset, dimissus redijt ad monasterium, lætitiam adferens non mediocrem fratribus, amicis, & consanguineis; breui autem tempore transacto, beatus vir ille, suam à terrenis ad cœlestia prouidens migrationem, benè disponens de monasterio, omnibus instructis, & benedictis, ad eum, quem tantopere optauerat Dominum migrauit, cui gloria in sæcula sæculorum.

Die XI.

Natalis sancti Apostoli Philippi, vnius ex septem Diaconis. & sancti patris nostri Theophanis confessoris Metropolitæ Niceæ. Fuit beatus Philippus, ex vrbe Cæsarea Palęstinæ. Hunc diuinus Lucas Euangelistam fuisse in actibus Apostolorum commemorat, qui & quatuor filias ex coniugio suscepit, vnus ex septem Diaconis, docuit autem Samariam, Simonem Magum baptizauit, ab Angelo raptus Eunuchum instructũ Baptismo tinxit, postea in Azotum ab Angelo abductus, hanc quoque vrbem prędicatione illuminauit, posthæc in Asiæ vrbem Trallensem peruenit, in qua edens plurima miracula ędificata Ecclesia ad Dominum migrauit.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Zenaidis & Philonillæ germanarum sororum. Hæ sanctæ mulieres fuerunt ex Tarso Ciliciæ, consanguineæ Pauli Apostoli. quæ relictis omnibus venerunt ad vrbem Demetriadem & in quandam speluncam ingressæ vitam degebant. Illic beata Zenais omnem morbum & languorem curãs,

abijt ad Dominum, Philonilla verò diuturnis ieiunijs & vigilijs se ipsam tradens plurima faciebat miracula, & naturæ ordini seruiens à breui ad æternam vitam migrauit.

Eodem die commemoratio sanctorum Patrum, qui secundo in vrbem Nicæã conueneruntin Synodo oecumenica quæ septima dicitur, habita sub Adriano Romano Pontifice regnante Constantino Imperatore & Irene matre, Tharasio Archiepiscopo Cõstantino politano Politiano Alexandriæ, Theodoreto Antiochiæ, & Elia Hierosolymorum, fuerunt autem sancti patres illi numero trecenti sexaginta septem, quĩ conuenerunt aduersus sanctarum imaginum oppugnatores, qui omnem hæresim & eorum autores anathemate damnarunt, decernentes vt quicunq; sanctas imagines nõ colit, alienus sit ab orthodoxa fide. His & alijs constitutionibus firmatis in suam quisq; Ecclesiam redierunt, quorum intercessionibus Deus misereatur nostri.

Die XII.

Certamen sanctorum martyrum Probi, Tharachi & Andronici, qui sub Diocletiano Imperatore Pompeiopoli apud Tharsum Ciliciæ detenti sunt. primus sanctus Tharacus Maximiano Præsidi oblatus, & Christi nomen confessus, confractis maxillis in carcerem iniectus est: generosus verò Probus crudis neruis verberatur, ignito ferro pedib⁹ comburitur, in ligno suspenditur, postremò gladio concisus, beatum finẽ accepit. Andronicus vero in ligno suspensus, acuto ferro cruribus & lateribꝰ laceratur, eiusq; vulnera sale perfricantur, lingua & labia excidũtur, toto deniq; corpore concisus spiritum in manus Dei commendauit.

Eodem

Eodem die Natalis S. martyris Anastasiæ virginis, quæ sub Decio & Valeri. Imperatoribus ex vrbe Roma Præsidente Probo in monasterio quodam cum alijs virginibus monasticam vitam ducebat: delata vero apud Præsidem, ducta est ferreis vinculis ligata, cũq; Christi nomẽ professa foret, in os cæditur, denudatur, vritur, perfusa pice & cinere, postea in ligno suspenditur & abscissis ambabus mammis atq; vnguibus abstractis, manib⁹ & pedibus incisis, euulsis dentibus, demum gladio consummatur.

Die XIII.

Natalis sanctorum martyrum, Carpi, Papyli, Agathodori, & Agathonicæ, qui fuerũt sub Decio Imperatore, & Valeriano Proconsule Asiæ, ex quibus Carpus erat Episcopus Thyatiræ, Papylus vero Diaconus ab ipso Carpo ordinatus: detenti vero à Præside confessi sunt omnibus audientibus Christi nomen, cumq; Idolis immolare nollent, equis alligati, gradiebantur ante currum, tracti ad vrbem Sardis, vbi suspensi, laniati sunt, & sanctus Agathodorus seruus beatorũ Carpi & Papyli ab Angelo Dei corroboratus, ipse quoq; Christũ confessus est: beatus vero Carp⁹ suspensus risit. Itaq; interrogat⁹ à iudice, quænã esset ridendi causa, Vidi, inquit, gloriam Domi mei & risi, Papylus vero quatuor palis alligatus in sublime tollitur & lapidatur, post hæc sancti viri simul ducti, supini super tribulos trahuntur, desuper verberati, & feris ad escam expositi, postea in ardẽtem caminum iniecti sunt, in quem & sancti Papyli soror Agathonice Deum orans vna cùm illis ingressa est, cùm vero ignis demisso imbre extinctus esset, sancti martyres ense obtruncati sunt.

Eodem die Natalis ſancti martyris Florentij. Hic fuit ex vrbe Theſſalonica, qui cum eſſet Chriſtianus & boni æmulator, coram omnibus Deos gentilium redarguens irridebat, Chriſtianos verò in Chriſti fide confirmabat; cum hæc faceret, detentus ab illius regionis Præſide, interrogatus, confeſſus eſt Chriſtum ſolum eſſe DEVM, gentilium vero appellatos Deos, lapides eſſe, ligna, aurum & argentum, nihilque aliud eſſe Idola ipſa quam æs & ferrum inanimatum, & ſenſus expertem materiam: quę dicens, in furorem commouit Præſidem. Itaq; ſuſpenditur, laniatur, in ignem traditur & conſummatur.

Eodem die Cõmemoratio ſancti Patris noſtri Nicetæ Patritij, ex regione Paphlagonię, qui cum eſſet diuinarum literarum, & pietatis ſtudioſus pro cultu ſanctarum imaginum, aduerſus eorum Impugnatores, & Imperatorem Leonem plurimum laborauit, multiſque editis miraculis cum mortis ſuæ diem prædixiſſet, migrauit in cœlum.

Eodem die Commemoratio ſancti martyris Beniamin Diaconi apud Perſas, cum multos gentiles ad DEI notitiam conuertiſſet, tanquam maleficus in carcerem iniectus eſt, poſtea eductus in Chriſtianæ fidei doctrina perſeuerans, omnia ſuſtinens generoſus Athleta, ſpiritum Deo commendauit.

Eodem die Commemoratio ſancti martyris Antiochi, qui propter Chriſti confeſſionem igne conſummatus eſt.

Die XIV.

Natalis ſanctorum martyrum Nazarij, Geruaſij, Prothaſij, & cæteri ſub Nerone Imperatore in vrbe Roma poſt conſummationem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli martyrij, certamen ſubierunt. & ſanctus quidem Naza-

Nazarius Africani & Perpetuę filius, fuit baptizatus à sancto Apostolo Petro, Protasius vero à Lino Romano Pontifice successore Apostoli Petri.

Eodem die Natalis sancti Patris nostri Cosmæ Episcopi Maiumæ viri sapientia & pietate insignis. Ecclesiam Maiumæ, cuius fuit Episcopus, laudabiliter regens, ad summam senectutem peruenit & quieuit in Domino.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Siluani ex vrbe Gaza presbyteri, illius Ecclesiæ fide sincera, & Christianæ confessionis insignis, qui postremo pro Christo Domino obtruncatus sanguinem fudit.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Petri Anselami ex Eleutheropoli, qui cum corporis robore & animi vigore plurimum valeret, præclare admodum in pietatis certaminibus se gessit, & terrenis rebus omnibus contemptis in anno sexto Imperij Diocletiani & Maximiani, ignis certamine exacto victima Deo grata oblata est.

Die XV.

Commemoratio sancti martyris Luciani. Hic fuit ex Antiochia Syriæ, Christianis ortus parentibus, quibus mortuis, facultates omnes pauperibus distribuit, & diuinarum literarum meditationi deditus multos Iudæos ac gentiles ad Christi fidem attraxit, qui & relicta domo Nicomediam venit, vbi tormentorum timore aliquot in fide ipsa torpescentes ad sustinenda certamina fulciebat. Diocletianus itaq; Maximianus Imperator cum martyris propositum in Christi cõfessione ita firmum esse cognouisset, vt mutari non posset, longa inedia, illum condemnauit. Multis igitur diebus cibi & potus expers in carcere obijt, cuius corpus Præsidis iussu in mare proiectum, delphin⁹ Dei prouidentia sublatum, ad continentem terram detulit. Eo-

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Sabini Episcopi, qui virtutem appetens, vigilijs, ieiunijs, & reliquis laboribus ita profecit, vt miracula etiam faceret, multosque ad virtutis studium, & mundi huius contemptum excitaret, cumq; ita vixisset, in pace quiescens, spiritum Domino & Saluatori nostro commendauit.

Eodem die, Commemoratio sancti Patris nostri & Confessoris Barsi Episcopi vrbis Edessæ, qui fuit sub Valentiniano Imperatore. Hic multis editis miraculis migrauit ad Dominum.

Eod. die Certamen monachi cuiusdam & martyris.

Eodem die, Commemoratio sanctorum martyrum Sarbili & Bebeæ sororis sub Traiano Imperatore.

Die XVI.

Natalis sancti martyris Longini Centurionis, qui propter Christi confessionem apud Cappadociam cum duobus militibus obtruncatus est.

Eodem die Natalis duorum martyrum, qui cum sancto Longino pro Christi confessione interfecti sunt.

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Malei. Hic relictis facultatibus cognatione, & terrenis rebus omnibus eremum habitãs, vigilijs, ieiunijs, & reliquis asperæ vitæ studijs deditus multis editis miraculis, migrauit in cœlum.

Die XVII.

Commemoratio sancti Prophetæ Oseæ.

Eodem die Natalis sancti martyris Andreæ, qui apud Cretam imperante Constantino Copronymo pro veneratione sanctarum Imaginum, aduersus illarum impugnatores, egregiè pugnauit.

Eodem die Relatio pretiosarum reliquiarum sancti & iusti

iusti Lazari, quas reliquias celeberrimus & fidelissimus Imperator Leo diuino zelo commotus in templo pulchertimo sub eius sancti viri nomine dicato ex vrbe Cyticnsi Constantinopolim translatas, in argenteis loculis reposuit.

Eodem die, Sanctorum fratrum Cosmæ & Damiani, Leontij, Anthimi, & Eutropij.

Eodem die, Sanctorum martyrum Chrysanthi & Dariæ. Item sanctorum martyrum Claudij Tribuni, qui sanctos Chrysanthum & Dariam cruciauit, & sanctæ Hilariæ eius vxoris, Item sanctorum Mauri, & Iasonis filiorum.

Die XVIII.

Natalis sancti Apostoli & Euangelistæ Lucæ, qui fuit ex vrbe Antiochiæ Syriæ. Hic octoginta annos natus, dormiuit in Domino.

Eodem die, Commemoratio sancti Marini, & sancti Patris nostri Iuliani, qui apud ripas fluminis Euphratis speluncam habitans, monasticam vitam exercuit.

Die XIX.

Commemoratio sancti Prophetæ Ioëlis, & B. martyris Vari, qui fuit sub Maximiano Imperatore militans apud Ægyptum, claris & pijs ortus parentibus: cumq; septem viri sancti multo tempore Christianæ fidei causa in carcere detinerentur, sanctus Varus quotidie illorum curam gerebat, è quorum numero cum vnus obiisset, ipse pro illo numerari voluit. Itaque ad Iudicem cum reliquis ductus, vectibus grauiter verberatus ac laniatus, in ipsis cruciatibus ad horam quintam extensis, beatam animam Deo reddidit.

Eodem die, Natalis sancti martyris Sadoth, & centum

tum viginti, qui sub Rege Sapore apud Persidem cum illo martyrium pertulerunt.

Die XX.

Commemoratio sancti magni martyris Artemij, qui cùm fuisset Dux Augustalis Alexandriæ & Patritius à Constantino Magno multis honoribus affectus, à Iuliano Apostata in vrbe Antiochia cùm impietatem illi exprobraret, multis tormentis cruciatus, plurimis per eum editis miraculis migrauit ad Dominum.

Die XXI.

Commemoratio sancti patris nostri Hilarionis.

*E*odem die sanctorum martyrum Gaij, Dasij, & Zotici, qui apud Nicomediam libere Christi fidem prædicantes in ligno suspensi, & laniati, postremo saxis collo alligatis in mare proiecti sunt.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Socratis presbyteri, & Theodotæ. Item sancti martyris *E*ucratis.

Die XXII.

Natalis *S.* Abertij Episcopi Hierapolitani. Hic cùm esset Hierapolis *E*piscopus *P*hrygiæ *S*alutariæ, Imperatore Marco Antonino miraculorum & curationum multarum opifex vita & sanctitate illustris, migrauit ad Dominum.

Eodem die Natalis sanctorũ fratrum in vrbe Ephesо, Maximiliani, Iamblichi, Martiniani, Dionysij, Antonini, Exacustodiani, & Constantini.

*E*odem die commemoratio sanctorum martyrum Alexandri Episcopi & Heraclij, Annæ, *E*lisabeth, Theodotæ, & Glyceriæ.

Die XXIII.

Natalis *S.* martyris Apostoli Iacobi, fratris Domini.

*E*odem

Eod. die commemoratio patris nostri Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani. Hic fuit vir generis splendore illustris, sed vita & moribus illustrior, post multas ærumnas quas Photij opera perpessus est, quieuit in Domino.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Macarij Romani.

Die XXIIII.

Natalis magni martyris Aretæ & sociorum ex Æthiopia sub Iustino Imperatore. Aretas vir sanctissimus sua prædicatione multos ad Christi fidem cõuersos martyres Christo ipse secum obtulit.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Procli Patriarchæ Constantinopolitani, qui sanctarum literarum peritia, & probitate morum insignis, cum annos duodecim & menses tres Episcopatum benè rexisset, in pace migrauit ad Dominum.

Die XXV.

Natalis sanctorum martyrum Marciani & Martyrij. Cùm Paulus Patriarcha Constantinopolitanus à Cõstantio Imperatore Arriano in Armeniam missus exul ab Arrianis suffocatus beatum finem assecutus esset, Martianus & Martyrius propter orthodoxæ fidei obseruãtiam gladio cæsi sunt, & sepulti in porta Melandesia Constantinopolitanę vrbis, quibus sanctus Pater Ioannes Chrysostomus templum à fundamentis erexit.

Eod. die Natalis S. martyris Anastasij, qui fidei Christianæ prædicatione multos conuertens, ense obtruncatus, quieuit in Domino.

Die XXVI.

Commemoratio magni martyris Demetrij cognomẽto Myrobleti. Hic fuit sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ex vrbe Thessalonica, qui iugulatus animam

mam emisit, multis postea per eum editis miraculis. Post illum & sanctus Nestor obtruncatus dormiuit in Domino.

Die XXVII.

Commemoratio sancti martyris Nestoris, & sanctarum martyrum Capitolinæ, & Eroteidis sub Diocletiano Imperatore, & Zilicinthio Præside Cappadociæ.

Die XXVIII.

Sanctorum martyrum Terentij, Neonillæ, & sancti patris nostri Stephani Sabaithæ, qui omnes in Christianæ fidei confessione perseuerantes, post carceres & verbera feris expositi, & in lebetes pice feruente plenos proiecti, cum tormenta omnia pro nihilo facerent, ense obtruncati sunt.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Africani, Terentij, Maximi, Pompeij, & aliorum triginta sex, qui sub Decio Imperatore, & Fortunato Præside in Africa pro Christi fide certantes, verbera, ignitos obeliscos, & alios cruciatus pro nihilo ducentes, gladio sunt obtruncati.

Eodem die Natalis sancti patris nostri Firmiliani Episcopi Cæsareæ & Melchionis Sophistæ Presbyteri Antiocheni, qui deposuerunt Paulum Samosatensem.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Ioannis Chozebitæ. Hic in Eremi loco dicto Chozeba eximiam virtutis exercitationem assecutus multa effecit miracula, monachorum plurimorum Dux existens sicque in eadem Eremo B. ex hac vita decessit.

Eodem die Natalis sanctæ Febroniæ filiæ Imperatoris Heraclij. Et sancti patris nostri Stephani Sabaithæ discipuli B. Sabæ. Et sancti martyris Cyriaci, qui manifestauit

festauit preciosam crucem Domini sub Imperio Constantini Magni & Helenæ matris.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, & sociorum trium fratrum.

Die XXIX.

Natalis sanctæ magnæ martyris Anastasiæ Romanę. Et sancti patris nostri Abrahami. Fuit autem Anastasia Decio & Valeriano Imperatoribº genere Romana, iuuenilem agens ætatem, & in monasterio vitam ducens, quę liberè Christum confessa, alapis cæditur, & super ardentes carbones extensa verberatur, alijsq; varijs tormẽtis cruciata, postremo obtruncatur.

Die XXX.

Natalis sanctorum martyrum Zenobij, & Zenobiæ sororis qui sub Diocletiano Imperatore pijs orti sunt parentibus, Zenobius quidem comprehensus astitit Pręsidi, ad cuius interrogationem soror Zenobia seipsam quoque obtulit, verberati ambo, & in lebetem picis iniecti Christi gratia incolumes seruati ense percussi, beatum finem assequuti sunt.

Eodem die Natalis sanctæ martyris Meletinę, & sancti Martiani Episcopi Syracusarum, discipuli sancti Apostoli Petri. sanctus Martianus Episcopus ordinatus à B. Petro Apostolo missus est Syracusas Siciliæ, qui Idolorũ templis oratione subuersis, multisq; ad veritatem cõuersis, signis & prodigijs, gentilibus ipsis attonitis, filios lucis effecit, quare inuidia commoti Iudæi, eius in prędicanda Christi fide libertatem non ferentes, violenta morte illum sustulerunt.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Cronionis, Iuliani, Macarij, & aliorum tredecim qui sub Decio

Imperatore apud Alexandriam pro Christo cruciati in confessione permanentes martyrij coronam acceperunt.

Eodem die Natalis sanctæ martyris Eutropiæ, quæ accusata apud Præsidem Appellianum, vt Christiana & carcere inclusos sanctos visitans, primum suspensa, lampadibus combusta, asserebat se flammam illam vt aquam sentire, & terribilem quendam virum cernere ardorem refrigerantem, & tanquam rore quodam aspergentem, quem & milites ipsi cernebant. postea vehementius cruciata in tormentis ipsis spiritum Deo tradidit.

Eodem die Natalis sancti Apostoli Cleophæ. Et sancti Patris nostri Ioseph Patriarchæ Constantinopolitani, & sanctorum martyrum Asterij, Claudij, Neonis & Neonillæ sororis.

Eodem die sanctorum Terentij, Marci, Iusti & Armæ, ex numero septuaginta, qui pro pietate certantes, tentationibus non mediocribus probati in pace beatas animas Domino commendarunt.

Eodem die sanctus Aristobulus, post multos fidei prædicatione conuersos, in pace quieuit.

Die XXXI.

Natalis sanctorum Stachys, Ampliæ, Vrbani, Aristoboli, Narcissi, & sancti martyris Epimachi, ex quibus sanctus Stachys ab Apostolo Andrea Episcopus constitutus est, qui & Ecclesiam in Argyropoli ædificauit, in quam conueniebat Christianorum multitudo innumerabilis, quam beatus Episcopus docebat, cumq; ita vixisset annos septendecim, dormiuit in pace. Sancti verò Amplias, & Vrbanus, ab eodem Apostolo Andrea Episcopi ordinati, ille quidem Odyssopolis, hic verò Macedoniæ, propter

pter Christianæ fidei confessionem, atq; Idolorum euersionem, à Iudæis & gentilibus interfecti, beatas animas Deo tradiderunt. Beatus verò Narcissus variè cruciatus ipse quoque spiritum suum Christo Domino commendauit, pro quo & sanguinem fudit.

Eodem die Sancti martyris Epimachi. Hic ex vrbe Perlusio delatus apud Præsidem Apellianum in vrbe Alexandria Christianorum multitudinem cruciantem, quod altare in quo sacrificium Idolis offerri cœptum esset, subuertisset, in ligno suspensus, ferreis vnguibus discerpitur, & post alios cruciatus, ense obtruncatus, ad cœlestem vitam translatus, requieuit in Domino.

Eodē die Natalis S. Patris nostri Iacobi Episcopi Mygdoniæ, vnius ex trecentis decem & octo sanctis Patribus, qui conuenerunt in vrbem Nicæam. Hic sanctus Iacobus fuit Episcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quæ & Nesibe dicta est, admirabilium operum patrator.

MENSIS NOVEMBRIS

Die primo.

COMMEMORATIO sanctorum Cosmæ & Damiani filiorum Theodotæ Asianæ mulieris.

Eodem die sanctorum martyrum Cyriænæ & Iulianæ, quæ sub Maximiano Imperatore comprehensæ à Martiano Præside, cum Christum nollent abnegare, Cyriæna raso capite nuda per vrbem à militibus inhonestis circumducitur, & ad ciuitatem Rossensem ducta cum sancta Iuliana igni tradita, martyrij cursum compleuit.

Eodem die, Natalis sanctorum martyrum Cæsarij, Dasij, & aliorum quinque. Hi sancti viri detenti in vrbe Damasco, & diuersis cruciatibus inquisiti ense obtruncati sunt.

Eodem die, Natalis sanctorum martyrum Ioannis Episcopi & Iacobi Presbyteri, qui sub Sapore rege Persarum, Christianæ fidei doctrinam tradentes, multosq; ad pietatem munientes, detenti à ministris ipsius Regis, post varia tormenta, ense obtruncati, Domino animas suas commendarunt.

Eodem die Natalis sancti martyris Hermeningildi.

Die 11.

Natalis sanctorum martyrum Acindyni, Pegasij, Aphthonij, Elpidephori & Anempodisti, qui cum essent ex Persarum regione primas habentes apud Saporem regem, pietatem summopere colebant, cuius causa cruciatus omnes contemnentes gladio percussi, martyrij cursum compleuerunt.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Eudoxij, Agapij, & aliorum octo, qui apud Sebastiam, sub Licinio Imperatore, Auxano, Marcello, & Marco Agricolao Præsidibus in ignem coniecti, animas ipsas Deo commendarunt.

Eodem die Sancti Patris nostri Marciani ex vrbe Cyro, viri pietate insignis, qui egregie monasticam vitam exegit.

Die 111.

Natalis sanctorum martyrum Acepsimæ, Aithalæ, & Iosephi, atq; Encænia templi magni martyris Georgij apud Lydam. Hi sub Sapore rege Persarum detenti, examinati sunt, vt Christiani, & Acepsimas quidem virgis cæditur, Ioseph autem ita verberatur, vt carnes ipsæ vsq;

ad ossa

ad ossa discissæ sint. Sanctus verò Aithalas manibus & pedibus sub genua ligatis verberum magnitudine enervatus, carcere includitur, postremo varijs tormentis consummati, sanctas animas Deo tradiderunt.

Eodem die Natalis sancti Acepsimæ, qui sub Theodosio Magno, cellam se inclusit, in qua sexaginta annos transegit, neminem videns aut alloquens, sed sibi ipsi, & Deo vacans omnem recreationem sentiebat, multis verò editis miraculis in pace quieuit.

Eodem die commemoratio sancti Patris nostri & confessoris Theodori Episcopi Ancyrani, & sanctorum martyrum Seueri, Andronæ, Theodoti & Theodotæ ense consummatorum.

Die 1111.

Natalis sancti Patris nostri Ioannicij magni, & beatorum martyrũ Nicandri Episcopi Myræ & Hermæi Presbyteri. Beatus Ioannicius ex regione Bithyniæ ex terrena militia ad cœlestem se transferens, aspera veste se induens, in sublimibus, desertisque montibus, herbis agrestibus vescens, multos annos transegit, & ad cœlestem vitam migrauit: Nicander verò Episcopus, & Hermæus Presbyter, cum multos ab Idolis ad Christum conuertissent, Libanio Præsidi oblati propter Christianæ fidei confessionem, laniati & suspensi, Deo sanctas animas tradiderunt.

Eodem die Natalis sancti martyris Porphyrij, qui fuit ex vrbe Ephesi sub Aureliano Imperatore Christianam fidem confessus, ense obtruncatus est.

Die V.

Commemoratio sanctorum martyrum Galationis & Epistemes. Hi S. martyres sub Decio Imper. pro Christiano-

ni nominis confessione manibus & pedibus mutilati, sanctus Galation annos triginta natus, sancta verò Episteme annum agens sextum decimum obtruncati sunt.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrũ Hermæ, Lini, Gaij, Philologi, & Patrobæ, qui Christianæ fidei confessione insignes, multa propter pietatem perpessi, ac plurimis ad Christi fidem conuersis, quieuerunt in Domino.

Eodem die commemoratio sancti Pamphili martyris qui sub Maximiano Imperatore & Vrbano Præside Palæstinæ sapientia & virtute illustris, pro Christiani nominis confessione semel atque iterum carcere inclusus, & corpore laniatus, martyrij finem consecutus est.

Die VI.

Commemoratio sancti patris Pauli Archiepiscopi Constantinopolitani. Hic fuit ex vrbe Thessalonica post sanctum Alexandrum, Constantinopolitanæ vrbis creatus Episcopus, sed à Constantio Imperatore Arriano ejectus de sede, Romam veniens, Magnum Athanasium, ipsum quoque ab eodem Imperatore de Alexandrina Ecclesia deiectum inuenit.

Die VII.

Eodem die commemoratio sanctorum triginta trium martyrum Hieracis & reliquorum, qui Melitinę sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribꝰ Christianam fidem professi, verberati per multas horas, extra vrbem Melitinam obtruncati martyrium consecuti sunt.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Melasippi, Casinæ, & Antonij, qui sub Iuliano Apostata apud vrbem Ancyram, Christianam fidem professi, martyrij palmam acceperunt.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Auctí Thau-

cti, Taurionis, & Theſſalonicæ apud Amphipolim Macedoniæ. Theſſalonica filia cuiuſdam Cleonis ſacerdotis Idolorum, Chriſtianam fidem amplexa, cum nullis precibus & blanditijs ab ea dimoueri poſſet, nuda crudis neruis à quatuor ſatellitibus verberata, in exilium miſſa, cum neque illic Chriſtum confiteri deſiſteret, in exilio ipſo animã Deo tradidit. Auctus verò & Taurion ducti ad Præſidem Thorybium nudi cæſi, lapidati, & in caminum ardentem iniecti, poſtremo in paludẽ demerſi, atq; illinc incolumes erepti, Præſidis iuſſu obtruncati, felicem ſui certaminis finem adepti ſunt.

Eodem die commemoratio ſancti martyris Athenodori, fratris B. Gregorij cognomento Thaumaturgi.

Eodem die ſancti martyris Alexandri, qui apud Theſſalonicam ſub Maximiano Imperatore martyrium compleuit.

Die VIII.

Celebritas Principis militiæ cœleſtis Michaëlis, & reliquarum virtutum incorporearum.

Die IX.

Natalis ſanctorum martyrum Oneſiphori, & Porphyrij, qui Chriſtum Dominum profitentes, ſanguinem fuderunt.

Eod. die ſanctæ matris noſtræ Matronæ, quæ ſub Leone Magno Imperatore ex Perge vrbe Pamphiliæ monaſticæ virtutis exercitatione nobilis, editis per eam miraculis centeſimum propè annum agens, deceſſit in Domino.

Eodem die commemoratio ſanctæ Theoctiſtæ Leſbiæ. Hæc ex vrbe Methymna, monaſticam vitam ducens, ad Dominum, cui tàm rectè ſeruierat, multos poſt annos migrauit.

Eodem die Natalis ſanctarum mulierum Euſtoliæ & Sopatræ. Sancta Euſtolia fuit ſub Mauritio Imperatore, pijs orta parentibus, quæ à tenera ætate monaſterio dedita, vacans ieiunijs, atq; vigilijs diuino amore accenſa, relicta vrbe Roma, venit Conſtantinopolim, vbi viſitatis ſanctis & venerabilibus locis, Sopatram Mauritij Imperatoris filiam inuenit, à qua rogata eſt beata Euſtolia vt liceret eam ſpiritualem matrẽ habere corporis, & animæ cuſtodem. Itaq; relicta Regia monaſticam vitam aggreſſa eſt, cumq; à patre Imperatore petijſſet, vt locum aliquem idoneum ſibi pararet, ædificata eſt illi domus oratoria, vbi cum ſancta Euſtolia vitam degebat, quam multæ piæ ac deuotæ virgines adeuntes, duram & laborioſam vitam exercitabant: Beata vero Euſtolia plurimis annis in monaſtica exercitatione trãſactis in pace migrauit ad Dominum, B. Sopatram ſuo loco relinquens, quæ ſpiritalis matris exemplum ſequuta ad ſummam virtutem perueniens migrauit ad Dominum.

Eodem die commemoratio ſancti martyris Antonij ex regione Syriæ, qui cum eſſet cæſor lapidum & videret gentiles in Idolorum templo immolantes, à vana ſuperſtitione illos dehortabatur; poſtea vero ingreſſus in eorum templum Idola ipſa contriuit: quare detentus, & grauiter verberatus, dimiſſusq; abijt in Apamiam Syrię ibiq; à ſancto Epiſcopo obtinuit, vt liceret ei templum ædificare ſub nomine ſanctæ Trinitatis, quod cum cœpiſſet, & indigenæ cognouiſſent, nocte irruentes enſibus membratim illum conciderunt.

Die X.

Natalis ſanctorum Olympæ, Rodionis, Soſipatri, Tertij, Eraſti, & Quarti.

Eodem

Eodem die Natalis sancti martyris Orestis. Hic fuit ex vrbe Tyana regionis Cappadociæ, qui sub Imp. Dioeletiano Præside Maximiano ductus ad templum Idolorum cùm in Idola ipsa insufflasset, statim in puluerem redacta sunt. Itaq; in carcerem coniectus, & post septem dies eductus, stetit ad tribunal Præsidis, renuens sacrificare, quamuis clauis longioribus, talis eius perforatis, feroci equo alligatus, & ad viginti longe ab vrbe Tyanensi tractus spiritum Deo tradidit.

Eodem die commemoratio sancti martyris Mili Episcopi & duorum discipulorum, qui ex Persarum regione ad Christi fidem conuersus ac baptizatus diuinas literas edoctus, vna cum duobus discipulis pro mortali & terrena vita immortalem, ac cœlestem assequutus est.

Die XI.

Commemoratio sanctorum martyrum Menæ, Victoris, Vincentij. Et beati patris nostri cõfessoris Theodori Studitę. sanctus magnus martyr Menas sub Imperatore Maximiano militans Præside Argyristo, cùm non pateretur videre Idolorum errorem apertè prædicari, ascendit in montem vbi se ieiunijs & orationibus purgans & diuino Christi desiderio animam accendens descendit de monte, & in medio Idola colentium hominum consistens Christum prædicabat; quare laceratus, & asperis vestibus carnes confricatus, toto corpore laniato beatum martyrij finem accepit.

Eodem die commemoratio sancti martyris Victoris, sub Antonino Imperatore & Sebastiano Duce pro Christi confessione in Italia passi.

Eodem die Natalis sancti martyris Vincentij Diaconi apud Augustopolim Hispaniæ passi.

Eodem die Sanctæ martyris Stephanidis, quæ cum Christum coleret, videns sanctum Victorem admirabili fortitudine, & tolerantia pro Christo tormenta perferentem, Beatum prædicauit, cumq; inspexisset coronas vtrique à Deo paratas, adiens Præsidem Christum Dominum æternum esse confessa est, ob idque cruciata, atq; in duas partes secta, animam Deo reddidit.

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Theodori cognomento Studitæ. Hic fuit sub Imperatore Cõstantino Copronymo diuinis literis eruditus, & vitæ sanctitate insignis, post venerabilem Platonem Abbas Monasterij Studitarum, sæpe in exilium missus, sub Michaële Imperatore, reuocatus paulo post, requieuit in Domino.

Die XII.

Commemoratio sancti Patris nostri Ioannis Archiepiscopi Alexandrini cognomento Eleemonis. hic fuit Cyprius genere, Epiphanij illius regionis Ducis filius, qui cum omnem diligentiam atque operam ad virtutis studium, & Dei gratiam sibi conciliandam contulisset, propter vitæ splendorem, Heraclio Imperatore petente, factus est Archiepiscopus Alexandrinus. Itaque vt lucerna in candelabro posita, eluxit, multisque annis in sacerdotio transactis, multa efficiens miracula, abunde pauperibus, & egenis vitæ necessaria suppeditans. Vnde Eleemonis cognomentum accepit, omnibus & ipsis etiam infidelibus venerabilis migrauit ad Dominum.

Eodem die Natalis sancti Patris nostri Nili. Hic fuit sub Imperatore Mauritio, sanctarum literarum eruditione, & sanctitate morum insignis, qui cum orationis facultate,

tate, & rectæ vitæ exemplo plurimos ad virtutis studium excitasset, in pace quieuit.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Antonij & sociorum, qui fuerunt sub Maximiano Imperatore. Antonius ætate prouectior, Nicephorus verò Zebinas & Germanus iuuenili vigore florentes: comprehensi verò apud Cæsaream, & Christum liberè confessi, obtruncati sunt. Virgo autem Manatho ex Scythopoli nuda per vrbem ducta, igni traditur.

Die XIII.

Natalis sancti Patris nostri Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani.

Die XIV.

Natalis sancti Apostoli Philippi, qui fuit ex Galilæa, ex Bethsaide, vnus è numero duodecim Apostolorum.

Eodem die Natalis sancti Patris nostri Hypatij Episcopi Gangrenæ. Hic fuit vnus ex numero trecentorum & decem, & octo Patrum, qui aduersus Arrium Hæresiarcham Constantino Magno Imperatore, in vrbem Niceam conuenerunt, qui post celebratam sanctam Synodum ad Ecclesiam suam reuersus, à Nouatianis hæreticis insidiantibus per viam transiens lapidatus est. Itaque ex præsenti vita liberatus ad æternam illam perductus est.

Die XV.

Natalis sanctorum martyrum Guriæ, Samonæ & Abibi. Qui apud Edessam martyrium passi sunt sub Diocletiano Imperatore, & Antonino Præside, apud quem delati, quod in carcere Christianos homines curarent, illi astiterunt. Gurias & Samonas accusati, quod hominibus persuaderent, ne Idolis sacra facerent, qua de causa ex

altera manu ſuſpenſi, à tertia vſque ad horam ſextam in confeſſione perſiſtentes, poſtremo enſe obtruncati ſunt. Beatus verò Abibus Diaconus accuſatus quod oppida, & caſtella circumiret, & Chriſti fidem doceret, Imperatore Licinio iubente in ardentem caminum iniectus, matyrij curſum tranſegit.

Eodem die Natalis ſanctorum Baruch & Iacobi fratris Ioannis Theologi.

Die XVI.

Commemoratio ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ Matthæi.

Eodem die Commemoratio ſancti Patris noſtri Quintiliani Epiſcopi Seleuci.

Eodem die, Commemoratio Sanctorum martyrum Elpidij, Marcelli, Euſtochij, & ſociorum; beatus Elpidius vnus ex ordine Senatorum aſſiſtens Iuliano Apoſtatæ, Chriſtianam fidem profeſſus, poſt alia torm̃ta equis ferocibus, & tauris ſimul cum Euſtochio & Marcello, dilaniandus ligatur, quorum membra ruſticis vectibus confracta ſunt, in ignem poſtea iniecti, beatas animas in manus Dei commendarunt.

Eodem die, Natalis ſancti martyris Barlaam ex Antiochia, quem beatus Chryſoſtomus encomijs honorauit. Hic propter Chriſti confeſſionem, ex carcere Iudici oblatus, neruis cæditur, & extirpatis vnguibus ad aram ductus, aperta manu carbones cum ture accepit: ſic enim placuit Iudici, vt ſcilicet, ſi ardore compulſus carbones ipſos cum ture proijceret, cenſeretur Idolis ſacrificia obtuliſſe; ille verò immobilis atque inflexibilis perſiſteret dextram manum ære & ferro duriorem cõtineret, quoad caro ipſa igne conſumpta, atque exeſa in terram defluc-

ret

ret. neruis igitur diuulsis, & manu consumpta, spiritum Deo reddidit.

Die XVII.

Commemoratio sancti Patris nostri Gregorij cognomento Thaumaturgi. Hic fuit sub Aureliano Imperatore, gentilibus ortus parentibus, factus verò Christianus, tot & tanta miracula facere cœpit, vt ex ea re nomine Thaumaturgi appellatus sit.

Eodem die, Commemoratio sancti confessoris Lazari Pictoris. Hic à puero Solitariam vitam amplexus, pingendi artem edoctus est, duriori vitæ, continentiæ, atque eleemosynarum largitioni deditus. Quamobrem sacerdotij gradu decoratus est. Itaque aduersus omnes Hæreses certamen suscepit, totque & tantas ærumnas ab ijs, qui cum Eutyche, Nestorio, & Dioscoro hæreticis sentiebant, quin etiam ab Impijs sanctarum Imaginum oppugnatoribus passus est, quantas verbis explicari facile non est. ob eam causam antiquiorem Romam profectus pro patrijs & Apostolicis dogmatibus pugnaturus.

Die XVIII.

Commemoratio sancti magni martyris Platonis. Hic fuit ex vrbe Ancyra Galatiæ, frater sancti martyris Antiochi, qui propter Christi confessionem oblatus Agrippino Præsidi à duodecim militibus, verberatus & super grabatum æreum accensum extensus, postremo detracta corporis pelle laniatisque carnibus, ense percussus, martyrio coronatus est.

Eodem die Commemoratio sancti martyris Romani. Hic fuit sub Maximiano Imperatore, qui propter Christi fidem Asclepiadem tribunum ad Idolorum templum ingredi volentem detinebat, inquiens: Idola ipsa non sunt

ſunt Dij, Chriſtiani verò homines gentilibus excellunt, idq; vel pueri norunt. Hęc cùm dixiſſet in os cæditur, & maxillis laniatur. Petente autem ſancto Romano ductus eſt puer, qui interrogatus, qualem nam Deum colere oporteret, Chriſtianorum, inquit ille, cùm vero aſtante illic & eius matre, ſitiens puer aquam petijſſet, mater & pia, & religioſa fœmina dixit, Ne bibas puer ex hac aqua, ſed abi, & bibe ex viuenti, & perenni illa aqua: Tyrannus vero rei miraculo confuſus puerum illum obtruncari iuſſit; at ſanctus Romanus, exciſa lingua loquens admirabiliter, Deo gratias agebat. Tanto autem miraculo peruulgato, iuſſu Imperatoris ſuffocatus, à præſenti breui ſæculo liberatus, martyrij coronam accepit.

Eodem die ſancti martyris Romani Diaconi Palæſtini. Hic ex Palæſtina regione genus ducens, Cæſarienſis Paiotiæ Diaconus, Exorciſta ſub Diocletiano Imp. apud Antiochiam martyrij certamen ſubiit. Itaq; ſponte iudicem adiens, ſtatim ignis ſupplicio condemnatur, quod cum cognouiſſet Diocletianus, ignis quidem pœnam remouit, ſed linguam excidi iuſſit. martyr igitur lingua priuatus eſt, ſed nihilominus tamen clarius loquebatur, ac liberius Chriſtum prædicabat, iniectus poſtea in carcerem compunctis pedibus laqueo innexus necatus eſt.

Eodem die commemoratio ſanctorum martyrum Micheæ, Zacchæi Diaconi Gadirenſis Eccleſiæ, & Alphei. ductus eſt beatus Zacchæus ad Tribunal, ferreum & graue in collo habens vinculum, atque interrogatus, grauibus & inhumanis ſubijcitur ſupplicijs, & die, ac nocte cruciatus tormenta ſuſtinebat. Poſt hunc Alpheus plenus ſpiritu ſancto adducitur, & flagris toto corpore cæditur, ac lateribus igni combuſtis carcere includitur: mane eductus, mortem enſe illatam ſuſcepit.

Die

Die XIX.

Commemoratio sancti Prophetæ Abdiæ.

Eodem die commemoratio sancti martyris Azæ hic fuit ex regione Isaurorum militans sub Diocletiano Imperatore, qui relicta militia Eremum incolebat multasque orationes & miracula faciens; delatus verò à quibusdam venatoribus, ductus est ad Diocletianum; quo audiente Christi fidem confessus, traditus est Aquilino tribuno cum centum quinquaginta militibus, qui ad eum capiendum venerant, & eius visis, dum reuerterētur miraculis ad Christum conuersi erant; Siquidem precibus aquam eduxerat, & sitientes recreauerat: Tribunus autem sanctum martyrem Azen ad terrorem multorum plurimis plagis suppositum, in rota suspēsum ferreis vnguibus laceratum, & ad caminum ignis iniectum: cùm verò flamma ipsa extincta esset, & beatus martyr incolumis permansisset, tribuni vxor, & filia ad Christi fidem conuersę sunt. Tunc tribunus centum quinquaginta militum capita abscindi, cum quibus vxorem & filiam obtruncari fecit, postea sanctus martyr ense consummatus est.

Eod. die Natalis S. martyris Heliodori ex Magedo vrbe Pamphyliæ. Imperatore Aureliano in vrbe Roma, Præsidente Aëtio in Magedo ciuitate Pamphyliæ. Beatus Heliodorus in illa ipsa vrbe Christum prædicans delatus est apud Præsidem. Itaq; adductus, cùm Idolis sacrificare non pateretur, suspenditur, & laceratur, cùmq; tormētorum acerbitatem sentiret, clamabat, Domine Iesu Christe adiuua me, statimq; è cœlo voce missa, audiuit, Ne timeas, tecum enim sum. Hanc vocem, qui faces accensas tenebant, atq; insuper quatuor videntes Angelos tormentorum vim prohibentes, in Christum crediderunt, & arguentes Præsidem in mare proiecti sunt,

victoriæ coronas percipientes. Tũc iussit Præses æneum bouem accendi, atq; in illum martyrem inijci, vt iectꝰ est, confestim eius precibus, ardens bos ille effectus est frigidus; ea re iudex magis obstupuit, quod virum illum intus psalmos canentem sensit: accedens vero ad æream illam machinã, cùm vidisset scintillas modo emittẽtem, repente frigidam effectam, sanctum virum increpans, Tu ne, inquit, scelestum caput tuis magicis artibus igni prævaluisti? Cui sanctus ille, Meæ, inquit, magicæ artes Christus est. Præscribe mihi, inquit, trium dierum tẽpus vt mecum ipse cogitem, quid agere debeam. Itaq; remissione accepta, clam Pantheon adijt, cumq; Deum precatus esset, Idola omnia repentè decidentia contrita sunt. Cum hoc audisset Præses Heliodorum ad se ductum furore plenus suspendi iussit, & clauos ignitos in eius caput defigi. cum verò iudex vidisset martyrem nec multitudine, nec varietate tormentorum superari, ad ciuitatem Atalensium illum misit, ibiq; constanter in confessione permanentem in feruentem sartaginem immissus est, vbi stans atque orans illæsus permansit, hortans circumstantes omnes, vt ipsi illuc introirent, promittens ipsos incolumes permansuros, ingressi sunt & ipsi atq; illæsi permanentes crediderunt in Dominum, dicẽtes, Verè magnus est Deus Christianorum. Vt vidit Præses multos in Heliodori Deũ credidisse, timens ne forte è manibus eius eum eriperent, iussit ad vrbem Magedo reduci, quem milites orantem ac psallentem duxerũt. Rursus vir sanctus interrogatus eandem Christi confessionem repetens magis magisq; asseruit, Præses iussit linguã excidi, & suspensum duabus horis cædi & camo imposito extra vrbem traxerunt; quibus vir sanctus manu annuẽs, consti-

constitit ad precandum, qua precatione completa obtruncatus est.

Eodem die certamen sanctorum martyrum Anthimi, Thalelæi, Christophori, Euphemiæ & filiorum, & sancti * Zenchrij. * Menæa magna: Pancharij.

Die XX.

Commemoratio sancti patris nostri Gregorij Decapolitæ. Hic fuit ex Decapoli Isaurię impiorum Iconomachorum temporibus; qui clam fugiens propter prævalentem hæresim illorum, qui sanctas imagines oppugnabant, factus monachus speluncam ingressus est, in qua Dæmones multi habitabant, qui varias quidem & graues molestias viro sancto intulerunt, sed eius oratione fugati sunt. Postea diuina visione admonitus speluncam reliquit, & vrbes ipsas peragrās, venit Syracusas ciuitatem Siciliæ, vbi multa quotidie edebat miracula, postea venit Thessalonicam ad templum sancti martyris Demetrij, postea Byzantium, confessionem assequi cupiens, illinc Romam migrauit, omnem Occidentalem regionem obiens, miraculis & prodigijs multos obstupescere faciens, postremo Byzantium repetit, vt Simeonem confessorem diuinum hominem pro sanctarum imaginum cōfessione inclusum visitaret, quo viso post paucos dies Domino spiritum commendauit.

Eodem die commemoratio sanctorum martyrum Nersæ Episcopi, & Ioseph eius discipuli, & aliorum qui cum ipso consummati sunt apud Persidem. Erat Nersas Episcopus annos natus octuaginta, eius autem discipulus Ioseph octogesimum nonum agebat annum, cum quibus alij erant Episcopi, sacerdotes, idiotæ,

qui cum virginibus & mulieribus diuersis modis probati, & varijs tormentis inquisiti, martyrij coronam retulerunt.

Eodem die Certamen sancti martyris Dasij apud Doroſtolum. Hic fuit Imperatoribus Diocletiano & Maximiano in vrbe Doroſtolo prope flumen Istrum, qua in vrbe morem talem gentiles habebant, vt anniuersarium diem festum Saturno celebrarent, atq; ante triginta dies vnum aliquem è numero militum speciosum eligerent, ac regali veste induerent, atque impiorum voluptatibus omnibus abuterentur, omnemque lasciuiam, & carnis libidinem explerent, eorum lege hoc permittente, post verò triginta illos dies seipsum propria manu iugulatum Saturno offerret. Sorte igitur, & militibus ad Beatum Dasium conuenientibus cogebant, vt illud idem ipse faceret, qui cum esset mentis compos, quoniam, inquit, moriturus sum, satius mihi erit, vt Christianum pro Christo meo mori. Itaque assistens ad tribunal Bassij multa supplicia perpessus, postea obtruncatus est.

Eodem die, Natalis sanctorum martyrum Eustathij, Thespesij, & Anatolij, qui fuerunt Maximiano Imperatore patriam habentes, Galatarum vrbem Gangram, Philothei & Eusebiæ filij, superstitionis gentilium Sectatores. Cùm verò Philotheus vnà cum filio Anatolio Nicomediam iter facerent sancto Luciano Presbytero occurrentes admonitionibus instructi, persuasi sunt, & abeo baptizati. cum verò veniissent Nicomediam, Eustathius, & Thespesius beati Anthimi oratione conuersi, baptizati sunt, & pater ipsorum Philotheus Presbyter, filius verò Eustathius Diaconus ordinatus est, paruo temporis interuallo parentes è vita decesserunt, & eorum filij delati apud Præsidem vt Christiani baculis verberati sunt, & carcere

cere incluſi, vbi diuina Angeli præſentia ex vinculis erepti cibi participes facti ſunt, mane verò diuerſis feris expoſiti, intacti permanſerunt, quos ſibi traditos Antonius Iudex accipiens, Nicæam adductos, varijs cruciatibus ſubiecit; in ligno enim ſuſpenſi, & ferreis vnguibus ita lacerati, vt ſanguine ſuo terram madefecerint, rurſus in carcerem coniecti, rurſus diuina & Angelica præſentia plagarum dolor recreatus, & ipſorum corpora ſana reſtituta ſunt. Hæc videns ſanguinarius ille Iudex, lata ſententia obtruncati, beatas animas in pace DEO tradiderunt.

Eodem die, Sanctorum martyrum Boithazat Eunuchi, & Suſannæ, & ſociorum virorum, & ſanctarum mulierum. Sanctus Boithazat, cum eſſet Chriſtianus, ſoli & igni immolare iuſſu regis Perſarum, ſimul cum ſancta Suſanna interfectus eſt, cum quibus ſanctæ mulieres monaſticæ exercitationis cultrices, Baicha, Thecla, Dinach, Mama, Malchia, Anna, & Tentis obtrũcatæ ſunt. Anna quidẽ & Aſte, & Malchia, quæ perpetuam virginitatem ſeruauerant, gladijs conciſæ ſunt, vbi verò earum ſanguis defluxit pius, productam curationum gratiam fidelibus ſuppeditauit.

Die XXI.

Celebritas ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, qua conſecrata, & repoſita eſt in templo tres annos nata, à Ioachimo, & Anna.

Die XXII.

Certamen ſanctorum martyrum Marci & Stephani, qui ſub Diocletiano Imperatore, & magno Præſide ex Antiochia Piſſidiæ propter Chriſtianam confeſſionem

ad Præsidem adducti & interrogati in Christi confessione persistentes, & plurimis tormentis probati, obtruncati sunt pro Christi nomine.

Eodem die Natalis sanctorum Philemonis, Archippi & Apphiæ discipulorum sancti Pauli Apostoli. fuerunt hi sancti viri sub Nerone Imperatore discipuli Apostoli Pauli, martyrium passi apud Colossos vrbem Phrygiæ, prope Laodiceam, cum enim gentiles Dianæ in eius templo diem festum agerent, ipsi in sanctissima Ecclesia cum reliquis Christianis, Deum glorificabãt, cum verò Idololatræ in eos irruerent, alij aliò aufugientibus, tantummodo Archippus, Philemon, & Apphias remanserunt, pro Christi confessione martyrium cupientes. illos igitur detentos ad Androclem Ephesi Præsidem duxerunt, à quo verberati, & Idolis sacrificare omnino recusantes, in foueas ad renes vsque deiecti, iactis lapidibus interfecti, migrarunt ad Dominum.

Eodem die Commemoratio sanctæ martyris Cæciliæ, Valeriani, & Tiburtij sub Diocletiano Imperatore in vrbe Roma.

Die XXIII.

Natalis sancti Patris nostri Amphilochij Episcopi Iconij, sub Theodosio Imperatore magno. vir diuinarum literarum peritia, & sanctitate vitæ rectæ & Catholicę fidei sinceritate insignis, Basilij magni amicitia & testimonio commendatus. Hic libros orthodoxam fidem continentes conscripsit, & ad summam senectutem prouectus in pace quieuit.

Eodem die, Commemoratio sancti martyris Sisinij. Hic fuit sub Imperatore Diocletiano & Alexandro Præside, ex vrbe Cyzico, qui cum multitudinem Hebræorum

rum & gentilium Christi fidem doceret, & à patrijs erro-tibus, Idolorum ministros ad Christum Dominum con-uersos baptizaret, & fideles ipsos, ne in ærumnis & cru-ciatibus deficerent, suis admonitionibus confirmaret, quique propter Christi nomen in carceribus detinebantur, eos visitans, ad martyrium subeundum excitaret, de-latus apud Diocletianum, detentus, flagris cæsus, & sus-pensus a laniatus, ense obtruncatus est.

Eodem die Commemoratio sancti Gregorij Episcopi Agrigentinæ. Hic fuit sub imperio Iustiniani ex vrbe A-grigento, pijs atque hospitalitatis & eleemosynarum stu-diosissimis parentibus ortus, annos natus decem & octo desiderio venerandi sancta loca Hierosolymam petijt, ibique à sancto Macario Diaconus factus, reuersus est Byzantium, postea Romam venit, vbi Episcopus Agri-gentinus creatus est, quo munere præclarè functus, mul-tis editis miraculis in summa senectute migrauit ad Do-minum.

Die XXIIII.

Natalis sanctorum martyrum Clementis, Romani & Petri Alexandrini.

Eodem die, Natalis sancti martyris Alexandri apud Corinthum. B. Gregorij in aurea petra. & sancti martyris Theodori Antiochiæ, vir sanctus Alexander sub Iuliano Apostata à Salustino tribuno captus, cum fidei Christia-næ desertore Iuliano. . . . . .

Hanc lacu-nam explere possumus ex Menæis ma-gnis Græcorũ.

Die XXV.

Commemoratio sanctæ magnæ martyris Catherinæ, quæ fuit ex vrbe Alexandria.

Eodem

Eodem die cõmemoratio S. magni martyris Mercurij Decio & Valeriano Imperatoribus ex regione orientali qui propter Christianæ fidei confessionem, cùm Decio esset oblatus, gladio percussus,& quatuor palis alligatus, lacerato corpore, postea capite in terram verso suspensus, depositus, Cæsaream vrbem Cappadociæ ductus, annos natus viginti quinque obtruncatus, ad cœlestem patriam migrauit.

Die XXVI.

Natalis sancti patris nostri Alypij Cionitæ. Hic fuit sub Heraclio Imperatore ex vrbe Adrianopoli Paphlagonię, vir omnigena & exercitatione virtutis insignis & tolerãtia ipsa omnes superans; quãdoquidem in columna stetit annos quinquaginta tres in vno procumbens latere, ita vt in altero declinarit annos tredecim, quoad beatam animam Deo commendauit, omne autem vitæ tempus fuerunt anni centum.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Styliani Paphlagonis, qui omnes facultates pauperibus distribuit, & monasticam vitam ingressus laboriosa exercitatione, & vitæ duritia omnes superans, eremum accessit, & speluncam subiens, vbi à diuino Angelo nutritus est, multis denique per eum editis miraculis, mortuus in Paphlagonum regione depositus est, quo loco curationes, & miracula multa perfecit.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Iacobi Anachoretæ. Hic fuit vir mirę exercitationis; cœlum enim pro tecto habens, sub dio viuens, tanquam in alio corpore, omnia patienter perferebat. Multa quidam extiterunt huius sancti viri egregia facta quæ verbis explicari non possunt. Cùm igitur bonum certamen certauerit, exultans migrauit ad Dominum.

Eodem

Eodem die natalis sancti patris nostri Niconis. Hic fuit ex regione Armeniorum, qui cùm audisset vocem illam, Omnis qui reliquerit patrem, vel matrẽ, & quæ deinceps sequũtur, relictis omnibus, venit ad monasterium quoddam vbi omnem virtutis exercitationem exhibẽs, summa vitæ duritia superiores antecessit, aliquando autem postea illinc egressus totum orientem peragrãs, clamabat, Pœnitentiam agite, ex quo & cognomen accepit, cumque regionem Pelopis, & omnes vrbes obijsset, venit in vrbem Laconiam, in qua varia edens miracula, templum erexit Christo Saluatori nostro, vbi ad finem vsq; monachi vitam exercens, coronam sanctæ exercitationis à Christo Domino accepit.

Die XXVII.

Natalis sancti martyris Iacobi Persæ. Hic fuit sub Honorio, & Arcadio Imperatoribus Christianæ fidei cultor inde vsq; à maioribus in vrbe * Bethabata in regione Eluzesiorum, genere illustri ortus, & à Rege Isdigerdo valde honoratus. Quamobrem vt Regalem honorem sibi cõseruaret, desciuit à fide Christianorum, & vnà cum Rege ad ruinã delapsus Christum ipsum abnegauit. Cum verò eius mater & vxor ab ipsius communione ob eam causam se abduxissent, quod Christi ipsius charitati Regis gratiam prætulisset, & propter temporalem gloriã perpetuum dedecus, & condemnationem sibi conscisset, cùm vxor, & mater hæc literis significassent, ille mente compunctus, à vana Regis superstitione discedẽs peccatum suum defleuit, quod scilicet Christum deseruisset. Quapropter ante Regem constitutus est, ad inquisitionem, & cõdemnatus acerbissimam mortem sustinuit,

Menæa magna: Bethlaba.

nuit. Singulis enim corporis compagibus dissolutis, capite obtruncatus est.

Die XXVIII.

Certamen sanctorum martyrum Stephani iunioris, Petri & Andreæ, qui fuerut sub Constantino filio Leonis Isaurici orthodoxa fide, & monastica vita præstantes, de quibus cum audisset impius Tyrannus quod essent orthoxæ fidei sectatores, eiusq; hæresim irridentes, multorum magistri existerent, diuersis temporibus mittens comprehensos ad se adduxit, & sanctum quidem Stephanum per plateam trahi iussit, qui capite obtruncatus excessit: Petrus vero plagis plurimis interfectus migrauit ad Dominum. Post hunc Andreas plurima & ipse sustinens supplicia per vrbem tractus, ac dilaniatus, spiritum Domino commendauit.

Eodem die, Commemoratio sanctorum martyrum qui vnà cum sancto Stephano martyrium sustinuerunt, cum multi ex militibus propter sanctas imagines vitę abrenunciantes, monachi facti essent, peruersus Imperator Constantinus diuersis modis cruciatos interfecit. Nam Basilium quendam renuentem quod heretici proposuerant, sed constanter sanctarum imaginum cultum defendentem, satellites Imperatoris ita calcibus ventrem illius conculcarunt, vt effusis visceribus mortuus fuerit. Alius quidam in Sostenio inclusus, naribus truncatus est; cũ vero tyranni iussu apud Chersonesum exul interficiẽdus foret, fugit in Chazariam, quo loco Episcopus factus, in pace consummatus est. Stephanus vero quidam in regionem Sugdiam relegatus, multos illic adiuuans, terrenæ vitæ finem accepit.

Eodem

Eodem die Natalis beati martyris Irenarchi. Hic ex vrbe Sebastia cum esset carnifex, tormentorum, quæ sanctis martyribus afferebantur, minister, inquisitis quibusdam Christianis mulieribus sub rege Diocletiano Maximo Præside Sebastiæ mente illustratur diuina Christi gratia opitulante, cùm videret mulieres pro Christo viriliter se gerentes, & tyrannum ipsum miraculis confundentes, libere Christum confessus, & se Christianum esse prædicans, in paludem quandam iussu Præsidis inijcitur. Postremo in rogum ignis immissus, atque ex omnibus his admirabiliter liberatus, capite obtruncatur.

Die XXIX.

Natalis sancti martyris Paramoni & trecentorum septuaginta qui cum illo mart. passi sunt. Hi fuerunt sub Decio Imperatore & Aquilino Præside, quos cum ad templum ISIDIS Præses ingressus execrabilia sacrificia Idolis immolaret, iussit & ipsos sanctos viros idem facere; quod cum illi renuerent præcepit omnes occidi. Itaq; admirabiles Christi omnium regis diuina virtute corroborati facti sunt martyres numero trecenti septuaginta. Id cum vidisset sanctus PARAMONVS voce magna clamauit. Nefarium quidem atque impium facinus video, quod scelestus iste tot viros iustos eosque hospites pecudum more iugulat. Hoc audiens iudex, statim PARAMONVM interfici iussit. Quod cum resciisset beatus ille martyr, in eo ipso loco in quo ambulabat, qui missi fuerant illum opprimentes, non vni alicui cædem commiserunt, sed omnes in oculis iudicis, eius sanguinem effuderunt.

Eodem die Commemoratio ſancti Patris noſtri Ioannis Damaſceni. Hic fuit ſub Imperatore Leone Iſaurico, & Conſtantino eius filio ex vrbe Damaſco illuſtribus ortus parentibus, & orthodoxæ fidei obſeruantia excellens. cum verò parentem haberet virtutis admodum ſtudioſum, eius cura & diligentia omnem Encyclopediam edoctus eſt, & diuinitus inſpiratus Scripturas didicit bene perſcrutari. Itaque Chriſtianæ fidei ſtudio accenſus relictis patrijs opibus, monaſticam vitam amplexus eſt vna cum Coſma, cuius laus celeberrima eſt, in his melodiis, & canticis, quæ de diebus feſtis conſcripſit, erat enim omnis eruditionis, & monaſticæ inſtitutionis particeps, quemadmodum & ſanctus Ioannes, qui orationis facultate, & ſanctarum Scripturarum teſtimonijs impiam hæreſim eorum, qui ſacras imagines impugnabant, vehementer cõfutans, ac redarguens, multa eruditè & accuratè ſcripta reliquit, in quibus omnium ferè quæſtionum ſolutio inuenitur. cùm verò ad multam, & laudabilem ſenectutem peruenisſet, exceſſit è vita beatus Ioannes, antea Manſur appellatus, quo vocabulo, & ipſius parentes appellabantur.

Eodẽ die Natalis B. martyris Philumeni. hic ſub Aureliano Imperatore, ex Lycaonia genus ducens, cũ frumentum ferret in regionem Galatarum, delatus apud Felicem Præſidem, & ſe Chriſtianum eſſe confeſſus, clauis ferreis primum fuit pedibus confixus, poſtea ſuſpenſus laceratur, & detractus de ligno, in ardentem clibanum inijcitur, vnde Dei potentia incolumis ſeruatus, iterum clauis, capite, manibus & pedibus configitur, & vſque ad triginta ſtadia impellitur, quoad deficiens, ſpiritum Deo tradidit.

Die XXX.

Certamen ſancti Andreæ, qui primus ad Chriſti fidem voca-

vocatus est. Hic cum per totam Bithyniam, Thraciam, & Schythiam, Euangelium Christi prædicauit, postea Sebastopolim profectus, atque vlterius progressus, Æthiopes Christi fidem docuit, cuius causa crucifixus est ab Ægeate Proconsule, eiusq; corpus repositum est apud Patras Achaiæ, translatum verò postea fuit Constantinopolim, & cum beatis Luca Euangelista, & Matthæo Apostolo, repositum in templo sanctorum Apostolorum.

Eodem die, Commemoratio sancti Patris nostri Frumentij Episcopi Indiæ.

MENSIS DECEMBRIS.

Die primo.

COMMEMORATIO sancti Prophetæ Naum.

Eodem die Natalis sancti Philareti, qui fuit sub imperio Constantini, & Irene, ex regione Paphlagoniæ, probitate vitæ & eleemosynarum largitate insignis, quippe qui plurima pauperibus distribuens eo paupertatis deuenit, vt necessarius etiam victus illi defuerit, sed benignus Deus, illum inopia vexari non permisit; eius enim neptem Mariam nomine decoram & speciosam Reginæ filio Constantino vxorem dari diuinæ prouidentiæ dispensatione disposuit, & illum ipsum Consulis dignitate ornari, & multarum pecuniarum dominum fieri, quas denuo pauperibus ipsis abunde suppeditabat. Cum verò tempus suæ ad Christum migrationis instare cognouisset, omnes sanguine coniunctos conuocauit, eisque futura prædixit, addens & hæc, Filioli hospitali-

tatis nolite obliuiſci; ægrotos, & in carcere detentos viſitate, viduarum & orphanorum patrocinium ſuſcipite, res alienas nolite appetere, ab Eccleſiaſticis congregationibus abeſſe ne patiamini, & vt ſummatim dicam, vt me facere vidiſtis, ita & vos facere ne deſinatis. His dictis precibus ad Deum miſſis in pace quieuit.

Eodem die Commemoratio ſancti martyris Ananiæ Perſæ. Hic fuit ex Arbela ciuitate Perſarum, qui propter Chriſti fidem comprehenſus multa atque intolerabilia ſuſtinuit tormenta. & dum emitteret ſpiritum, vidit ſcalam ad cœlum vſque peruenientem, viroſque inſtar ignis effulgentes ſe ad ciuitatem lucis, & lætitiæ plenam inuitantem, & ſic conſummatus eſt.

Eodem die Commemoratio ſanctorum Antonij Iunioris & Oneſimi, Archiepiſcopi Epheſi.

Die II.

Commemoratio ſancti Prophetæ Abacuc.

Eodem die Commemoratio ſancti martyris Abibi, qui ſub Licinio Imperat. cum eſſet in ordine diaconatus, Chriſtianæ confeſſionis cauſa comprehenſus, in ignem eoniectus martyrij finem aſſequutus eſt, quem Chriſtiani ſuſtulerunt, eumque vnctum depoſuerunt cum martyribus Guria & Samaua in loco qui dicitur Bethelachicla.

Die III.

Commemoratio ſancti Prophetæ Sophoniæ.

Eodem die Commemoratio ſanctorum eremitarum Ioannis Heraclemonis, & Andreæ & Theophili. Hi ſancti viri fuerunt ex vrbe Oxyricho, Chriſtianorum parentum filij, qui multos annos diuinarum litterarum lectioni

vacan-

vacantes ad interiorem eremum secedentes, vitæ asperitate & ieiunijs multis dediti sexaginta annos transegerunt, atque ita in Domino quiescentes, decesserunt.

Eodem die, Commemoratio sanctæ martyris Myropes. Hæc fuit ex vrbe Epheso, quæ mortuo patre baptizata incumbens ad monumentum sanctæ Hermiones vnius ex filiabus sancti Philippi, vnguentum ex sepulchro martyris suscipiebat, idque omnibus abunde tribuebat, ex quo & ipsa nomen est sortita Myrope dicta est, quæ Decio Imperatore persecutionem contra Christianos commouente apud insulam Chium propter Christianæ fidei confessionem vectibus grauiter verberata & crinibus per totam vrbem tracta, Deo spiritum reddidit.

Die 1111.

Commemoratio sanctæ martyris Barbaræ sub Maximiano Imperatore, quæ ex Oriente filia fuit Dioscori cuiusdam.

Die V.

Commemoratio sancti Patris nostri Sabæ. Hic fuit sub Theodosio minore ex regione Cappadocum Christianis ortus parentibus, qui ab ipsa pueritia monasticam vitam aggressus admirabili abstinentia vsus, & sanctę vitę insignis cùm multa edidisset miracula annos natus nonaginta quatuor.

Eodem die Commemoratio sancti Patris nostri Ioannis Episcopi Polyboti cognomento Thaumaturgi. Hic propter vitæ sanctitatem Episcopus Polyboti ordinatus, ieiunijs, continentia, & reliquis virtutibus excellens, Leonem execrabilem illum Imperatorem sanctas imagines blasphemare ausum vehementer reprehendit apud vrbem Constantinopolim, ex qua reuersus in suam Ecclesiam gregem suum rectè pascens quieuit in pace.

Eodem

Eodem die Natalis S. martyris Anastasij. Hic cum sanctos martyres à gentilibus inquisitos videret propter Dei cõfessionem membratim discerpi, & ipse esset Christianus, considerans quanta illis à Deo reposita essent bona, cupiens illa consequi, quodam die corde accensus, cruce totum corpus signauit, in stadium cucurrit, & stãs in medio consessu, magna voce clamauit, Inuentus sum ab ijs qui me non quærebant, manifestus factus sum his qui me non interrogabant. Cùm verò omnes illum intuerentur, dixit, Audite vos omnes ministri Diaboli, audite inquam, Christianus ego sum, atque in Dominum meum Iesum Christum credo, & Idola vestra cum adoratoribus suis anathematizo atq; auersor. Illi vero ita liberè prædicantem audientes obstupuerunt, statimq; exuentes flagris cæsum carnifices, obtruncarunt, & in mare proiecerunt.

Die VI.

Natalis S. patris nostri Nicolai Episcopi vrbis Mylanensis, miraculorum effectoris.

Die VII.

Natalis sancti patris nostri Ambrosij Episcopi Mediolanensis.

Eodem die Natalis sancti martyris Athenodori. Hic fuit sub Diocletiano Imperatore ex Mesopotamia Syriæ monasticam vitam à puero ingressus, delatus verò vt Christianus apud Præsidem Eleusium Christum confessus inter duas columnas extensus, accensis facibus vritur & vncinis in nares infixis cruciatur, postremo multis & varijs tormentis superatis lata sententia vt ense percuteretur, qui illum percussurus erat dissoluto corpore tanquam mortuus cecidit, manu ipsa cum ense in terram excidente, cumq; nullus alius ad eum accedere ausus esset beatus martyr Deum precatus spiritum tradidit.

Eodem

Eodem die S. trecenti martyres in Aphrica gladio consummati sunt Zenone Imperatore, & Hunerico Ariano Rege, propter orthodoxę fidei cõfessionem, apud vrbem Carthaginem obtruncati, cum Arianis sentire non passi: sacerdotibus autem maiora excogitantes supplicia, duos incenderunt, sexaginta verò eloquentioribus linguas exciderũt, qui dispersi per omnem Romanorum regionem Dei ipsius vim in efficiendis miraculis maximam sine lingua prædicabant ita distincte & apertè & articulata verba proferentes, vt hæc videntes & audientes obstupescerent: ex quibus vnus quispiam post gratiam confessionis Christi lapsus in peccatum carnis, diuinam gratiam à seipso fecit discedere. Hæc non pauci rerum gestarum scriptores in suis historiarum monumentis scripta reliquerunt.

Eodem die commemoratio sanctorum ex numero septuaginta, Sosthenis, Apollo, Cephæ, Tychici, Epaphroditi, Cæsaris, & Onesiphori. Ex his Sosthenes quidem cuius sanctus Apostolus Paulus meminit, fuit Episcopus Colophonis; Apollo vero cuius & idem Apostolus mẽtionem fecit, Episcopus Dyrrachij: Onesiphorus, cuius mentio ab eodem Apostolo facta est, fuit Episcopus Choroneæ. Hi omnes cũ bene rexissent Ecclesias suas, multa pro Christo perpessi consummati sunt.

Die VIII.

Eodem die Commemoratio sancti patris nostri Sophronij Episcopi Cypri. Hic eiusdem Insulæ ciuis, Christianis ortus parentibus, ingenij acrimonia excellens, multa didicit, & diuinas literas edoctus in illarum meditatione assidue versabatur. Itaque tantam virtutem assequutus est, vt multa per eum edita sint miracula, quamobrem post mortem Damiani Episcopi Cypri eiusdem

vrbis Episcopi factus fuit, qui pauperes nutriens, orphanorum & pupillorum, viduarum patronus, eorumque adiutor quibus iniuria inferebatur nudosq; operiēs, his harum rerum & similium studijs intentus in pace quieuit.

Die IX.

Commemoratio sanctæ Annæ matris Deiparæ virginis. Item sanctæ Annæ matris Samuelis Prophetæ.

Die X.

Cōmemoratio sanctorum martyrum Sosithei, Narses, & Isaac, qui propter Christi confessionem gladio cæsi sunt.

Eodem die commemoratio sanctorum Christi martyrum Menæ, Hermogenis, Calliceladi & Eugraphi, sub Maximiano Imperatore propter Christiani nominis confessionem apud Alexandriam varijs tormentis cruciati sunt, quorum pretiosæ reliquiæ Byzantium translatæ plurima efficiunt miracula.

Eodem die Natalis sanctæ Gemelli martyris. Hic fuit sub Iuliano Imperatore Apostata, qui cum per vrbem Ancyram iter faceret, in eius conspectu impietatem ipsius redarguit. Itaq; iussu Imperatoris ferrea Zona igne accensa, cingitur, & apostatam ipsum sequitur. Cum verò Edessam venissent, rursus robustus ille Christi Athleta siluestribus lignis verberatur & in feruentem sartaginem adipe, resina, & oleo plenam inijcitur, postea ferreis clauis eius caput confixum est, & pellis ipsa è corpore detracta instar ouis; posthæc in cruce suspenditur, clauis manus, & pedes affixus, cuius corpus fideles homines de ligno depositum sub terra condiderunt.

Die

Die XI.

Commemoratio sanctorum, Danielis, & beati patris nostri Lucæ, qui Stilytæ dicti sunt, propterea quod in columna mirabiliter stantes, multos annos transegerunt.

Eodem die certamen sancti martyris Barsabæ qui cum liberè Christum verum DEVM confiteretur, à Præside Persiæ obtruncatus est.

Die XII.

Commemoratio sancti patris nostri Spiridonis Episcopi Trimetuntis vrbis CYPRI. Hic sub Constantino, & Constantio filio fuit primum pastor ouium, postea mortua vxore factus est Episcopus tot & tantis à DEO ipso dignatus miraculis, vt ex his cognomẽ acceperit: Thaumaturgus enim appellabatur. Hic cum recte sibi commissum gregem gubernasset ex terrestri vita ad cœlestem migrauit.

Eodem die Natalis sancti martyris Syneti. Hic fuit ex antiquiore vrbe Roma Aureliano Imperatore, qui à puero traditus à parentibus Romano Pontifici, sacras literas edoctus à sanctissimæ Ecclesiæ Romanæ beatissimo Pontifice SIXTO lector constitutus est. Hic cum multos ad Christianam pietatem hortaretur, gentilium Deos irridens, eorumque errorem redarguens, accusatus apud Imperatorem Aurelianum detentus, & interrogatus libere Christum confessus est. Itaq; obtruncatus migrauit ad Dominum.

Eod. die commemoratio sancti patris nostri Alexandri

Archiepiscopi Hierosolymorum. Cùm Decio Imperatore aduersus Christianos commota esset persecutio, missi sunt per omnes regiones, qui Christianos homines inquirerent,& diuersis supplicijs cruciarent, tunc sanctissimus Alexander delatus apud Præsidem Cæsareæ, vinctus ac ductus est, & magna voce Christum omnium rerum Creatorem prædicans,Idola verò detestans,Dæmones esse affirmans, varijs tormentis cruciatus, à feris deuorandus condemnatur. illic igitur statim vestibus exutus, in theatrum alligatus producitur, in quem diuersas feras tyrannus immisit; ille verò Deum ita precatus est, Domine si voluntas tua est,vt nunc consummer, fiat quēadmodum tibi placuit; ferarum verò quæ in illum immissæ sunt, aliæ tanquam ipsum submissis capitibus adorantes ad sua latibula reuersæ sunt, aliæ ad terram volutatæ eius pedes deosculabātur, aliæ carnis vulnera lambebant linguis; sanctus verò Præsul Deo gratias agens auolauit ad Dominum,corpus illæsum in terra relinquens, quod religiosi quidam viri reuerenter vnguentes,& velis inuoluentes in loco insigni reposuerunt.

Die XIII.

Certamen sanctorum martyrum Eustratij, Auxentij, Eugenij,Mardarij,& Orestis. Hi verò sancti extiterunt sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus sub Duce Lysia & Agricolao,Orientis prouinciam gubernante; & sanctus quidem Eustratius ex Arabracenorum vrbe ortus est,* Scriniarius existens Ducalis ordinis, in quo primas gerebat, cupiens verò pietatem liberè profiteri, sed timens rei euentum,zonam per aliquem ministrum deponi iussit in Arabracensi concione. Hic vltro se obtulit Lysiæ, & Christianam fidem professus, zona militari priuatus,

* μεγιστᾶνος.

natus, Tyranni iussu denudatur, & flagris cæditur, postea funibus ligatus in sublime tollitur, ad hoc sale & aceto commixto eius membra perfusa sunt, latera verò asperis testis contrita, ex quibus omnibus mirabiliter euadens incolumis, sanctum *Eugenium* ad Christi fidem libere prædicandam inuitauit. Itaque & *Eugenius* ipse Christum confessus, se cum sancto *Eustratio* sentire asserens, eundemque Christum á se coli asseuerabat, tunc ferreis crepidis affixis, sanctus Eustratius ab vrbe *Sebastenorum* vsque ad Nicopolim abigebatur, quem sanctus Mardarius cùm adduci vidisset, beatum prædicauit; quamobrem & ipse *Præsidente* Lysia primus Auxentius obtruncatus est, sanctus verò Mardarius perforatis talis inuerso capite suspensus posterioribus corporis partibus adustis, decessit. Sanctus verò Eugenius excisa lingua, & manibus, cruribus etiam contractis præsentis vitæ finem accepit. Hæc cum vidisset beatus Orestes, se CHRISTI seruum appellans cum Eustratio vinctus vterque à Lysia ad Agricolaum missus est. cumque omnem gentilis erroris fallaciam ex eorum etiam libris redarguisset (erat enim summa eruditione præditus) & Christi dispensationem enarrasset, Tyranno stuporem attulit: Sancto autem Oreste in ferreo grabato accenso prius posito, atque in eo ipso beatæ confessionis fine expleto, postea *Eustratius* in caminum ardentem iniectus martyrij corona donatus est.

Die XIIII.

Sanctorum martyrum Thyrsi & Leucij sub Decio Imperatore & Cumbritio *Præside* persecutionem Christianorum commouente in partibus Nicomediæ, Niceæ & Cæsareæ Bithyniæ. Cum sanctus Leucius Christum confite-

fiteretur, & Idolorum vanitatem improbaret, & in Christiana confessione constanter permaneret, obtruncatus est. Præsidi verò Hellespontum proficiscenti sanctus Thyrsus occurrens libere DEVM Christum esse prædicans, & Tyrannum arguens quod temerè ijs qui dij non sunt, honorem tribuerent. Itaque verberatur, manibus & pedibus ligatur, eiusq; palpebræ transfiguntur, alijsq; multis tormentis cruciatus cùm Christi gratia, ex omnibus his incolumis euasisset, precibusq; omnia Idola subuertit, postea in vas aqua plenum capite inuerso deijcitur, quo statim fracto, ex pinna muri precipitatus est, solo ipso in quod deijciendus esset, acutis clauis, & ferro substrato, ex quibus Christi potentia illæsus seruatus est. Cum verò Cumbritius & Siluanus vitam malè abrupissent, successit Baddus Præses, qui sanctum virum sacco inclusum in mare deiecit; sacco verò disrupto, Angelorum præsentia in continentem terram eductus, denuo verberatur, atque iterum suis precibus simulachra destruit, & feris esca proponitur, ex quibus incolumis ereptus, tam grauiter cæsus est, vt eius carnes discerptæ in terram deciderint, quo tempore sanctum Callinicum Idolorum sacerdotem ad Christi fidem attraxit, maiorem enim omnibus Deum illum esse censuit, cuius inuocatione Idola ipsa deciderent. Cum enim sanctus Thyrsus esset in vrbe Appollonia inanium Deorum simulacra oratione deiecit, quo facto sanctus Callinicus Idolum deijciens, quod illi adorabant, ense percussus finem accepit. Sanctus verò Thyrsus in arcam iniectus, vt ferra dissecaretur, cùm carnifices ipsi manus mouere non possent, illæsus permansit, & in pace quiescens, spiritum DEO reddidit.

Eodem die Natalis sanctorum martyrum Philemonis,

Apol-

Apollonij, & sociorum. Hi fuerunt sub Diocletiano Imperatore, & Arriano Præside Thebaidis apud Ægyptum, cum septem & triginta Christiani detenti, & ad Iudicem ducti essent, vnus ex illis, Apollonius nomine, Catholicæ Ecclesiæ lector formidans tormenta, quæ Iudex minatus fuerat, quatuor aureos dedit Philemoni tibicini, vt indutus se illius vestibus, pro ipso Idolis sacrificaret. Ingressus igitur Philemon id facere omnino recusans, CHRISTVM confessus est; Cùm verò Iudex ipsum non cognouisset, iussit Philemonem introire, & tibias inflare, vt melodiam audientes, Christiani ea re delectati, Idola ipsa adorarent: cognitus est Philemon, quod ipse esset lectorem Apollonium simulans. Admonente igitur Præside, vt Christianus esse desineret, additque frustra illum laborare, si quidem nisi esset baptizatus, cum Christianis numerari non posset. Cum igitur peteret baptizari, neque id facere auderet, orante illo imbrem super illum solum demisit DEVS, ita vt omnes præsentes obstupescerent, & Philemonem ipsum certiorem faceret, quod nemine audente propter metum Præsidis eum baptizare, è cœlo baptismus demissus sit. Comprehensus verò Apollonius, quippe qui causa fuerat, Philemoni vt ad CHRISTI fidem conuerteretur, sectis pedum neruis, per totam vrbem tractus est; Philemon in arbore suspensus, sagittis petitur, sed sagittæ ipsæ illum non tangebant; vna verò ex illis ipsis Præsidis oculum compunxit, quod cum vidisset sanctus Philemon, dixit: Post martyrium meum accipiens puluerem ex sepulchro, sanum efficies oculum, quod reuera factum est, cum enim vtriusque caput abscissum esset, Præses post aliquot dies venit, vt vide-

videret reliquias sanctorũ martyrum, & sanitas exuli restituta est. quamobrem & ipse, & qui cum eo erant in Christum credentes, baptizati sunt. id cum cognouisset Diocletianus, detentum, & ferreis vinculis adstrictum, saxo collo alligato in hiatum terræ deiecit, quem admirabiliter seruatum, lecto in palatio Regali astantem vidit, magumque esse suspicatus in mare deiecit.

Eodem die commemoratio sanctorum quatuor Protectorum, qui cum B. Ariano martyrij certamẽ sustinuerunt, postquam sanctos martyres Philemonem & Apollonium diuersis tormentis cruciatos in hiatum terræ Diocletianus deiecit, B. etiam Arianum in profundam terræ foueam deiectum congesta terra operuit, eiusque sede desuper posita, iussit milites ludentes dicere, Videamus, num veniat Deus Arriani, & illum liberet à fouea, posthæc rediens ad domum regiam, venit ad lectum vt illic decumberet, & videt ferrea vincula, & saxum ante cubile ipsius suspensa & Arianum ipsum in lecto cubantem, quare perterrefactus in mare deiecit, cum quatuor Protectoribus, qui vnà cum illo in Christum crediderũt.

Die XXV.

Certamen SS. martyris Eleutherij. Hic fuit ex vrbe Roma matrem habens nomine Anthiam Christi fidem à beato Paulo Apostolo edoctam. Hic à Pontifice Aniceto sacras literas eruditus, clericus effectus est, deinceps ordinatus Diaconus, & presbyter, postea Episcopus Illyrici, cum q; multos Christi fidem doceret, detentus ab Adriano Imperatore, quo audiente Christum prædicans vehementer cruciatus est, & * Corebori tribuni consilio in caminum ardentem iniectus, in quem Spiritu sancto commotus Coreborus ipse ingressus, Christum ipsum Deum esse confessus est, & illinc egressus incolumis

* Menæa magna: Coremmonis.

columis, ligatus ad ferocium equorum currus, atq; hinc ab Angelo ereptus ductus est ad montem, quo missi sunt milites ad illum detinendum, qui ab eo baptizati, postea alij fere quingenti. ductus verò ad Imperatorem feris proiectus, & incolumis seruatus à duobus militibus interfectus euolauit ad Dominum.

Die XVI.

Commemoratio sancti Prophetæ Aggæi.

Eodem die commemoratio sancti martyris Marini. Hic fuit sub Carino Imperatore Romanus senatorij ordinis particeps; delatus vero vt Christianus ductus, cum nollet sacrificare suspẽsus est, laceratus, & in sartaginem feruentem iniectus, admirabiliter liberatus est, igne ipso in rorem conuerso ferisq; multis in illum immissis seruatur incolumis. post hæc, quasi sacrificaturus ad Aram accedens precibus Idola ipsa deiecit, comitantibusque illum patre & matre beatum prædicantibus, gladio martyris palmam consecutus est.

Die XVII.

Commemoratio sancti Prophetæ Danielis, & trium puerorum, Ananiæ, Azariæ, & Misaëlis.

Commemoratio sanctorum patrum nostrorum Abraam, Isaac & Iacob, & Danielis Prophetæ.

Die XVIII.

Cõmemoratio sancti martyris Sebastiani, & sociorum, Zoes, Tranquillini, Nicostrati, Claudij, Castoris, Tiburtij, Castuli, Marcellini & Marci, sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus.

Die XIX.

Natalis sancti martyris Bonifacij.

Commemoratio sancti patris nostri Gregorij Grigentini.

Die XX.

Natalis sacrosancti martyris Ignatij.

Eodem die, commemoratio sanctorum martyrum Eugenij & Macharij, qui sub Iuliano Apostata detenti atque ad illum ducti, eius impietatem arguentes in ignem traditi, serpentibus venenatis obijciũtur, à quibus illæsi permanentes vincti missi sunt in Mauritaniam in regionem Andidonem, quam Christi notitia illustrantes, plurimis editis miraculis beatas animas Deo tradiderunt.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri Philogonij Episcopi Antiochiæ. Hic beatus vir, diuinarum literarum scientia illustris, in tribunali diu versatus patrocinium egenorum, viduarum, & pupillorum suscepit, postea ad Christi gregem gubernãdum assumptus est, quo tempore multa erat difficultas gubernãdi, cùm paulo ante persecutio ipsa cessasset, & difficillimæ tempestatis reliquiæ supersessent, licet hæreticorum irruptio eius tempore incipiẽs, ipsius sapiẽtia intercepta fuerit quemadmodum, & beatissimus Ioannes Chrysostomvs encomijs eum honorans latius de eius laudibus disseruerit. Hic gregem sibi commissum disciplina Deo grata pascens Angelicam super terram vitam duxit, & sacerdotio excellens ad Dominum migrauit.

Die XXI.

Commemoratio sanctæ martyris Ivliannæ apud Nicomediam. Hæc sub Maximiano Imperatore.

Die XXII.

Commemoratio sanctæ martyris Anastasiæ sub Diocletiano Imperatore in vrbe Roma.

Eodem

Eodem die Natalis sancti martyris Chrysogoni in vrbe Roma sub Diocletiano Imperatore.

DIE VIGESIMO tertio.

Natalis sanctorum martyrum decem apud Cretam passorum.

DIE VIGESIMO quarto.

Certamẽ sanctæ Eugeniæ martyris, & sociorum. Hæc fuit sub Commodo Imperatore filia tribuni in vrbe Roma; missus autem pater ab Imperatore in ciuitatem ALEXANDRIÆ, vt tribunatus magistratum gereret secum duxit vxorem & filios, quorum vna fuit beata Eugenia, quæ cum literas ediscceret, & in multorum librorum lectione versaretur, incidit & in Epistolas sancti Apostoli PAVLI, ex quibus Christi fidem didicit. Itaq; patrios tumultus & mundi fallaciam derelinquens, cum duobus eunuchis ad monasterium, quod est ante ciuitatem ALEXANDRIÆ se contulit, virili habitu induta. accepta igitur hospitio ab ELENO Episcopo causam addens quare illuc veniisset, diuino Baptismate cum ijs quos secum duxerat, dignata est, & in ordinem monachorum aggregata, & post aliquod tempus, monasterij curam sibi creditam suscepit, vbi propter miracula quæ per illam Deus efficiebat; facta est familiaris mulieri cuidam ordinis senatorij, quæ Melanthia vocabatur; accusata postea est ab illa quasi ad coitum illam prouocasset, crimen obijciens, quod illius naturæ repugnabat: existimans enim marem esse propter speciem habitus, eius pulchritudine vulnerata cum sæpe periculum faciens ab ea repulsa esset, detulit

illam ad Philippum Tribunum. Cum verò Pater illam accersiri iussisset, veritas detecta est, non solum quod in habitu viri esset mulier, sed etiam quod Tribuni esset filia, quare patrem, matrem, & multos ex familia, ad Christianorum fidem attraxit; & pater quidem Tribuni dignitate deposita baptizatus est, postea & martyrij perfectionem assecutus, irruentibus in eum in templo Idolorum infidelibus, qui & illum gladijs interfecerunt; sancta verò Eugenia Romam adducta est cum matre, & fratribus Proto, & Hyacintho eunuchis, qui obtruncati sunt, ipsa verò saxo graui alligato in Tyberim flumen proiecta est, atque illinc seruata gladio consummationem accepit.

Die XXV.

Natalis secudum carnem Domini & Dei, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI.

Eodem die, Adoratio sanctorum Magorum.

Die XXVI.

Celebritas sanctæ Dominæ nostræ Dei Genitricis semper virginis Marię & sancti ac iusti Ioseph eius sponsi.

Die XXVII.

Celebritas sancti Protomartyris, & Archidiaconi Stephani. Et sanctorum confessorum Theodori & Theophanis fratrum.

Eodem die, Commemoratio sancti martyris Mauritij & septuaginta sociorum, qui sub Maximiano Imperatore apud vrbem Apamensem passi sunt.

Die XXVIII.

Certamen sanctorum viginti millium martyrum sub Maximiano Imperatore apud Nicomediam combustorum.

Die

Die XXIX.

Natalis sanctorum Infantum ab Herode interfectorũ.

Die XXX.

Commemoratio sanctæ martyris Anysiæ, quæ sub Maximiano Imperatore ex vrbe Thessalonica à milite quodam Idolis seruiente, atque ad aram sacrificij offerendi causa attrahente, sanguinem effundere maluit potius, quàm Christum abnegare.

Die XXXI.

Commemoratio sancti martyris & Presbyteri Zotici orphanorum nutritoris, qui fuit ex antiquiore vrbe Roma, claris ortus parentibus à Constantino Magno in ciuitatem Constantinopolim, vnà cum alijs quibusdam nobilibus ductus.

FINIS.

HENRICVS CANISIVS Lectori.

THESAVRVM *hunc, (ita enim Menologium hoc lectissimum opusculum semper habui) Andreæ Schotto Societatis* IESV *acceptum refero, viro de omni antiquitate optime merito. Sed non minores gratiæ habendæ Reu. & nobili Domino Antonio Velsero Marci fratri, quos quotiescunque nomino, si eos debitis encomiis ab exquisita & admiranda eruditione repetitis non afficiam, scito causam esse quia illa nomen ipsum præfert. Submisit ergò ille Frisinga tomos Menæorum magnorum, Græce tantum excusos, sine quibus,*

fateor, nunquam eluisſem menda quæ erant in m ſ. apographo. Non tamen cum illis ſolis comparaui hoc Menologium, ſed & cum Typico Sabæ cum Horologio, Euchologio, Anthologio, Triodio, & Paracletice Græcorum, cumq; ijs Græcorum faſtis quos Genebrardus præmiſit commentario ſuo in pſalmos. Illuſtriſſimus Baronius hoc ipſum m ſ. Menologium à Sirleto habuit, quod paſſim tanquam peruetuſtum & optimæ notæ laudat, & vbi Græcorum Menæa citanda ſunt, ferme hoc citat, tam in notis ad Rom. Mart. quam in Annalibus.

Habuimus in ſingulos auctores huius tomi II. paratas notas, & varias lectiones, nominatim etiam illas promiſſas quibus Q. Hilarion melior fieri poſſit. ſed quod in editione tomi I. accidit, hoc multo magis hic. Excluſit nimirum anguſtia temporis omnes. Et liberanda fides fuit, quam dedimus, te ad nundinas vernas habiturũ tomum II. Habes illum, ſed ſine notis, quas tamen dabimus in tomo III. Nam & tertiũ promittimus, ea lege, ſi tu erudite Lector iuues; iuuabis autẽ ſi quæ ſunt in ſinu tuo & antiquario theſauro promas. Dabim⁹ præter cætera, aureũ fragmẽtum Annalium Francicorum ab anno 741. vſq; ad an. 791. quos Regino Prumienſis ſe in hiſtoria ſequutum profitetur. Meminit horum Annalium Pithoeus etiam in inſcriptione Vitæ Caroli Magni, quã inter ſcriptores Francicos dedit, illos tamen apparet eum non vidiſſe.

Dabimus etiam quatuor Orationes in Concilio Baſileenſi habitas doctiſſimas, longiſſimas; quæ nuſquam vnquam editæ: Tres iam m. ſ. poſſidemus beneficio admodum Reuerendi & Clariſſimi Domini Georgij Lautherij; quartam propediem eruendam ex abditis bibliothecæ ſpero. Has vbi videris, ſat ſcio, rapies; vbi legeris, theſaurum habebis.

*****
*

INDEX

INDEX SANCTORVM IN MENOLOGIO.

A

Abacuc Propheta 2. Decemb.
Abda Ep. 31. Mart.
Abdæus mart. 5. Sept.
Abdias Propheta 19. Nou.
Abercius & Helena mart. 26. Maij.
Abercius Ep. Hierapoli 22. Octob.
Abibus diaconus & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. Decemb.
Abibus vel Sabinus martyr Hermopoli 13. Mar.
Abibus, Gurias, Samonas mart. Edessæ 15. Noue. 2. Decemb.
Abidella cum Symeone mart. in Persida 17. April.
Abraham Patriarcha 9. Octob. 17. Dec.
Abrahamius mart. Persa 4. Febr.
Abramius seu Athanasius ex Atho mona. 5. Iulij.
Abraham 29. Octob.
Abudemius mart. in Tenedo sub Dioct. 15. Iul.
Acatius martyr Cappadox sub Maximiano. 7. Maij.
Acatius cum Patritio &c. mar. 19. Maij.
Acatius mart. Mileti sub Licinio 28. Iul.
Acatij Epi. Melitini inuentio 15. Sep.
Acepsimas, Aithala, Ioseph mar. 3. Nou.
Acepsimas Inclusus sub Theodosio 3. Nou.
Achillius metropol. Lariss 15. Maij.
Acindynus cum Victore, Zotico &c. mart. sub Dioclet. 20. April.
Acindynus, Zeno, Theoprepius &c. mart. sub Maximiano 22. Augusti.
Acyndynus & soc. mart. sub Sapore 2. Nou.
Acutio mart. cum Ianuario &c. Puteolis sub Dioclet. 21. April.
Adauctus & Theotecnus mart. 3. Octob.
Ædesius mart. 2 April.
Æmilianus martyr Dorostori sub Iuliano 18. Iulij.
Æmilianus Ep. Cyzici 8. August.
Ætherius Ep. mart. 4. Mart.
Ætherius mart. sub Dioclet. 18. Iunij.
Æthiops quidam sub Cercyllino Rege 29. April.
Æthiops eunuchus à Philippo baptizatus 27. Augusti.
Africanus cum Terentio &c. mart. in Africa sub Decio 10. April. 13. Martij. 28. Octob.
Agabus 8. April.
Agape & Chionia virgo mart. sub Dioclet. 16. April.
Agape vide Charitas.

Agapi-

Agapitus Papa 17. April. 25. Auguſt.
Agapius & ſoc. mart. ſub Diocl. 15. Mart.
Agapius, Timotheus, Tecla mart. Gazæ ſub Diocl 19. Aug.
Agapius cum matre Baſſa Edeſſæ ſub Maximiano 21 Auguſt.
Agapius, Theopiſtus & ſoc. mart. Romæ ſub Traiano 20. Sep.
Agapius, Eudoxius & ſoc. 8. Mart. ſub Licinio 2. Nou.
Agatha mart. 4. Febr.
Agathangelus mart. Ancyræ 23. Ian.
Agathoclia ancilla mart. 17. Sep.
Agathodorus, Agathonica, Carpus, Papylus mart. 13. Octob.
Agathonicus & ſoc. mart. 22. Aug.
Agathopodes mart. Theſſalon. 4. April.
Aggæus Propheta 16. Decemb.
Agrippina martyr Romæ ſub Valeriano 23. Iunij.
Aithalas, Acepſimas, Ioſeph mart. 3. Nou.
Alexander mart. Pidnæ 14. Mart.
Alexander mart. ſub Maximiano 13. Maij.
Alexander miles & Antonina mart. 8. Iunij.
Alexander, Coprus, Patermuthius mart. ſub Alexandro 9. Iul.
Alexander & ſoc. mart. Pergæ Pamphiliæ ſub Diocletiano 1. Auguſti.
Alexander &c. patriarcha Conſtantinop.
Alexander, Alphæus, Nicon & ſoc. mart. 28. Sep.
Alexander Ep. Heraclius, mart. &c 22. Octob.
Alexander mart. Theſſalonicæ ſub Maximiano 7. Nouemb.
Alexander Corinthi mart. ſub Iuliano 24. Nouemb.
Alexander Archiepiſcop. Hieroſolym. mart. ſub Decio 12. Decemb.
Alexandra cum ſoc. mart. in Paphlagon. 19. Martij.
Alexandra vxor Diocletiani mart. 21. Ap.
Alexandra cum Thecuſa &c. mart. Ancyræ 18. Maij.
Alexandri duo Ægyptij mart. 15. Mart.
Alpheus, Philadelphus, Cyrinus mart. in Sicilia 10. Maij. 27. Au.
Alpheus Apoſtolus mart. 26. Maij.
Alpheus, Marc°, Paſtor & ſoc. mart. 28. Sep.
Alpheus, Micheas, Zachæus mart. 18. No.
Alypius Cionita 26. Nou.
Ambroſius Ep. Mediolani 7. Decemb.
Ammianus, Oceanus & ſoc. mart. 4. Sep.
Ammianus, Theodorus, Iulianus mart. 9. Sept.
Ammon diaconus cum 40. Virg. mart. ſub Licinio 1. Sept.
Ammon Ægyptius anachoreta 4. Octob.
Amos Propheta 15. Iunij.
Amphianus martyr 2. April.
Amphilochius mart. 27. Mart.
Amphilochius Epiſc. Iconij 23. Nouem.
Amplias Apoſt. 31. Octob.
Ananias Apoſt. 1. Octob.
Ananias Perſa mart. 1. Decemb.
Ananias, Azarias, Miſaël 17. Dec.
Anaſtaſia & Baſiliſſa Romæ mart. ſub Nerone 15. April.
Anaſtaſia mart. Romæ ſub Decio 12. & 29. Octob.
Anaſtaſia Romæ mart. ſub Decio 22. Dec.
Anaſtaſius Perſa mart. ſub Coſroe 15. Ian.
Anaſtaſius Sinaita 21. April.
Anaſtaſij duo diſcipuli S. Maximi ſub Conſtant. Pogon. 13. Auguſt.

Anastasius mart. 25. Octob.
Anastasius mart. 5. Decemb.
Anatolius mart. 20. Martij.
Anatolius, Tespesius, Eustathius mart. sub Maximiano 20. Nou.
Ancilla Pherbuttæ mart. sub Sapore 4. April.
Andreas, cum Dionysio &c. mart. 15. Maij.
Andreas Archiepisc. Cret. 4. Iun. 4. Iul.
Andreas & 2593. milites mart. in Cilicia sub Maximiano 19. August.
Andreas, Abibus, & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. Septemb.
Andreas presb. confess. sub Isaurico 20. Se.
Andreas, Ioann. Petrus, Anton. mart. in Africa 23. Sep.
Andreas Cretensis monachus mart. sub Copronymo 17. Octob.
Andreas, Petrus, Stephanus mart. sub Constantino Copron. 28. Nouemb.
Andreas Apost. 30. Nou.
Andreas & soc. eremitæ 3. Decemb.
Andronas & soc. mart. 3. Nouemb.
Andronicus cum Athanasia & Theodoret. Antiochiæ 6. Maij.
Andronicus Apost. & Iunia 17. Maij.
Andronicus miles & soc. mart. Alexand. sub Decio 6. Sep.
Andronicus & Athanasia Hierosolymis 9. Octob.
Andronicus, Probus, Tharacus mart. Tarsi 12. Octob.
Andropelagia & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. Sep.
Anectus mart. Corinthi 10. Martij.
Anectus mart. Cæsareæ sub Diocletiano 27. Iunij.
Anempodistus & soc. mart. sub Sapore 2. Nouemb.
Angelorum omnium f. 8. Nou.
Anicetus & Photinus mart. sub Diocletia. 12. August.
Anna mater B. Virg. 25. Iul. 9. Sep. 9. De.
Anna filia Phanuel. 28. Aug.
Anna, Elisabet, Glyceria, Theodota, Alexander & Heraclius mart. 22. Octob.
Anna, Susanna, & soc. mart. in Persia 20. Nou.
Anna mater Samuel 9. Decemb.
Anthimus Ep. Nicomediæ mart. 3. Sep.
Anthimus, Cosmas, Damianus, Leontius, Eutropius mart. 17. Octob.
Anthimus, Thalelæus, Christoph. Euphemiæ mart. 19. Nou.
Anthusa Constantinopoli sub Copronymo confess. 27. Iul.
Anthusa senior. Athanasius &c. mart. Tarsi sub Valeriano 22. August.
Anthusa iunior mart. 27. Augusti.
Antiochus tribunus cum Procopio mart. sub Dioclet. Cæsareæ 8. Iul.
Antiochus & Cyriacus mart. Sebastæ 15. Iulij.
Antiochus mart. 13. Octob.
Antipas mart. sub Domitiano 11. April.
Antonina Ceæ mart. sub Dioclet. 1. Mart.
Antonina cum Alexandro milite mart. 8. Iunij.
Antonina Niceæ mart. sub Dioclet. 12 Iun.
Antoninus mart. cu Victore &c. sub Dioc. 20. April.
Antoninus, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Antoninus è 7. dormientibus sub Decio 4. August. 22. Octob.
Anton. & soc. mar. Nicopoli sub Lici. 10. Iul.

Antonius Alexandrinus mart. 9. Aug.
Antonius, Andreas, Petrus, Ioann. mart. in Africa 23. Sep.
Antonius, Casina, Melasippus mart. sub Iuliano 7. Noucmb.
Antonius mart. Apameæ 9. Nou.
Antonius & soc. mart. Cæsareæ sub Maximiano 12. Nou.
Antonius iunior 1. Dec.
Anysia mart. Thessalonicæ 30. Decemb.
Apamus, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Apelles discip. Christi Ep. Smirnæ 22. Ap. 10. Sep.
Apphias dis. S. Pauli 22. Nou.
Aphrodisius è Cilicia mart. 21. Iun.
Aphthonius & soc. mart. sub Sapore 2. No.
Apollinarius, Apollonius &c. Mart. 23. Iul.
Apollo mart. cum Isacio & Codatro sub Dioclet. 21. April.
Apollo cum Nicandro & soc. mart. in Ægypto 5. Iunij.
Apollo Apost. 7. Dec.
Apollonius, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Apollonius mart. Iconij 10. Iul.
Apollonius, Apollinaris, Vitalis, Eugenius mart. 23. Iulij.
Apollonius & Philemon mart. in Ægypto sub Diocl. 14. Dec.
Apostolorum omnium fest. 30. Iun.
Aquila mart. 23. mart.
Aquila mart, in Thebaide 20. Maij.
Aquila discip. Pauli 14. Iul.
Aquila mart. cum Callinice & Christophoro Antiochiæ sub Decio 9. Maij.
Aquilina mart. Palæstina sub Diocletiano 13. Iunij.
Arcadius Ep. mart. 4. Mart.
Archelaus mart. 4. Martij.
Archippus discip. S. Pauli 22. Nou.
Ardalion mimus mart. 14. Apr.
Aretas & soc. mart. Æthiop. sub Iustino 24. Octob.
Ariadna mart. in Phrygia sub Adriano 18. Sep.
Arianus Præses mart. in Ægypto sub Dioclet. 14. Decemb.
Aristarchus mart. è 70. discip. 14. Apr.
Aristarchus è 70. discip. Ep. Apameæ 27. April. 27. Sept.
Aristion Ep. Alexandriæ mart. 3. Sep.
Aristobulus frater Barnabe Apost. 15. Mar. 31. Octob.
Aristobulus 30. Octob.
Arius & soc. mart. in Ægypto 5. Iunij
Aroa vide Roa.
Arsenius abbas 9. Maij.
Artemas è 70. discip. 30. Octob.
Artemidorus mart. 9. Sep.
Artemius dux mart. sub Iuliano 20. Oct.
Artemon presb. Laodiceæ sub Diocletiano 8. Octob.
Arteriscus vide Astius.
Asclepiodotus, Theodotus, Theodota, Diomedes, Eulampius, Gholinduchus 3. Iulij.
Asclepiodotus, Theodotus, Maximus mar. Adrianopoli sub Maximiano 16. Sep.
Aste, Susanna & soc. mart. in Persia 20. Nouemb.
Asterius, Claudius, Neon, Neonilla mart. 30. Octob.
Astius Episcopus in Macedonia sub Traiano mart. 6. Iulij,
Asyncritus discip. Pauli 8. April.
Athanasia mart. sub Diocl. 30. Ian.

Atha-

Athanasia sanctimonialis 18. April.
Athanasia cum Andronico & Theodoreto Antiochiæ 6. Mai.
Athanasia & Andronicus Hierosolymis 9. Octob.
Athanasius commentariensis mart. sub Diocletiano 3. vel 4. Ian.
Athanasius patriarcha Alexand. 2. Maij.
Athanasius seu Abramius ex Atho mona. 5. Iulij.
Athanasius Episc. Tarsi & soc. mart. sub Valeriano 22. Aug.
Athenodorus frater Gregorij Thaumaturgi 7. Nouemb.
Athenodorus ex Mesopotamia mart. sub Diocletiano 7. Dec.
Athenogenes Episc. Sebastiæ mart. cum 10. discip. 16. Iul.
Attalus Thaumaturgus 6. Iunij.
Atticus, Sisimius, Ibistio mart. 26. Aug.
Attius & soc. mart. in Pamphilia sub Dioc. 1. August.
Auctus, Taurio Thessalon. mart. Amphipo. 7. Nou.
Audas siue Audius Episcop. mart. Persa 5. Sep.
Audesius & soc. mart in Persida 15. Maii.
Autonomus mart in Bithynia sub Diocleti. 12. Sep.
Auxentius monachus sub Theodosio iun. 14. Feb.
AZarias, Ananias, Misael 17. Dec.
AZas & 150. mart. in Isauria sub Diocle. 19. Nou.

B.

Babylas Ep. Antioch. mart. sub Decio 4. Septembris.
Babylas Antyoch. magister cum 80. discip. sub Maximiano 4. Sep.
Bachthisus & soc. mart. in Persida 15. Maij
Bacchus & Sergius mart. sub Maximiano 7. Octob.
Baicha, Susanna & soc. mart. in Persia 20. Nouemb.
Barachesius mart, 27. Martij.
Barbara sub Maximiano mart. 4. Decem.
Barlaam mart. Cesareæ 16. Nouemb.
Barnabas Apost. 11. Iun.
Barsabas mart. Persa 11. Decem.
Barsem seu Barsus Episcop. Edessæ confess. 15. Octob.
Bartholomæus Apostolus. 11. Iun. 25. Au.
Baruch 28. Sept. 15. Nouemb.
Baripsaba mart. qui sanguinem è latere Christi à quodam Eremita accepit 10. Sept.
Basiliscus mart. 3. Martij.
Basiliscus mart. in Ponto sub Maximiano 22. Maij.
Basilissa mart. 21. Mart.
Basilissa & Anastasia Romæ mart. sub Nerone 15. April.
Basilissa cum Leonide, Nice, Theodora &c. mart. 16. April.
Basilissa mart. Nicomediæ 3. Sept.
Basilius Episc. Cæsareæ 1. Ianuarij.
Basilius presbit. Ancyræ mart. sub Iuliano 2. Ianuar.
Basilius cum Procopio sub Leone Iconomacho. 27. Febr.
Basilius Episcop. mart. in Chersoneso 4. Mar.
Basilius Epi. Ancyræ mart. 22. Mart.
Basilius Ep. Parij. 12. April.
Basilius Episc. Amaseæ mart. sub Licinio 26. & 30. April.
Basilius cum 70. mart. Scythopoli 6. Iul.

Basilius cum 11. *discip. Stephani Papæ mart.* 2. *Augusti.*
Basilius mart. sub Constan. Copron. 28. *No.*
Bassa mart. Edessæ sub Maximia. 21. *Au.*
Bassianus Syrus sub Marciano Constantinopoli 10. *Octob.*
Basso mart. cum 42. *in Amorio* 8. *Mart.*
Bebeas & Sarbilus mart. Edessæ sub Traia. 15. *Octob.*
Benedictus abbas 14. *Mart.*
Benedimus &c. mart. Chalcedone sub Maximiano 17. *Maij.*
Beniamin diaconus mart. in Persia 31. *Mar.* 13. *Octob.*
Berina, Prodoca & mater Domnina mart. 4. *Octob.*
Bessarion Anachoreta 17. *Iun.*
Beuæa. Zarbel & soc. mart. sub Adriano 4. *Sept.*
Bianor & Siluanus martyr. in Pisidia 10. *Iulii.*
Bibus vide Abibus.
Birillus Episc. Catanæ mart. 21. *Mart.*
Boithazath Eunuchus & soc. mart. Persæ 20. *Nouemb.*
Bonifacius mart. 19. *Decemb.*
Bonus cum 11. *discip. Stephani Papæ mart. sub Valeriano* 2. *Aug.*

C.

Cæcilia mart. Romæ 22. *Nou.*
Cæsar è 70. *disc.* 7. *Decemb.*
Cæsarius, Victor & soc. mart. sub Diocleti. 20. *April.*
Cæsarius & Iulianus mart. Romæ sub Claudio 7. *Octob.*
Cæsarius & 6. *mart. Damasci* 1. *Nou.*
Caius, Faustus & soc. mart sub Galli. 3. *Oct.*
Caius, Faustus, Eusebius, Chæremon disc. Dionysij Alexandrini mart. 4. *Octob.*
Caius, Dasius, Zoticus mart. Nicomed. 21. *Octob.*
Caius è 70. *discip.* 5. *Nouemb.*
Calis cum Leonid. &c. mart. 16. *April.*
Calliceladus & soc. mart. Alexandriæ 10. *Decemb.*
Callinica, Aquilia, Christophorus mart. sub Decio Antiochiæ 9. *Maij.*
Callinica mart. 21. *Mart.*
Callinicus magus cum Serapione &c. mart. 24. *Maij.*
Callinicus, Quintilianus, Dadas, Maximus mart. sub Diocletiano 13. *April.* 28. *&* 29. *Iul.*
Callinicus martyr Appolloniæ sub Decio 14. *Dec.*
Calliope mart. sub Decio 8. *Iunij.*
Calliopius mart. 7. *April.*
Callista cum fratribus Euodo & Hermogene mart. 2. *Sep.*
Callistratus & 45. *milites mart. Romæ sub Diocl.* 27. *Sep.*
Calybita 15. *Ianu.*
Canides Cappadox sub Theodosio M. 10. *Iunij.*
Capito Ep. mart. 4. *Mart.*
Capito & Meneus mart. 24. *Iul.*
Capito & Paruhilus mart. 12. *Aug.*
Capitolina & Eroteis mart. sub Diocl. in Cappado. 27. *Octob.*
Carpus S. Pauli discip. 26. *Maij.*
Carpus, Papylus, Agathodorus. Agathonica mart. 13. *Octob.*
Casdoa, Dada, Gobdela mart. sub Sapore 29. *Sep.*
Casina, Anton. Melasip. mar. sub Iuli. 7. *No.*

Castor & soc. mart. sub Diocl. 18. Dec.
Castulus & soc. mart. sub Diocl. 18. Dec.
Castus cum 11. disc. Stephani Papæ mart. 2. Aug.
Catenæ S. Petri veneratio Constantinopoli 16. Ianua.
Cattidius & Cattidianus mart. 5. Aug.
Catunus & soc. mart. Pergæ sub Diocletia. 1. Augusti.
Centerio & soc. mart. 4. Sept.
Centum viginti. Persæ 6. Febr.
Centum viginti octo mart. Persæ 20. Feb.
Centum 99. mart. Cæsareæ 24. Mart.
Cephalè 70. disc. 7. Decembr.
Cercyra, Cercyllini Regis filia mart. 29. Ap.
Chæremon 16. Aug.
Chæremon, Euseb. Caius, Faustus diaconi mart. 4. Octob.
Chalcedonensis synodi 630. Patres 16. Iul.
Charalampus & Pantaleon mart. 17. Sep.
Charieſſa & soc. mart. 16. April.
Chariſsimus & Neophytus serui Anthusæ mart. Tarsi sub Valeriano 22. Aug.
Charitas, Spes, Fides mart. Romæ sub Adriano 17. Sept.
Charitina mart. sub Diocl. 15. Ian. 5. Oct.
Charitina, Zarbel & soc. mart. sub Adri. 4. Sept.
Chariton & Chariteus cum Iustino &c. Romæ sub Antonino 1. Iunij.
Chariton mart. 3. & 9. Sept.
Chariton eremita sub Aureliano 28. Sep.
Chazarensis Episcopus mart. sub Constan. Copron. 28. Nouemb.
Chionia & Agape mart. sub Diocletiano 16. April.
Christina mart. Pers. 13. Mart.
Christina cum Dionysio &c. ma. 15. Maij.
Chrysanthus & Daria mart. 19. Martij. 17. Octob.
Chrysogonus mart. sub Diocle. 16. April. 22. Decemb.
Christianus & Cyrianus pueruli mart. 24. Maij.
Christina Tyri ap. lacum Vulsinum mart. 24. Iulij.
Christophorus, Victor & soc. mart. sub Diocletiano 20. April.
Christoph. mart. Antiochiæ cum Callinice sub Decio 9. Maij.
Christo. Anthimus &c. mart. 19. Nou.
Chrysogonus mart. Rom. sub Diocl. 22. De.
Cindeus presb. mart. in Pamphylia sub Dio. 11. Iulij.
Cindeus agricola & soc. mart. in Pamphyl. sub. Diocle. 1. Aug.
Circumcisio Domini 1. Ianua.
Claudia cum soc. mart. 19. Mart.
Claudia cum Thecusa &c. mart. 18. Maij.
Claudianus mart. Corinthi 30. Ian.
Claudianus cum Claudio, Diodoro &c. mart. 5. April.
Claudius, Diodorus & soc. mart. 5. Ap.
Claudius puer &c. mart. sub Aureliano 3. Iunij.
Claudius tribunus Hilaria vxor, Maurus & Iason filij mart. sub Numeriano 17. Octob. 19. Mart.
Claudius, Asterius, Neon, Neonilla mart. 30. Octob.
Claudius, Sebastianus & soc. mart. sub Di. 18. Decemb.
Clemens Epis. Ancyræ mart. 23. Martij.
Clemens discip. Christi Ep. Sardi. 22. Apr. 10. Sept.
Clemens Romæ Pont. mart. 24. Nou.

Cleonicus mart. sub Maximiano 3. Mart.
Cleophas Apost. 30. Octob.
Codratus mart. cum so. Corinthi 10. Mar.
Codratus seu Crotates mart. cum Apolline &c. sub Diocleti. 21. April.
Calumniosus cum 11. Stephani Papæ discip. mar. 2. Aug.
Cono mart. in Cypro 8. Mart.
Constantinopolitanæ vrbis genethliacus dies 10. Mai.
Constantinus mart. cum 42. in Amorio 8. Mart.
Constantinus Magnus & Helena 21. Mar.
Constantinus è 7. dormient. Ephesi 4. Au. 22. Octob.
Coprius sub Theodo. M. 24. Sep.
Coprus, Patermuthius, Alexander mart. sub Iuliano 9. Iul.
Cornelius Centurio 13. Sep.
Cosmæ monachæ visio 5. Octob.
Cosmas Arch. Carthag. vel Chalced. 18. April.
Cosmas & Damian. mart. Romæ sub Carino 1. Iul.
Cosmas Epis. Maiumæ 14. Octob.
Cosmas, Damianus, Leontius, Anthimus, Eutropius mart. 17. & 18. Octob.
Cosmas & Damianus medici gratuiti 1. Nouemb.
Cosmas monach. sub Leone Isauro 29. No.
Cotyus, Lucia & soc. mart. 6. Iulij.
Crescens mart. cum soc. Corinthi 10. Mar.
Crescens mart. in Lycia 14. April.
Crescens. Dioscorides &c. mart. 28. Mai.
Cronides vide Hieronides.
Cronion, Iulianus, Macarius & 13. mart. sub Decio 30 Octob.
Crotates seu Codratus mart. 21. April.
Crucis apparitio in cœlo sub Constantio 7. Maij.
Crucis exaltatio 14. Sep.
Curnutus Ep. Iconij mart. 12. Sep.
Cyprian. mart. cum soc. Corinth. 10. Mart.
Cyprianus & Iustina virgo mart. 2. Octo.
Cyprilla, Lucia, Roa mart. sub Diocletia. 5. Iulij.
Cyria, Zenais, &c. mart. Cæsareæ 5. Iunij.
Cyriaca mart. 20. Mart.
Cyriaca Nicomediæ sub Maximia. 19. Ma.
Cyriacus filius Zoes mart &c. sub Adriano 2. Maij.
Cyriacus, Heros &c. fratres milites mart. sub Maximiano 24. Iun.
Cyriacus & Antiochus mart. Sebastæ 15. Iul.
Cyriacus & soc. mart Pergæ Pamphiliæ sub Diocletiano 1. August.
Cyriacus Acoluthus & soc. mart. Alexād. sub Decio 6. sep.
Cyriacus anachoreta sub Theodosio M. 29. Sept.
Cyriacus qui manifestauit S. cruc. mart. sub Iuliano 28. Octob.
Cyriæna & Iuliana mart. sub Maximiano 1. Nouembris.
Cyrianus & Christianus pueruli marty. 24. Maij.
Cyricus & Iulitta sub Diocleti. in Cilicia mart. 15. Iulij.
Cyrillus mart. cum Heroide 4. Mart
Cyrillus Archiep. Hierosol. 18. Martij.
Cyrillus diaconus mart. Heliopoli sub Iuli. 29. Mart.
Cyrillus Ep. Alexand. 9. Iun.
Cyrillus Ep. Gortynæ mart. 9. Iulij.

Cyrillus cum 11. discipulis Stephani Papæ mart. 2. Augusti.
Cyrinus, Alpheus, Philadelphus mart. in Sicilia 10. Maij 27. Aug.
Cyrus, Ioannes, Theodota &c. mart. 30. Ian. Inuentio Cyri & Ioann. 28. Iun.

D

Dadas cum Maximo & Quintiliano sub Dioclet. 15. April. 28. Iul.
Dadas, Casdoa, Gobdelas mart. in Persia sub Sapore 29. Sep.
Damianus & Cosmas mart. Romæ 1. Iul.
Damianus, Cosmas, Leontius, Anthimus Eutropius mart. 17. Octob.
Daniel & Soc. mart. Nicopoli sub Licinio 10. Iul.
Daniel Stylita 11. Decemb.
Daniel Propheta 17. Decemb.
Dapimus, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Daria & Chrysanth^ma. 19. Mart. 17. Oct.
Dasius, Caius. Zoticus mart. Nicomediæ 21. Octob.
Dasius, Cæsarius & soc. 5. mart. Damasci 1. Nou.
Dasius Dorostori mart. sub Diocl 20. Nou.
Dauid eremita Thessalonicæ 26. Iun.
Decem mart. cũ Ahtenogene Sebastæ 16. Iul.
Decem monachi Ægyptij 8. August.
Decem mart. sub Leone Iconomacho 9. August.
Decem mart. sub Decio in Creta 23. Dec.
Decem millia mart. Nicomediæ 18. Mart.
Demetrius ex 10. mart. sub Leone 9. Aug.
Demetrius myrobletus Thessalon. mart. sub Maximiano 26. Octob.
Derphuta & soror cũm socijs mart. 19. Martij.
Desiderius Lector mart. cum Ianuario &c. Puteolis sub Dioclet. 21. Apr. 19. Sep.
Diaconi 9. mart. in Perside 15. Maij.
Didymus Alexandriæ mart. sub Diocleti. 5. April. 27. Maij.
Didymus cum soc. mart. 24. Maij.
Didymus & Diodorus mart. Laodiceæ 10. & 11. Sep.
Dinach, & soc. mart. in Persia 20. Nou.
Diodorus mart. Corinthi sub Dec. 30. Ian.
Diodorus & Marianus mart. 19. Martij.
Diodorus cum Claudio, Victore &c. mar. 5. April.
Diodorus & Rodopianus mart. in Aphrodisia 3. Maij.
Diodorus, Lucia & soc. mart. 6. Iulij.
Diodorus & Didymus mart. Laodiceæ 10. & 11. Sept.
Diomedes, Theodotus, Theodota, Eulampius Asclepiadotus, Golinduchus mart. 3. Iul.
Diomedes medicus mart. Nicææ sub Diocl. 16. Aug.
Diomedes mart. 2. Sep.
Diomedes, Didymus, Diodorus mart. 11. Sept.
Dion, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Dionysius mart. cum soc. Corinthi 10. Martij.
Dionysij duo ex Tripoli mart. sub Dioclet. 15. Martij.
Dionysius & Socrates mart. 19. April.
Dionysius cum Petro, Christina &c. mar. 15. Maij.
Dionysius puer cum soc. mart. sub Aureliano 3. Iun.
Dionysius è 7. dormientibus Ephesi 4. Au. 22. Octobris.

Dionysius lector & soc. mart. Alexandr. sub Decio 6. Sept.
Dionysius Areopagita 3. Octob.
Dionysius, Faustus & soc. mart. sub Galieno 3. & 4. Octob.
Dioscorides mart. Smyrnæ 10. Maij.
Dioscorides, Crescens &c. mart. 28. Maij.
Dius Constantinop. presb. 19. Iulij.
Dometius & 2. discip. mart. Nisibi sub Iuliano 7. Augusti.
Domitius mart. 23. Mart.
Domitius filius Probi Imp. frater Hadriani Episc. Byzantij 26. Aug.
Domnina virgo & soc. 1. Mart.
Domnina & filiæ Berina & Prodoca mart. Hierapoli 4. Octob.
Domninus mart. 21. Mart.
Domninus mart. Nicomed. sub Maximia. 1. Octob.
Domninus mart. Thessalonicæ sub Maximiano 1. Octob.
Donatus Ep. Aureæ 30. April.
Donatus Ep. Euoreæ 30. April.
Dormientes 7. mart. sub Decio 4. August. 22. Octob.
Dorotheus 5. Iunij 9. Octob.
Dorymedon, Trophimus, Sabalius mart. sub Probo 19. Sep.
Dosai & Heliodorus mart. 20. Aug.
Drozela filia Traiani Imp. mart. 22. Sep.
Ducenti mart. Sinope 7. Apr.
Ducenti 50 milites mart. 24. Maij.
Dulas mart. in Cilicia 15. Iun.
Duo mart. Ascalon. 6. Apr.
2593. mil. mart. sub Maximiano 19. August.
Duodecim mulieres mart. cum Procopio 8. Iul.

E

Eleazarus præceptor Machabæorum 1. August.
Eleutherius mart. Byzantij sub Maximiano 4. Aug.
Eleutherius & Leonites 8. Aug.
Eleutherius Romæ martyr. sub Adriano 15. Decemb.
Elias Propheta 20. Iul.
Elias & soc. mart. in Palæstina sub Diocl. 17. Septem.
Elias Archiep. Ierosolym. 11. Octob.
Eliseus propheta 14. Iun.
Elizabeth, Anna, Theodota, Glyceria, Alexander, Heraclius mart. 22. Octob.
Elpidephorus & soc. mart. sub Sapore 2. Nouemb.
Elpidius Episcop. mart. cum Basilio &c. 4. Mart.
Elpidius & soc mart. sub Iuliano 16. Nou.
Elpis vide Spes.
Encletica vide Syncletica.
Epaphroditus è 70. discip. 7. Decemb.
Eparchus mart. 23. Mart.
Ephræm Syrus Edessenus 28. Ian.
Ephræm Ep. mart. in Cherson 4. Mart.
Epicharides mart. Romæ sub Diocl. 27. Septemb.
Epimachi translatio Constantinopo. 11. Mart.
Epimachus & Gordianus martyr. Romæ 9. Maij.
Epimachus è Pelusio mart. Alexandriæ 31. Octob.
Epiphanius Epis. Constantiæ 12. Maij.
Epiphanius 25. Aug.
Epistemis & Galation mart. sub Decio 5. Nouemb.

Eraſtus, Quartus, Rodion, &c. Apoſt. 10. *Nouemb.*
Erodion è 70. *diſcip. mart.* 28. Mart.
Eroteis & Capitolina mart. in Cappadocia ſub Diocl. 27. *Octob.*
Erotis mart. 6. *Octob.*
Eſaias mart. vide Heſaias.
Eſaias propheta 9. *Maij.*
Eubiotus mart. 19. *Maij.*
Encænia templi B. Mariæ 9. *&* 29. *Iul.* 11. *Auguſt.*
Euanthia mart. 1. *Sept.*
Eucarpius mart. 18. Mart.
Eucrates mart. 21. *Octob.*
Euclæus & ſoc. mart. Pergæ Pamphyliæ ſub Diocl. 1. *Auguſt.*
Eudocia mart. Heliopoli ſub Traiano 1. Mart.
Eudociæ reliquiarum inuentio 4. *Auguſt.*
Eudocimus Cappadox *ſub Theophilo* 31. *Iulij.*
Eudoxia mart. Romæ ſub Diocl. 30. *Ian.*
Eudoxius, Melitinæ ſub Dioclet. *cum* 1104. *mart.* 6. *Septem.*
Eudoxius, Agapius & ſoc. 8. *mart. Sebaſteæ ſub Licinio* 2. *Nou.*
Euelpiſtus cum Iuſtino &c. mart. Romæ ſub Antonino 1. *Iun.*
Eugenia mart. Romæ 24. *Decemb.*
Eugenius Ep. mart. cum Baſilio &c. in Cherſon. 4. Mart.
Eugenius, Apollonius, Apollinaris, Vitalis mart. 23. *Iul.*
Eugenius &c. filij Tattæ mart. Damaſci 25. *Septemb.*
Eugenius & ſoc. mart. in Armenia ſub Dioclet. 13. *Decemb.*
Eugenius & Macarius mart. ſub Iuliano 20. *Decemb.*
Eugraphus & ſoc. mart. 10. *Decrmb.*
Euilaſius mart. cum Fauſta 6. *Feb.*
Eulampia & Eulampius mart. ſub Maximiano *Nicomed.* 10. *Octob.*
Eulampius, Theodotus & ſoc. mart. 3 *Iul.*
Eumenius Ep. Gortynæ 18. *Sept.*
Eunuchus à S. Philippo baptizatus 27. *Auguſt.*
Euodius Ep. *Antioch. diſcip. Petri* 29. *Ap.* 7. *Sept.*
Euodius, Calliſta & Hermogenes mart. fratres 2. *Sept.*
Euphemia mart. cum ſoc. 19. Mart.
Euphemia 15. *Maij.*
Euphemia mart. Chalcedone ſub Diocl. 11. *Iul.* 16. *Sept.*
Euphemia, Anthimus, Thaleleus, Chriſtophorus mart. 19. *Nouemb.*
Euphraſia cum ſoc. mart. in Paphlag. 19. Mart.
Euphraſia cum Thecuſa & mart. Ancyræ 18. *Maij.*
Euphraſia ſeu Eupraxia virgo in Thebaide ſub Theodoſio 25. *Iul.*
Euphraſius latronum dux mart. cũ ſoc. ſub Cercyllino *rege* 29. *April.*
Euphroſyna filia Paphnutij 25. *Sept.*
Euphroſynus cocus monachus 11. *Sept.*
Eupſychius mart. Cæſareæ ſub Iuliano 9. *April.*
Eupſychius mart. Cæſareæ ſub Hadriano 7. *Sept.*
Euſebius, Neon &c. mart. ſub Diocl. 24. *April.*
Euſebius mart. 29. *Apr.*
Euſeb. mart. Epiſc. Samoſat. 22. *Iun.*

Euſebius, mart. in Phœnicia 21. Sept.
Euſebius, Fauſtus, Caius, Chæremon diaconi mart. 4. Octob.
Euſignius mart. ſub Iuliano 5. Aug.
Euſtachius Bithyniæ 30. Mart.
Euſtachius, Theopiſta & filij mart. Romæ ſub Traiano 20. Sept.
Euſtathius Ep. Antiochiæ 21. Febr. 5. Iunij.
Euſtathius mart. Ancyræ 28. Iul.
Euſtathius, Theſpeſius, mart. ſub Maximiano 20. Nou.
Euſtochius & ſoc. mart. ſub Maximiano 23. Iunij.
Euſtochius & ſoc. mart. ſub Iuliano 16. Nouemb.
Euſtolia & Sopatra 9. Nou.
Euſtratius & ſoc. mart. in Armenia ſub Diocl. 13. Dec.
Euthalia mart. cum Parmena 6. Maij.
Euthalia virgo mart. in Sicilia 27. Aug.
Eutropia mart. Alexandriæ 30. Octob.
Eutropius mart. ſub Maximiano 3. Martij.
Eutropius, Anthimus, Leontius, Coſmas, Damianus mart. 17. Octob.
Eutychianus & Strategius mart. 19. Auguſt.
Eutychianus 2. Sept.
Eutychius mart. 2. Sept.
Exacuſtodianus è 7. dormientibus Epheſi 4. Aug. 22. Octob.
Exuperantius cum 11. diſcip. Stephani Papæ mart. Romæ 2. Aug.
Exuperia & ſoc. mart. Romæ ſub Valeriano 2. Aug.
Exuperius Zoe & c. mart. ſub Adriano 2. Maij.
Ezechias rex 28. Aug.
Ezechiel Propheta 21. Iul.

F.

Faina cum Thecuſa &c. mart. 18. Maij.
Fantinus confeſs. Theſſalon. 30. Auguſt.
Fauſta virgo mart. cum Euilaſio 6. Feb.
Fauſtianus latronum dux mart. cum ſoc. ſub Cercyllino rege 29. Apr.
Fauſtus diacon. cum Ianuario &c. mart. Puteolis ſub Dioclet. 21. April. 19. Septemb.
Fauſtus cum ſoc. mart. 24. Maij.
Fauſtus mart. ſub Decio 16. Iul.
Fauſtus cum 11. diſcip. Stephani Papæ mart. ſub Valeriano 2. Aug.
Fauſtus, Andropelagia & ſoc. mart. Alexandriæ ſub Decio 6. Sept.
Fauſtus, Dionyſius, Caius & ſoc. mart. ſub Galieno 3. Octob.
Fauſtus, Caius, Euſeb. Chæremon mart. diſcipuli Dionyſij Alexandrini 4. Octob.
Febronia mart. ſub Dioclet. 25. Iun.
Febronia filia Imp. Heraclij 28. Octob.
Felix Epiſc. Ianuarius, Septiminius mart. ſub Diocl. 16. April.
Felix cum ſoc. mart. 24. Maij.
Felix, Iſaurus &c. mart. Apolloniæ 17. Iun. 6. Iul.
Felix qui ſepeliuit mart. Epicharidem 27. Sept.
Feſtus cum ſoc. mart. 24. Maij.
Fidelis cum matre Baſſa Edeſſæ ſub Maximiano 21. Aug.
Fides, Spes, Charitas mart. Romæ ſub Adriano 17. Sept.

Firmilianus Episcopus Cæsareæ 28. Octob.
Firminus, Firmus &c. fratres mart. 24. Iun.
Firmus mart. sub Maximiano 1. Iun.
Firmus, Firminus &c. frates milites mart. sub Maximiano 24. Iun.
Flauianus Archiep. Constant. 8. Feb.
Florentinus mart. Thessalon. 13. Octob.
Florus & Laurus gemelli mart. 18. Aug.
Fortunianus mart. 27. Sept.
Frater Domini mart. 26. Maij.
Frumentius Episcop. Indiæ 30. Nouemb.

G

Gabdelas, Dadas, Castoas mart. in Persia 29. Sept.
Gabriel Archang. 26. Mart. 13. Iul.
Gaiana. Ripsimis & 32. mart. 30 Sept.
Gaina, Fortunatus, Philemon Mart 27. Sept.
Gainus & soc. Mart. sub Maximiano 23. Iun.
Galation & Episteme Mart. sub Decio 5. Nou.
Galena cum Leonide &c. mart. 16. Apr.
Gemellus Mart. sub Iuliano 10. Decemb.
Geminianus cum matre Lucia mart. Romæ sub Dioclet. 17. Sept.
Gennadius 25. Aug.
Georgius in Mal. 4. Apr.
Georgius Ep. Mitylenæ 7. Apr. 15. Maij.
Georg. Ep. Pisidiæ Antioch. 19. Apri.
Georgius mart. Cappadox sub Dioclet. 23. April.
Georgij templi Lydæ dedicatio 3. Nou.
Georg. Limniota mart. sub Leone 24 Aug.
Geraſimus anachoreta in Palæstina 4. Mart.
Germanus Ep. Constantinop. 23. Maij
Germanus & Nicander milites mart. 8. Iun.
Germanus & soc. mart. Dyrrachij sub Traiano 7. Iul.
Germanus, & soc. mart. Cæsareæ sub Maximiano 12. Nouemb.
Geruasius & Protasius Mart. 14. Oct.
Glyceria mart. sub Antonino 13. Maij.
Glyceria, Anna. &c. 22. Oct.
Golinduchus &c. Mart. 3. Iul.
Golinduch seu Maria ex Perside mart. 11. Iul.
Gordianus & Epimachus mart. Romæ 9. Maij.
Gordius Comes mart. Cæsareæ 3. Ian.
Gorgius &c. mart. in Ægypto 5. Iun.
In Gotthia mart. 26. mart.
Gregorius Nyssenus Ep. 10. Ian.
Gregorius Papa 12 mart.
Gregorius Ep. magnæ Armeniæ sub Dioclet. confeß. 30. Sept.
Gregorius Thaumaturgus 17. Nouemb.
Gregorius Decapolita sub Isauro 20. Nou.
Gregorius. Episc. Agrigent. 23. Nou.
Gregorius in aurea petra 24. Nou.
Gregorius Agrigentinus 19. Decemb.
Gronidas commentariensis 27. Mart.
Gudelia mart. in Persia sub Sapore 29. Sept.
Gurias & soc. mart. Edessæ sub Dioclet. 15. Nou.

H

Hadrianus Cæsareæ sub Decio 4. Febr.

Hadrianus mart. 17. *April.*
Hadrianus mart. Nicomediæ sub Maximiano 26. *Aug.*
Hadrianus filius Probi Imp. mart. Nicomediæ sub Licinio 26. *Aug.*
Helconis virgo mart. Corinthi 28. *Maij.*
Helena & Constantinus M. 21. *Maij.*
Helena & Abertius mart. 26. *Maij.*
Heliodorus & Dosai mart. 20. *Aug.*
Heliodorus, Nicon, Alpheus & soc. mart. 28. *Sept.*
Heliodorus & soc. mart. in Pamphylia 19. *Nouemb.*
Helladius mart. cum Theophilo 8. *Ian.*
Helladius, Crescens &c. mart. 28. *Maij.*
Heraclemon & soc. eremitæ 3. *Dec.*
Heraclides Episc. Tamasi Cypri mart. 17. *Sept.*
Heraclius cum Benedimo &c. mart. sub Maximiano 17. *Maij.*
Heraclius mil. & Alexander Ep. mart. &c. 22. *Octob.*
Herais mart. 4. *Mart.*
Hermæus presb. mart. 4. *Nou.*
Hermas de quo 16. *Rom.* 7. *Mart.* 8. *Apr.* 5. *Nouemb.*
Hermas, Serapion, Polyænus mart. Romæ 18. *Aug.*
Hermeningildus filius Liuuingildi regis Gothorum mart. 1. *Nou.*
Hermias miles mart. cum carnifice in Ponto sub Antonino 31. *Maij.*
Hermias, Isaurus & soc. mart. Apolloniæ 17. *Iun.* 6. *Iul.*
Hermione mart. sub Traiano 4. *Sept.*
Hermogenes, Callista, Euodus mart. 2. *Sept.*
Hermogenes & soc. mart. Alexandriæ 10. *Dec.*
Hermolaus, Hermocrates, Hermippus martyr. Nicomediæ sub Maximiano 27. *Iul.*
Herodion &c. discip. S. Pauli. 8. *Apr.*
Heros, Orentius &c. fratres milites mart. sub Maximiano 24. *Iun.*
Hesaias mart. sub Diocl. 14. *Ian.*
Hesychius mart. sub Maximiano 10. *Maij.*
Hesychius & soc. mart. Dyrrachij sub Traiano 7. *Iul.*
Hesychius mart. 2. *Septemb.*
Hierax cum Iustino &c. mart. Romæ sub Antonino 1. *Iun.*
Hierax Melitinæ &c. mart. sub Diocl. 7. *Nou.*
Hieremias Propheta 1. *Maij.*
Hieronides &c. mart. 12. *Septemb.*
Hierotheus discip. S. Pauli Areopagita 4. *Octob.*
Hilaria vxor Claudij mart. 19. *Mart.* 3. *Dec.* 17. *Octob.*
Hilarion iunior Abbas 28. *Mart.*
Hilarion 4. *Maij* 21. *Octob.*
Hilarion & Proclus mart. sub Traiano 12. *Iul.*
Hippolytus cum Laurentio mart. 2. *&* 10. *August.*
Honoratus cum 11. *discip. Stephani Papæ mart.* 2. *Aug.*
Hyacinthus mart. Cæsareæ sub Traiano 3. *Iul.*
Hyacinthus mart. Amastride 17. *Iul.*
Hyacinthus & Protus mart. Romæ 24. *Dec.*
Hypapante Domini 1. *Febr.*
Hypatius Ep. Gangrensis 31. *Mart.* 14. *Nouemb.*
Hypatius puer cum soc. mart. sub Aureliano 3. *Iun.*
Hypatius confess. in Phrygia 17. *Iun.*

Hypa-

Hypatius tribunus Leontius &c. mart. in Phœnicia 18. *Iun.*
Hypatius Ep. Asianus confeſs. ſub Iſaurico 20. *Sept.*
Hyperechius cum ſoc. mart. in Ægypto 5. *Iun.*

I.

Ia & 9000. mart. ſub Sapore 4. *Aug.* 10. *Sept.*
Iaciſcholus latronum dux mart. cum ſoc. ſub Cercyllino 29. *Apr.*
Iacobus Epiſc. 21. *Mart.*
Iacobus Apoſt. frater Ioannis 30. *Apr.* 15. *Nouemb.*
Iacobus Apoſt. frater Domini 23. *Octob.*
Iacobus Epiſc. Neſibe ex 318. *PP. Nicænæ ſyn.* 29. *Maij.* 31. *Octob.*
Iacobus presb. & Ioan. mart. ſub Sapore 1. *Nouemb.*
Iacobus anachoreta 26. *Nou.*
Iacobus Interciſus Perſa mart. 27. *Nou.*
Iacob, Iſaac, Abraham 17. *Decemb.*
Iambicus è 7. *dormientibus Epheſi* 4. *Auguſt.* 22. *Octob.*
Ianuarius presb. cum Felice & Septiminio mart. ſub Dioclet. 16. *April.*
Ianuarius Epiſc. Beneuent. cum Proculo &c. mart. ſub Diocl. 21. *Apr.* 19. *Sept.*
Ianuarius latronum dux mart. cum ſoc. ſub Cercyllino rege 29. *April.*
Iaſon & Maurus filij Claudij & Hilariæ mart. 19. *Mart.* 17. *Octob.*
Iaſon diſcip. Pauli 29. *April.* 12. *Iul.*
Ibiſtio, Siſinius mart. 26. *Auguſt.*
IESV Chriſti Natiuitas & Theophania 25. *Dec. Circumciſio* 1. *Ian. Hypapante* 1. *Febr. Transfiguratio* 6. *Aug.*
Ieſu Naue 1. *Sept.*
Ignatius mart. 23. *Feb.*
Ignatius Abbas ſub Nicephoro 27. *Sept.*
Ignatius patriarcha Conſtantinop. 23. *Octo.*
Ignatius diſcip. Apoſt. mart. 20. *Dec.*
Imaginum Domini non manu factarum f. 10. 11. 16. *Auguſt.*
Innocentes mart. Bethlehem 29. *Dec*
Innocentius & ſoc. mart. Apolloniæ 17. *Iun.*
Ioachim pater B. Virg. 9. *Sept.*
Ioad Propheta 30. *Mart.*
Ioannes cum Cyro mart. Romæ 30. *Ianuarij.*
Ioann. Baptiſtæ Natiuitas 24. *Iun. Decollatio* 29. *Aug. capitis inuentio* 24. *Febr.* 25. *Maij.*
Ioannes Chryſoſtomus 27. *Ian.* 14. *Sept.* 31. *Nouemb.*
Ioannes Climax 30. *Mart.*
Ioannes ex puteo 30. *Mart.*
Ioannes diſcipulus Gregorij Decapolitæ 18. *April.*
Ioannes Palæolauritus in Caritonis Laura 19. *April.*
Ioannes Abbas Conſtantinop. ſub Leone Iſaur. 27. *April.*
Ioannes Marcus è diſcip. 70. 27. *Apr.* 27. *Septemb.*
Ioannes Euangeliſta 8. *Maij* 26. *Sept.*
Ioan. miles cum 250. *mart* 24. *Maij.*
Ioan. Epiſc. Gotthiæ confeſs. ſub Iſauro 26. *Iun.*
Ioannes & Symeon Salo 21. *Iul.*
Ioannes cum 11. *diſcip. Stephani Papæ mar.* 2. *Auguſt.*
Ioannes è 7. *dormientibus Epheſi.* 4. *Aug.*
Ioannes Patriarc. Conſtantinop. 27. *Ian.* 25 *& 30. Aug.*

Ioan. Petrus, Andreas, Antonius mart. in Africa 23. Sept.
Ioannes Chozebita 3. & 28. Octobris.
Ioan. Episc. & Iacob. presb. mart sub Sapore 1. Nou.
Ioan. Eleemosynarius Arch. Alexand. 12. Nouemb.
Ioan. Damascenus vigesimo nono Nouembris.
Ioannes, Heraclemon, Andreas, Theophilus ex Oxyricho eremitæ tertio Decembris.
Ioan. Episc. Polyboti Thaumaturgus 5. Decemb.
Ioannicius ex Bithynia eremita 4. Nouembris.
Iob Propheta 6. Maij.
Ioel Propheta 18. Octob.
Ionas mart. 27. Mart.
Ionas propheta vigesimo primo Septembris.
Ionas monachus Sabaitæ 21. Septembris.
Ioseph filius Samaritanæ mart. 20. Martij.
Ioseph hymnographus 3. Apr.
Ioseph Archiepisc. Thessalonic. confess. sub Theophilo 14. Iul.
Ioseph patriarcha Constantinop. 30. Octobris.
Ioseph Acepsemas, Aithalas mart. 3. Nouemb.
Ioseph, Nersas & soc. mart. Persæ 20. Nouemb.
Ioseph sponsus sanctæ Mariæ 25. Decembris.
Irenæus, Orus, Oropsus mart. 22. Augusti.
Irenæus Ep. Sirmij mart. sub Dioclet. 23. Aug.
Irenæus Episcopus Lugdunensis martyr, & socij sub Seuero, vigesimo tertio Augusti.
Irenarchus Sebastæ martyr 28. Nouembris.
Irene & Chionia mart. sub Dioclet. 16. Apr.
Irenæ mart. 5. Maij.
Irene cum soc. mart. in Ægypto 5. Iunij.
Irene regina monacha decimo tertio Augusti.
Irene Sophia & Heraclides mart. in Cypro 17. & 18. Sept.
Isaac & Martinus martyr. 22. Septembris.
Isaac. Sositheus, Narses mart. 10 Decemb.
Isaac, Abraham, Iacob 17. Decembris.
Isacius cum Apolline & Codrato mart. sub Dioclet. 21. Apr.
Isacius cum Simeone &c. mart. in Persida 15. Maij.
Isacius confessor sub Valente trigesimo Maij.
Isacius & Melecius Episcopi Cypri 21. Septemb.
Isaurus martyr 17. Iunij, sexto Iulij.
Isidorus Pelusiota 4. Febr.
Isidorus martyr sub Decio decimo quarto Maij.
Ismael martyr sub Iuliano decimo septimo Iunij.

Iudas Thaddæus Apostolus decimo nono Iun.
Iuliana mart. cum soc. in Paphlagon. 19. Mart.
Iuliana cum fratre Paulo mart. Ptolomaïde sub Aureliano decimo septimo Augusti.
Iuliana & Leo Myræ Lyciæ mart. 18. Aug.
Iuliana & Cyriæna mart. sub Maximiano 1. Nou.
Iuliana Nicomediæ sub Maximiano 21. Decemb.
Iulianus Emesenus mart. 6. Febr.
Iulianus mart. Anazarbi in Cilicia 16. Mart.
Iulianus mart. in Ægypto sub Dioclet. 21. Iun.
Iulianus mar. 2. Sept.
Iulianus, Oceanus, Ammianus &c. mart. Sept. 4. & 9.
Iulianus mart. sub Dioclet. in vrbe Galatarum 12. Sept.
Iulianus & Cæsarius mart. Romæ sub Claudio 7. Oct.
Iulianus eremita ad Euphratem 18. Octobris.
Iulianus, Cronion, Macarius & 13. mart. sub Decio 30. Octobr.
Iulitta cum Thecusa &c. mart. Ancyræ 18. Maij.
Iulitta cum filio Cyrico mart. Tarsi sub Dioclet. 15. Iul.
Iulitta mart. Cæsareæ 30. Iul.
Iunia comes Andronici Apostoli 17. Maij.
Iustina & Cyprianus mart. secundo Octobris.
Iustinus Philosophus mart. Romæ primo Iun.
Iustus miles mart. Romæ decimo quarto Iul.
Iustus è septuaginta discipul. 30. Octobris.
Iuuenalis Archiepiscopus Hierosolymit. 2. Iulij.

L.

Laurentius cum Sixto mart. 2. & 10. August.
Laurus & Florus gemelli mart. 18. August.
Lazarus pictor confessor decimo septimo Nouemb.
Leo & Iuliana mart. 18. Aug.
Leonides, Chariessa &c. mart. 16. Aprilis.
Leonides, Martianus, & soc. mart. in Ægypto 5. Iun.
Leonides & Eleutherius mart. 8. Aug.
Leonides mart. 2. Sept.
Leontinus & soc. mart. Pergæ Pamphiliæ sub Dioclet. 1. Aug.
Leontius mart. cum Eusebio, Leone, Longino sub Dioclet. 24. Apr.
Leontius, Hypacius, Theodulus mart. Phœnic. 18. Iun.
Leontius, Maurit. &c. mart. Nicopoli sub Licinio 10. Iul.
Leontius ex 10. mart. sub Leone 9. Augusti.
Leontius, Hieronides & soc. mart. sub Maximiano 12. Sept.

Leontius, Anthimus, Eutropius, Cosmas Damianus mart. 17. *Octob.*
Leucius & Thyrsus mart. sub Decio 14. *Decemb.*
Linus è 70. *discip.* 5. *Nou.*
Longinus mart. cum Eusebio, Neone, Leontio, sub Diocl. 24. *April.*
Longinus, Heros &c. fratres milites mart. sub Maximiano 24. *Iun.*
Longinus Centurio qui latus Christi aperuit mart. 16. *Octob.*
Loth nepos Abraham 9. *Octob.*
Lucas diaconus mart. cum Siluano 6. *Feb.*
Lucas seu Lucius discip. Christi Ep. Laodic. 22. *April.* 10. *Sept.*
Lucas abbas Profundi Ryacis 7. *Sept.*
Lucas Euangel. 18. *Octob.*
Lucas Stylita 11. *Decemb.*
Lucianus Antiochenus presb. mart. Nicomediæ sub Maximiano 15. *Octob.*
Lucillianus Nicomed. cum 4. *pueris mart. sub Aureliano* 3. *Iun.*
Lucia, Roa, Cyprilla mart. sub Diocl. 5. *Iul.*
Lucia, Campana & soc. mart. 6. *Iul.*
Lucia cum filio Gemiano mart. Romæ sub Diocl. 17. *Sept.*
Lucius seu Lucas discip. Christi. 22. *Apr.*
Lucius senator & soc. mart. in Cypro 20. *Aug.*
Luppus seruus mart. 23. *Aug.*
Lycarion mart. Herme in Ægypto 7. *Iun.*
Lydia vxor Phileti mart. 27. *Mart.*

M.

Macarius Ægyptius & Macarius Alexandrinus abbates. 19 *Ian.*
Macarius confess. Constantinop. sub Leone 1. *Apr.*
Macarius cum Terentio &c. mart. in Africa sub Decio 10. *April.*
Macarius, Romulus, Zeno &c. mart. 6. *Septemb.*
Macarius, Andropelagia & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. *Sept.*
Macarius Romanus 23. *Octob.*
Macarius, Cronion, Iulianus & 13. *mart. sub Decio* 30. *Octob.*
Macarius & Eugenius mart. sub Iuliano 20. *Dec.*
Macedo mart. 27. *Mart.*
Macedonius, Tatianus, & Theodulus mar. sub Iuliano 12. *Sept.*
Machabæi mart. 1. *Aug.*
Macrina soror Basilij 19. *Iul.*
Malachias propheta 3. *Iun.*
Malchia, Susanna & soc. mart. in Persia 20. *Nouemb.*
Maleus seu Malus eremita 16. *Octob.*
Mama, Susanna & soc. mart. in Persia 20. *Nouemb.*
Mamelchtha mart. in Persia 5. *Octob.*
Mamminus dux latronum mart. 29. *Aprilis.*
Manuel &c. mart. sub Iuliano 17. *Iun.*
Marcellinus cum soc. mart. 24. *Maij.*
Marcellinus, Sebastianus & soc. mart. sub Diocl. 18. *Dec.*
Marcellus cum soc. mart. 24. *Maij.*
Marcellus Episc. Apameæ mart. sub Theodos. 14. *Aug.*
Marcellus & soc. mart. sub Iuliano 16. *Nouemb.*
Marciana, Palladia &c. mart. cum filiolis 24. *Maij.*
Marcianus cum Nicandro & soc. mart. in Ægypto 5. *Iun.*

Marcianus & Nicander mart. sub Maximiano 8. Iun.
Marcianus *mart. Iconij 11. Iul.*
Marcianus & Martyrius sub Constantio *25. Octob.*
Marcianus discip. S. Petri mart. Syracusæ 30. Octob.
Marcianus ex Cyro eremita 2. Nou.
Marcus Arethus Ep. 29. Mart.
Marcus Euang. 25. April.
Marcus è 70. discip. Ioannes dictus Ep. Biblopol. 27. Apr. & 27. Sept.
Marcus Episc. Apolloniadis consobrinus Apostoli Barnabæ 21. Iun. 30. Octob.
Marcus, *Mucianus, & puerulus mart. 3. Iul.*
Marcus ouium pastor & soc. mart. 28. Septemb.
Marcus & Stephanus mart. sub Diocl. 22. Nouemb.
Marcus, Sebastianus & soc. mart. sub Diocl. 18. Decemb.
Mardarius & soc. mart. in Armenia sub Diocl. 13. Dec.
MARIÆ *Virg.* Annunciatio *25. Mart.*
Dormitio *15. Aug.*
Intercessione B. Virginis MARIÆ
Victoria de Agarenis 17. Aug.
Depositio Zonæ *31. Aug.*
Natiuitas *8. Sept.*
Præsentatio *21. Nou.*
Mariæ & sponsi Ioseph celebritas 25. Dec.
Maria Ægyptiaca 1. Apr.
Maria & Martha mart. 4. Iun.
Maria seu Golinduch in Perside mart. 11. Iul.
Maria Magdalena 22. Iul.
Maria Patritia ex 10. mart. sub Leone 9. Aug.
Marianus & Diodorus mart. 19. Mart.
Marina ex Antiochia mart. 17. Iul.
Marinus Anazarbi mart. sub Diocl. 8. Auguſt.
Marinus, Callistratus &c. mart. Romæ 27. Septemb.
Marinus senex mart. 18. Octob.
Marinus mart. Romæ sub Carino 16. Dec.
Marsalius *latro mart. cum soc. 29. Apr.*
Martha & Maria mart. 4. Iun.
Martha mater Symeonis Stylitæ 5. Iul. 1. Sept.
Martinianus monachus Cæsareæ 13. Febr.
Martinianus è 7. dormientibus 4. Auguſt. 22. Octob.
Martinus Papa Rom. 13. Apr. 16. Sept.
Martinus & Isaac mart. 22. Sept.
Martyres plurimi sub Nicephoro in Bulgaria 23. Iul. 9000. mart. cum Ia sub Sapore 4. Aug. pauperum multitudo 18. Aug. 2593. milites mart. sub Maximiano in Cilicia 19. Aug. in Cypro cum Lucio 20. Aug. Nicomediæ sub Maximiano 26. Aug. 3628. mart. Nicomediæ 4. Sept. 20000. mart. Nicomediæ sub Maximiano 28. Dec.
Martyrius & Marcianus 25. Octob.
Matthæus Ap. & Euang. 16. Nou.
Matthias Apost. 8. Aug.
Matrona *mart. cum soc. in Paphlagon. 19. Mart.*
Matrona Thessalon. ancilla. 27. Mart.
Matrona cum Thecusa &c. mart. Ancyræ 18. Maij.
Matrona Macedoniana discipula Bassiani 10. Octob.
Matrona Perge Pamphiliæ monacha sub Leone 9. Nouemb.

Maura & Timotheus mart. in Thebaide 3. Maij.
Mauritius & soc. mart. *Nicopoli sub Licinio 10. Iul.*
Mauritius & 70. mart. Apameæ sub Maximiano 27. Decemb.
Maurus & Iason filij Claudij & Hilariæ *mart. 19. Mart. 17. Oct.*
Maurus *cum 11. discip. Stephani Papæ mart. 2. Augusti.*
Maximiliani &c. dormientibus 4. Aug. 22. Octob.
Maximus mart cum Fausta Maximiano 6. Febr.
Maximus cum Terentio &c. mart. in Africa sub Decio 10. Apr. 28. Octob.
Maximus cum Quintiliano & Dada mart. sub Dioclet. 13. Apr. 28. Iul.
Maximus *patriarcha Constantinop. 21. Aprilis.*
Maximus mart. 14. Maij.
Maximus confeß. sub Constant. Pogonato 13. Aug.
Maximus & Proclus *lapidicidæ mart. Byzantij 18. Aug.*
Maximus mart. 15. Sept.
Maximus, Theodotus, Asclepiodotus mar. Adrianopoli sub Maximiano 16. Sept.
Maximus &c. filij Pauli & Tattæ mart. Damasci 25. Sept.
Medimnus, Theodorus, Vrbanus & 80. sub Valente 5. Sept.
Medimnus *mart. 6. Sept.*
Melasippus &c. mart. sub Iuliano 7. Nou.
Melchion presb. Antioch. 28. Oct.
Meletion cum soc. mart. 24. Maij.
Meletius dux cum 252. mart. 24. Maij.
Melecius & Iacius *Episc. Cypri 21. Sept.*
Melitina mart. Marcianopoli sub Antonino 16. Sept.
Melitina & Martianus discipul. S. Petri mart. 30. Octobr.
Memnon Cęturio & Seuerus mar. 20. Aug.
Menalippus mart. 2. Sep.
Menander *cum Patricio &c. mar. 19 Maij.*
Meneus & Capito mart. 24. Iul.
Meneus Faber & soc. mart. Pergæ sub Dioclet. 1. Augusti.
Menignus fullo mart. sub Decio 15. Mart.
Memnas Arch. Constantinop. 25. Aug.
Mennas miles mart. sub Maxim. 11. Nou.
Mennas & soc. mart. Alexandriæ 10. Dec.
Menodora, Nymphodora, Metrodora in Bithynia sub Maximiano 10. Sept.
Meortius mart. 12. Ian.
Mercurius cum soc. mar. 24. Maij.
Mercurius miles mart. sub Decio 25. Nou.
Mertius vide Meortius.
Methodius Archiepisc. Constantinopol. 14. Iunij.
Methodius Episcopus Patharæ mart. in Chalcide sub Decio & Valeriano 20. Iunij.
Methrodora &c. mart. in Bithynia sub Maximiano 10. Sept.
Metrophanes *Archiep. Constantinopol. 4. Iunij.*
Michæas propheta. 5. Ian. 21. Aprilis 14 Augusti.
Michæas mart. 18. Nouemb.
Michael Episc. Synnadæ confeß. 23. Maij.
Michaël Archangelus 8. Iun. 6. Sept. 8. Nouembr.
Mille mart. Persæ cum Simeone Episc. sub Sapore 4. Apr. & ijdem mille & centum quinquaginta 17. Apr.

Milus Ep. mart. in Persia 10. *Nou.*
Misael, Ananias, Azarias 17. *Decemb.*
Mnesitheus & soc. mart. Pergæ Pamphiliæ sub Dioclet. 1. *Aug.*
Moci9 Lector mart. sub Numeriano 6. *Feb.*
Moci9 mart. Byzantij sub Diocl. 10. *Maij.*
Moyses Æthiops anachoreta 28. *Aug.*
Moyses propheta 4. *Sept.*
Mucianus, Marcus & puerul9 mar. 3. *Iul.*
Myron Ep. Cretæ 8. *Aug.*
Myron presb. in Achaia mart. sub Decio 17. *Aug.*
Myrope mart. in Chio sub Decio 13. *Iul.*
3. *Decemb.*

N

Nahum propheta 1. *Decemb.*
Narcissus Apost. 31. *Octob.*
Narses, Sositheus, Isac mart. 10. *Decembr.*
Natalia vxor S. Hadriani Byzantij 26. *Augusti.*
Nathanael Apost. 22. *Apr.* 10. *Maij.*
Natiuitas Domini 25. *Decembris.*
Nazarius baptizatus à S. Paulo mart. 14. *Octobris.*
Nemesius & filia &c. 2. *Augusti.*
Neon mart. cũ Euseb. &c. sub Diocl. 24. *Ap.*
Neon, Nicon, Alpheus & soc. mart. 28. *Sep.*
Neon, Neonilla. Asterius, Claudius mart. 30. *Octob.*
Neonilla, Terentius mart. 28. *Octob.*
Neonilla, Neon, Asterius, Claudius mart. 30. *Octobris.*
Neophytus mart. Nicææ. 20. *Ian.*
Neophytus & Chariſsimus serui Anthusæ mart. sub Valeriano 22. *Aug.*
Nersas &c. mart. Persæ 20. *Nou.*
Nestor Ep. mart. 4. *Martij.*
Nestor mart. cum Demetrio sub Maximiano 26. *& 27. Octob.*
Nicææ I. Synodi Patres. 29. *Maij* 31. *Oct.*
Nicææ secundæ Synodi patres 11. *Octobr.*
Nicander mart. sub Dioclet. 15. *Mart.*
Nicander cum Martiano & soc. mart. in Ægypto 5. *Iun.*
Nicander cum Germano milit. mar. 8. *Iun.*
Nicander & Martianus mart. sub Maximiano 8. *Iunij.*
Nicander Episcopus Myræ & Hermeus mart. 4. *Nouemb.*
Nicanor diacon. Act. 6. *mart.* 28. *Iul.*
Nice &c. mart. 16. *Apr.*
Nicephor9 mart. Corinth. sub Decio 30. *Ian.*
Nicephorus cum Claudio, Diodoro &c. mart. 5. *Aprilis.*
Nicephorus mart. sub Valeriano 9. *Feb.*
Nicephorus patriarcha Constantinop. confeß. 2. *Iun.*
Niceph. & soc. mart. Cæsareæ sub Maximiano 12. *Nouembr.*
Nicetas Episcopus Apolloniæ 20. *Mart.*
Nicetas Abbas monast. Medicij vel Mecidij sub Leone Arm. 3. *Aprilis & 4. Maij.*
Nicetas Gothus mart. sub Athanarico 15. *Septembris.*
Nicetas Patricius ex Paphlagon. confeß. sub Iconomachis 6. *& 13. Octob.*
Nicolaus Episcop. Myræ 6. *Decemb.*
Nicon mart. Cæsareæ 24. *Mart.*
Nicon, Neon, & soc. mart. 28. *Sept.*
Nicon Armenius 26. *Nou.*
Nicostratus tribunus cum Procopio Cæsareæ sub Dioclet. 8. *Iul.*
Nicostratus, Sebastianus & soc. mart. sub Dioclet. 18. *Decemb.*
Nilus monachus in Sina. 14. *Ian.*
Nilus & Petrus Episc. Ægypti. mart. in Palæstina sub Diocl. 17. *Sept.*

Nilus sub Mauritio Imp. 12. Nou.
Nonna mater Greg. Naz. 5. Aug.
Nouem diaconi mart. in Persia 15. Maij. 9. Mart. cum Lucia & soc. 6. Iul.
Nunechia cum Leonide, Nice &c. mart. 16. April.
Nymphodora &c. mart. in Bithynia sub Maximiano 10. Sept.

O

Oceanus & soc. mart. 4. Sept.
Olbianus Epis. mart. sub Maximiano 29. Maij.
Olympa &c. 10. Nou.
Olympias sponsa Nebridij 25. Iul.
Olympius & soc. mart. Romæ sub Valeriano 2. Aug.
Onesimus discip. Pauli 15. Febr. 2. Decemb.
Onesiphorus Episc. Losonis 29. Apr.
Onesiphorus & Porphyrius mart. 15. Iul. 7. Sept. 9. Nou.
Onesiphorus è 70. discip. 7. Dec.
Onuphrius anachoreta Ægypt. 12. Iun.
Orentius, Heros &c. fratres milites mart. sub Maximiano 24. Iun.
Oreſtes mart. Tyanæ sub Dioclet. 10. Nouemb.
Oreſtes & soc. mart. in Armenia sub Diocl. 13. Dec.
Oronus & soc. mart. 6. Iul.
Oropsus mart. 22. Aug.
Orus mart. 22. Aug.
Osee Proph. 17. Octob.

P

Pachomius erem. 15. Maij.
Palladia &c. mart. 24. Maij.
Pambo &c. mart. 5. Iun.
Pampalus seu Pamphalenius &c. mart. Chalcedone 17. Maij.
Pamphamer & soc. mart. 17. Maij.
Pamphilus & Capito mart. 12. Aug.
Pamphilus mart. sub Maximiano 5. Nouemb.
Pancharius mart. Nicomed. 19. Mart.
Pancharius 19. Nou.
Pancratius Episc. Tauromenij mart. 9. Iulij.
Panſemnas Antiochiæ incluſa 10. Iun.
Pantagape vide Parthagape.
Pantaleon seu Pantaleemon medicus mart. Nicomed. 27. Iul.
Pantaleon & Charalampus 17. Sept.
Papas mart. Lycaon. 16. Mart.
Paphnutius mart. Hieroſol. 19. April.
Paphnutius mart. Ægypt. 25. Sept.
Papianus, & soc. mart. 6. Iul.
Papias mart. Corinthi 30 Ian.
Papius cum Claudio, Diodoro &c. mart. 5. April.
Papius mart. sub Dioclet. 28. Iun.
Papius & soc. mart. Dyrrachij sub Traiano 7. Iul.
Papylus & soc. mart. 13. Octob.
Paramon & soc. mart. 29. Nou.
Paraſceue mart. 20. Mart.
Paraſceue prope Romam mart. sub Antonino 26. Iul.
Parmenas è 7. diacon. 2. Mart. 6. Maij 28. Iulij.
Parthagape mart. 2. Sept.
Parthenius Ep. Lampſaci 7. Feb.
Paſicrates cum Valentione ex Doroſtoro mart. 24. Feb.
Paſtor anachoreta 27. Aug.

Pate-

Patemateus & soc. mart. 17. Sept.
Patermuthius & soc. mart. sub Iuliano 9. Iul.
Patritius mart. Episc. Prusæ 28. Apr. 19. Maij.
Patrobas è 70. discip. 5. Nou.
Paula virgo mart. Byzantij sub Aureliano 3. Iun.
Paulinus &c. mart. Chalcedone sub Maximiano 17. Maij.
Paulus Simplex 7. Mart.
Paulus Ep. Pelusij. 7. Mart.
Paulus mart. Constantinop. sub Copronymo. 17. Mart.
Paulus, Petrus, Dionys. Christina mart. 15. Maij.
Paulus, Helladius, &c. 28. Maij.
Paulus puer &c. mart. sub Aureliano 3. Iun.
Paulus & Petrus Apostoli 29. Iun.
Paulus, Marcus, Mucianus, & puerulus mart. 3. Iul.
Paulus & Iuliana soror mart. Ptolomaide sub Aureliano 17. Aug.
Paulus iunior Archiepisc. Constantinop. 20. & 30. Aug. 2. Sept.
Paulus, Tatta & filij mart. Damasci 25. Sept.
Paulus, Petrus, Caius, Faustus & soc. mart. sub Galieno 3. Octob.
Paulus Archiep. Constantinop. confes. sub Constantio 6. Nou.
Pausicacus medicus Episc. 13. Maij.
Pausilippus mart. sub Hadriano 15. Apr.
Pegasius & soc. mart. sub Sapore 2. Nou.
Pelagia mart. 23. Mart.
Pelagia Tarsensis virgo mart. sub Dioclet. 4. Maij 8. Octob.
Pelagia mart. Antiochiæ 10. Iun. 8. Octobris.
Pelagia pœnitens Hierosolymis 8. Octob.
Peon cum Iustino mart. Romæ sub Antonino 1. Iun.
Peregrinus, Isaurus & soc. mart. Apolloniæ 17. Iun. 6. Iul.
Peregrinus & soc. mart. Dyrrachij sub Traiano 7. Iul.
Petronius, Zarbel & soc. mart. sub Adriano 4. Sept.
Petrus Apost. catenæ eius veneratio Constantinopoli. 16. Ian. Petrus & Paulus 29. Iun.
Petri in Athero commemoratio 5. Sept.
Petrus, Dionysius, Christina &c. mart. 15. Maij.
Petrus ex 10. mart. sub Leone 9. Aug.
Petrus & Nilus Ep. Ægyptij mart. in Palæstina sub Diocl. 17. Sept.
Petrus, Andreas, Ioan. Antonius mart. in Africa 23. Sept.
Petrus, Paulus, Caius, Faustus & soc. mar. sub Galieno 3. Octob.
Petrus Capitolius mart. sub Agarenis 4. Octob.
Petrus Galata sub Theophilo 9. Octob.
Petrus Anselamus ex Eleutheropoli mart. sub Diocl. 14. Octob.
Petrus Episc. Alexand. mart. sub Maximiano 24. Nou.
Petrus, Andreas, Stephanus mart. sub Constantino Copron. 28. Nou.
Pharnacius &c. soc. mart. 24. Iun.
Pherbutha soror Symconis Episc. mart. 4. April.
Philadelphus, Alpheus, Cyrinus mart. in Sicilia 10. Maij 27. Aug.

Philadelphus mart. 2. *Sept.*
Philaretus Eleemosynarius 1. *Decemb.*
Philemon mart. 21. *Mart.*
Philemon Episc.. Fortunianus & Gaina mart. 27. *Septemb.*
Philemon discip. S. Pauli 22. *Nou.*
Philemon & Apollonius mart. sub Diocl. 14. *Decemb.*
Philetus senator mart. 27. *Mart.*
Philetus mart. sub Adriano 28. *Mart.*
Philippa mater Theodori mart. Perge sub Antonino 19. *Apr.*
Philippus mart. 2. *Septemb.*
Philipp. è 7. *diaconis Cæsareæ* 11. *Octobr..*
Philippus Apost. 14. *Nouemb.*
Philippus tribunus pater Eugeniæ mart. 24. *Decemb.*
Philogonius Episc. Antiochiæ 20. *Decem.*
Philologus è 70. *discip.* 5. *Nouem.*
Philonilla S. Pauli discip. 11. *Oct.*
Philotherus mart. Nicomediæ sub Diocl. 19. *Maij.*
Philotheus presb. ex. Myrmico 15. *Sept.*
Philumenus martyr. sub Aureliano 29 *Nouembris.*
Phlegon discip. Pauli 8. *Apr.*
Phocas mart. sub Traiano & Synope 23. *Iul.* 22. *Sept.*
Phocas alius hortulanus mart. Synope 22. *Septemb.*
Phorbinus 4. *Aprilis.*
Photina mart. Samaritana. de qua 4. *Ioan.* 20. *Martij.*
Photina mart. extra portam Blachernorum 20 *Aug.*
Photinus & soc. mart. 24. *Maij.*
Photinus Episcopus Lugduni mart. 23. *Augusti.*
Photis cum Photina 20. *Mart.*
Photius Mart. 4. *Martij.*
Photius cum Photina mart. 20. *Mart.*
Photius ex 10. *mart. sub Leone* 9. *Aug.*
Phocius & Anicetus mart. sub Dioclet. 12. *Aug.*
Plato Abbas Studites 4. *Apr.*
Plato Ancyræ mart. 8. *Nou.*
Platonides mart. Ascalon. 6. *Apr.*
Poemen Anachoreta 27. *Aug.*
Politianus Archiepiscopus Alexandriæ 11. *Octobris.*
Polycarpus Episcopus Smyrn. discip. Ioan. 23. *Febr.*
Polychroius presb. martyr sub Constantio 7. *Octob.*
Polyænus cum patritio &c. mart. 19. *Maij.*
Polyenus, Hermas, Serapion mart. Romæ 18. *Aug.*
Polyeuctus mart. Melitinæ sub Decio 9. *Iunij.*
Polyxena & Xantippe Apost. discip. ex Hispania 23. *Sept.*
Pompeius sub Decio mart. 10. *Apr.* 28. *Octob.*
Pompeius sub Traiano 6. *Iul.*
Poplia vide Puplia.
Porphyrius Episcopus Gazæ. 2. *Mart.*
Porphyrius mimus mart. sub Iuliano 15. *Septem.*
Porphyrius Ephesi mart. sub Aureliano 4. *Nouemb.*
Porphyrius & Onesiphorus 15. *Iul.* 7. *Sept.* 9. *Nou.*
Primitiuus cum vndecim discipulis Steph. Papæ mart. 2. *Augusti.*

Princeps

Princeps & soc. mart. 22. *Aug.*
Priscus mart. 21. Sept.
Probelulus & Vrbasius fratres &c. mart. 23. *Iun.*
Probus à S. Paulo conuersus in Hispan. 23. *Septemb.*
Probus Tharacus, Andronicus mart. Tarsi 12. *Octob.*
Prochorus de quo Act. 6. *Apost.* 28. *Iul.*
Proclus & Hilario mart. sub Traiano 12. *Iul.*
Proclus & Maximus lapicidæ mart. Byzantij 18. *Aug.*
Proclus Patr. Constant. 24. *Octobr.*
Proclus seu Proculus diacon mart. cum Ianuario Puteolis sub Dioclet. 21. *April.* 19. Sept.
Procopius Decapolita sub Leone Iconomacho 27. *Febr.*
Procopius Cæsareæ sub Dioclet. mart. 8. *Iul.*
Prodoca mart. 4. *Oct.*
Protecti 4. *mar. in Ægypto* 14. *Decemb.*
Prothasius & Geruasius mart. 14. *Oct.*
Prothus & Hyacinthus mart. Romæ 24. *Decemb.*
Publia mart. mater S. Chrysostomi 9. *Oct.*
Publius mart. cum Sabino 13. *Mart.*
Publius Ægyptius mart. sub. Diocl. 15. *Martij.*
Publius monachus 4. *April.*
Pudens mart. è 70. *discip.* 14. *Apr.*
Pulcheria Augusta 10. *Sept.*

Q

Quadratus mart. sub Decio 7. *Maij.*
Quadratus Apost. 21. *Sept.*
Quartus 10. *Nouemb.*
Quintilianus mart. 13. *Apr.* 28. *Iul.*
Quintilianus Episcopus Seleuci 16. *Nou.*
Quintus 6. *Maij.*
Quirinus mart. 10. *Maij.* 27. *Aug.*

R

Rabula 16. *Augusti.*
Rebecca 23. *Septembris.*
Rhais mart. 5. *Sept.*
Ripsimus 30. *Sept.*
Rixius &c. mart. 6. *Iul.*
Roa &c. mart. 5. *Iul.*
Rodianus mart. 20. *Mart.*
Rodion Apost. 10. *Nouemb.*
Rodopianus mart. 3. *Maij.*
Romanus diaconus Beriti 1. *Oct.*
Romanus mart. sub Maximiano 18. *Nouembr.*
Romulus sub Traiano mart. 6. *Sept.*
Rufus cum Herodiane, Phlegonte &c. discip. Pauli 8. *April.*
Rufus & Rufinus fratres mart. Apolloniæ 17. *Iun.* 6. *Iul.* 9. *Sept.*
Rufus &c. filij Pauli & Tattæ mart. Damasci 25. *Sept.*

S

Sabas mart. à Saracen. sub Dioclet. 14. *Ianuarij.*
Sabas mart. apud Gothos sub Valente 18. *Aprilis.*
Sabas Gothus mart. Romæ sub Aureliano cum 70. 24. *Apr.*
In S. Sabæ monasterio mart. 15. *Maij.*

Sabas Cappadox monachus sub Theodosio Iun. 5. Decemb.
Sabatius mart. 19. Sept.
Sabel mart. Chalcedone 17. Iun.
Sabinianus &c. mart. 25. Sept.
Sabinus mart. 13. Mart.
Sabinus alias Abibus mart. Hermopoli 13. Mart.
Sabinus ex Hermopoli mart. 16. Mart.
Sabinus Episc. 15. Octob.
Sadoth & 128. mart. 20. Febr. 19. Octobris.
Salomone mater Machabæorum 1. Augusti.
Samaritana 4. Ioan. mart. 20. Mart.
Samonas mart. Edessæ sub Diocletiano 15. Nouemb.
Sampson hospitalis 27. Iun.
Samuel Propheta 20. Aug.
Sarbilus mart. 5. Sept.
Sarbilus & Pebea soror 15. Octob.
Saturninus latronum dux mart. cum soc. sub Cercyllino rege 29. Apr.
Saturninus & soc. mart. Dyrrachij sub Traiano 7. Iul.
Sebastiana mart. Heracleæ sub Domitiano 16. Sep.
Sebastianus mart. cum Samaritana 20. Mart.
Sebastianus & soc. mart. sub Dioclet. 18. Decemb.
Seleucus presb. mart. in Persia 15. Maij.
Seleucus & soc. mart. 12. Sept.
Sellenias & soc. mart. in Ægypto 5. Iunij.
Sempronius mart. sub Valeriano 2. Aug.
Septem mulieres mart. apud Amisum. 19. Mart. 15. Maij.
Septem dormientes Ephesi 4. Augusti.
Septiminius cum Felice & Ianuario mart. sub Diocl. 15. April.
Septuaginta mart. cum Saba Gotho Romæ sub Aureliano 24. Apr. 70. mart. cum Basilio Scythopoli 6. Iul.
Serapion mart. Corinthi sub Decio 30. Ianuarij.
Serapion cum Claudio, Diodoro &c. mart. 5. Feb.
Serapion mart. in Ægypto 24. Maij.
Serapion mart. sub Seuero 13. Iul.
Serapion, Hermas, Polyænus mart. Romæ 18. Augusti.
Serapion, Hieronides & soc. mart. sub Maximiano 12. Sept.
Sergius confes. 13 Maij.
Sergius cum soc. mart. 24. Maij.
Sergius & Bacchus mart. 7. Octob.
Seuerianus cum Victore &c. mart. sub Diocl. 20. Apr.
Seuerianus &c. mart. sub Maximiano 22. Augusti.
Seuerianus mart. Sebastiæ sub Licinio 9. Sept.
Seuerinus & soc. mart. 6. Iul.
Seuerus Ep. Catanæ 24. Mart.
Seuerus & Memnon mart. 20. Aug.
Seuerus, Rufus, & Rufianus mart. 9. Septemb.
Seuerus, Andronas, Theodotus, Theodota mart. 3. Nou.
Silas & Siluanus Apost. 30. Iul.
Siluanus Episc. mart. cum Luca & Mocio 6. Febr.
Siluanus & Bianor mart. in Pisidia 10. Iul.
Siluanus & Silas Ap. 30. Iul.

Silua-

Siluanus presb. Gazæ mart. 14. Oct.
Silueſter Papa Rom. 2. Ian.
Simeon iuſtus 1. Februar.
Simeon cum Iſacio &c. mart. in Perſide 15. Maij.
Simeon Stylites Antioch. 24. Maij. 1. Sept.
Simon Zelotes qui Nathanaël Apoſt. 22. Aprilis. 10. Maij.
Simplicia 14. Auguſti.
Sinaitæ mart. monachi 14. Ian.
Siſinius, Atticus, Ibiſtio mart. 26. Aug.
Siſinius mart. Cyzici ſub Diocletiano 23. Nouembris.
Siſoes monachus 6. Iulij.
Sixtus Papa 2. & 10. Auguſti.
Sobel Ægyptius mart. 5. Auguſt.
Socrates & Dionyſius mart. 19. April.
Socrates presb. & Theodota martyr 21. Octobris.
Solochanus &c. milites martyr. 17. Maij.
Sopatra filia Mauritij Imperatoris nono Nouembris.
Sophia mater Fidei, Spei, Charitatis martyr. 17. Septembris.
Sophia Irene, Heraclides mart. in Cypro 17. & 18. Septembris.
Sophonias propheta tertio Decembris.
Sophronius patriarch. Hieroſol. vndecimo Martij.
Sophronius Epiſcopus Cypri 8. Decemb.
Soſipater diſcip. Paul. 29. Aprilis. 25. Iun. 10. Nouembris.
Soſitheus, Narſes, & Iſaac martyres 10. Decembris.
Soſius martyr 21. Aprilis. 19. Septembris.
Soſthenes Pauli diſcip. 7. Decembris.
Sozon martyr 7. Septembris.
Spes, Fides, Charitas, martyr 17. Septembris.
Spiridion Epiſcopus in Cypro 12. Decembris.
Stachis Apoſt. 26. Auguſt. 31. Octobris.
Stephanis mart. ſub Antonino vndecimo Nouembris.
Stephanus confeſſor vigeſimo ſexto Mart.
Stephanus miles cum Meletio & 250. mart. 24. Maij.
Stephanus Sabaita 13. Iulij. decimo octauo Octobris.
Stephanus Papa martyr ſub Valeriano. 2. Auguſt. & 7. Septembris.
Stephanus protomartyr vigeſimo ſeptimo Decembris. Inuentio 15. Septembris.
Stephanus & Marcus martyres ſub Diocletiano 22. Nouembris.
Stephanus iunior, Petrus, Andreas, martyres ſub Conſtantino Copron. vigeſimo octauo Nouembris.
Stephanus confeſs. exul Sugdiæ ſub Conſtant. Copron. 28. Nouembris.
Strategius mart. 19. Auguſti.
Straton martyr. 9. Septembris.
Straton Hieronides & ſocij martyr. ſub Maximiano 12. Septembris.
Stratonicus cum Hermylo 13. Ianuarij.
Stratonicus, Paulus, Iuliana mart. Ptolomaide ſub Aureliano 17. Auguſti.
Stylianus anachoreta vigeſimo ſexto Nou.
Suſanna, Marciana &c. mart. cum filiolis 24. Maij.
Suſanna Paleſtina mart. 20. Septembris.

Susanna, Boithazat & soc. mart. in Persia 20. Nouemb.
Symeon Episc. mart. sub Sapore 4. & 17. Apr.
Symeon. 4. April.
Symeon martyr Ep. Hierosol. consanguineus Domini 27. Apr. 18. Sept.
Symeon Salo 21. Iul.
Synclotica mart. 3. vol 4. Iun.
Synetus seu Synesius mart. Romæ sub Aureliano 12. Decemb.

T

Tarasius Archiep. Constant. 25. Febr.
Tatiana mart. Romæ sub Alexandro 12. Ianu.
Tatianus, Macedonius, Theodulus mart. sub Iuliano, 12. Sept.
Tatio mart. in Isauria 24. Aug.
Tatta, Paulus & filij mart. Damasci 25. Septemb.
Taurio, Auctus, Thessalonicæ mart. Amphipoli 7. Nou.
Tecla, Agapius, Timotheus mart. Gazæ sub Dioc. 19. Aug.
Tecla, Andropelagia & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. Sept.
Tecla mart. Iconij sub Nerone 23. Sept.
Tecla, Susanna & soc. mart. in Persia 20. Nouemb.
Tentis, Susanna & soc. martyr. in Persia 20. Nouemb.
Terentius, Africanus, Pompeius &c. mart 10. Apr. 13. Mart. 28. Octob.
Terentius Episc. Iconij 21. Iun. 30. Octob.
Terentius, Neonilla mart. 28. Octobr.
Terræ motus sub Theodosio 25. Sept.
Tertius &c. Apost. 10, Nouemb.
Tertullinus siue Tertullus mart. Romæ sub Valeriano 2. Aug.
Thaddæus Apost. 19. Iun. 21. Aug.
Thaisia meretrix 8. Oct.
Thaleus mart sub Dioclet. 11. Mart.
Thallelæus sub Numeriano 20 Maij.
Thallelous, Anthimus, Christop. Euphemia &c. mart. 19. Nou.
Tharacus &c. mart. 12. Octobr.
Tharasius Archiep. Const. 11. Oct.
Thatuel & soc. mart. 4. Septembr.
Thea mart. 15. Iul.
Thecusa &c. mart. 18. Maij.
Theoctista mart. cum Theodata 30. Ian.
Theoctista Lesbia monacha 9. Nou.
Theoctistus socius Euthymij mart. sub Maximiano 3. Sept.
Theoctistus nauclerus & soc. mart. Alexandriæ sub Decio 6. Sept.
Theodora virgo Tyria mart. Cæsareæ 2. Aprilis, ab alijs Theodosia dicitur & 29. Maij.
Theodora & Dydimus Alexandriæ sub Diocletiano 5. Apr. 26. Maij.
Theodora cum Leonide, Nice &c. mart. 16. April.
Theodora mart. Alexandriæ sub Zenone 11. Septemb.
Theodoretus 6. Maij.
Theodoretus Archiepiscopus Antiochiæ sub Constant. & Irene 11. Octob.
Theodoriscus & socij martyr. vigesimo quarto Maij.

Theo-

Theodorus ex Amasea mart. 17. Febr.
Theodorus mart. cum 42. in Amorio 8. Mart,
Theodorus cum Pausilippo mart. sub Hadriano 15. April.
Theodorus apud Pergen Pamphiliæ mart. sub Antonino 19. Apr.
Theodorus Trichinas 20. Apr.
Theodorus Syceota sub Iustiniano seniore 22. Apr.
Theodorus sanctificatus Pachomij discip. 15. Maij.
Theodorus cum Iulitta &c. mart. ancyræ 18. Maij.
Theodorus cum soc mart. 24. Maij.
Thodori ducis mart. sub Licinio reliquiarum translatio 8. Iun.
Theodorus Episcopus Cyrenæ sub Diocletiano 4. Iul.
Theodorus præpositus Oroborum 8. Aug.
Theodorus, Centerio, Oceanus, Ammianus, Iulianus, mart. 4. & 9. Septembris.
Theodorus, Vrbanus, Medimnus & 80. mart. 5. Septem.
Theodorus Episcopus Alexand. mart. 12. Septemb.
Theodorus Episc.. Ancyræ. 3. Nouemb.
Theodorus Studita 11. Nouemb.
Theodorus Antiochiæ mart. 24. Nou.
Theodorus Graptus & Theophanes poëta frater eius confeß. sub Theophilo Icomacho 27. Decembris.
Theodosia mart. cum soc in Paphlagon. 19. Mart.
Theodosia mart. 23. Mart.
Theodosia virgo Tyria mart. Cæsareæ 2. Apr. 29. Maij.
Theodosia Constantinopolitana cum Olbiano mart. sub Maximiano 29. Maij.
Theodosia mart. mater Procopij 8. Iul.
Theodosius cœnobiarcha in Capadoc. 11. Ian.
Theodosius cum vndecim discip. Stephani Papæ. mart. 2. Augusti
Theodota. Theoctista &c. Romæ 30. Ian.
Theodota cum Theodoto &c. 3. Iul.
Theodota mart. Constantinop. sub Leone 17. Iul.
Theodota cum filijs Nicææ mart. 29. Iul.
Theodota & Socrates presb. mart. 21. Octobris.
Theodota, Anna, Glyceria, Elizabeth, Alexander & Heraclius. mart. 22. Oct.
Theodota, Theodotus, Andronas, Seuerus mart. 3. Nouemb.
Theodotus Episcopus Cyren. mart. sub Licinio 19. Ian. 6. Maij.
Theodotus cum Iulitta &c. martyr. 18. Maij.
Theodotus mart. Ancyræ. 7. Iun.
Theodotus, Theodota, Diomedes, Eulampius, Asclepiodotus, Golinduchus, mart. 3. Iul.
Theodotus, Asclepodotus, Maximus, martyr. Adrianopoli sub Maximiano 16. Septemb.
Theodotus, Theodota, Andronas, Seuerus. mart. 3. Nouemb.
Theodulus monachus in Sina 14. Ian.
Theodulus lector mart. Thessalon. 4. Ap.
Theodulus filius Zoes mart. &c. sub Adriano 2. Maij.
Theodulus, Hypatius, Leontius mart. in Phœnicia 18. Iun.

Theodulus filius Exuperiæ & mart. Romæ sub Valeriano 2. Augusti.
Theodulus, Macedonius, & Tacianus, mart. sub Iuliano 12. Septembris.
Theogenes mart. 3. Octob.
Theognius, Agapius, Fidelis cum matre Bassa mart. Edessæ sub Maximiano *21. Aug.*
Theonas mart. sub Dioclet. *3. vel 4. Ian.*
Theonas 4. Aprilis.
Theonas cum Victore, Zotico &c. martyr. sub Dioclet. 20. April.
Theopemptus mart. 3. vel 4. Ian.
Theophanes confeß. duodecimo Martij *vndecimo Octobris.*
Theophanes & Pansemna Antiochiæ inclusi decimo Iunij.
Theophanes monachus sub Diocletiano 9. Septembris.
Theophanes poëta frater Theodori Grapti confeß. sub Theophilo Icon. vigesimo septimo Decemb.
Theopemptus mart. sub Diocletiano tertio vel quarto Ian.
Theophaniorum festum 6. Ian.
Theophilus diaconus & Helladius martyr 8. Ianuarij.
Theophilus Episcopus vide Theophylactus.
Theophilus martyr cum 24. in Amorio 8. Mart.
Theophilus, Trophimus & soc. mart. sub Diocletiano *23. Iul.*
Theophiyus monachus Constant. *confeß. sub Isaurico 2. Octob. 10. Oct.*
Theophilus, Heraclemon, Ioannes, Andreas eremitæ 3. Decemb.
Theophylactus Episcop. Nicomed. 7. Mart.
Theopistes &c. mart. Romæ sub Traiano 20. Septemb.
Theoprepides mart. 27. Mart.
Theoprepius & soc. mart. 22. Auguſt.
Theosterictus mart. 17. Mart.
Theotecnus & Adauctus mart. 3. Octob.
Theotimus mart. 19. Maij.
Thespesius mart. Cappadox sub Alexandro 1. Iun.
Thespesius, Eustathius, Anatholius mart. sub Maximiano *20. Nouemb.*
Thessalonica mart. 7. Nouemb.
Thomaides mart. 14. Apr.
Thomas in Maleo septimo Iulij.
Thomas Apost. 6. Oct.
Thyrsus & Leucius mart. sub Decio 14. Decemb.
Tiburtius, Valerianus, Cæcilia mart. Romæ 22. Nouemb.
Tiburtius, Sebastianus & soc. mart. sub Dioclet. *18. Decemb.*
Tithoa vigesimo sexto Auguſt.
Timolaus ex Ponto mart. sub Diocletiano *decimo quinto* Martij.
Timotheus mart. discip. Pauli 22. Ian.
Timotheus & Maura mart. in Thebaide 3. Maij.
Timotheus Episcopus Prusiadis mart. sub Iuliano 10. Iun.
Timotheus, Tecla, Agapius mart. Gazæ sub Diocletiano *19. Aug.*
Timon Act. 6. Ap. mart. vigesimo octauo Iul.
Titus monachus 2. Aprilis.
Titus discip. S. Pauli vigesimo quinto Aug.
Tranquillinus & soc. mart. sub Diocletiano *18. Decemb.*
Transfiguratio Domini 6. Aug.
Troadius 6. Maij.
Throphimus & Thaleus mart. sub Diocl. 11. Mart.

Trophimus mart. 18 Mart.
Trophimus mart. ex 72. *discip.* 14. *Apr.*
Trophimus, Theophylus & soc. mart. sub Diocletiano 23. Iul.
Trophimus, Sebalius, Dorymedon martyr. sub Probo 19. *Septemb.*
Tripho martyr sub Gordiano. 1. *Februarij.*
Tripho Archiep. Constant. 19. *Apr.*

V

Valentina & Thea Dioceſareæ mart. decimo quinto Iul.
Valentio miles martyr cum Paſicrate 24. *Aprilis.*
Valeria martyr 5. Iul.
Valerianus cum Iuſtino &c. martyr. Romæ sub Antonino 1. Iun.
Valerianus, Hieronides & soc. mart. sub Maximiano. 12. *Septemb.*
Valerianus, Cecilia, Tiburtius martyres Romæ 22. *Nou.*
Varus miles & septem monachi in Ægypto 19. *Octo.*
Victor cum Victorino &c. sub Decio 30. Ian.
Victor filius Photinæ martyr 20. *Martij.*
Victor cum Claudio Diodoro &c. mart. 5. *Aprilis.*
Victor cum Zotico, Zenone &c. mart. sub Diocletiano 20. *Aprilis.*
Victor, Lucia & soc. mart. 6. Iul.
Victor martyr sub Antonino 11. *Nou.*
Victorinus martyr & socij Corinthi sub Decio 30. *Ian.*
Victorinus cum Claudio &c. martyres 5. *Aprilis.*
Vincentius Hiſpanus leuita martyr vndecimo Nouemb.
Vitalis & Zeno martyr. 29. Apr.
Vitalis Epiſcopus Rauenas &c. mart. 23. Iul.
Vrbanus, Theodorus, Medymnus & 80. *martyr. sub Valente* 5. *Septemb.*
Vrbanus Apoſt. Andreæ diſcip. 31. *Oct.*
Vrbaſius 23. Iun.
Vrſitius mart. in Illyrico sub Maximiano 14. *Aug.*

X

Xantippa & Polyxena Apoſt. diſcip. in Hiſpania 23. *Septembris.*

Z

Zachæus diaconus Gadirenſis martyr 18. *Nouemb.*
Zacharias propheta 8. *Febr.*
Zacharias pater S. Ioann. 5. *Septemb.*
Zarbel & ſoc. mart. 4. *Sept.*
Zebina & ſoc. mart. Cæſareæ sub Maximiano duodecimo Nou.
Zelotes Simon ſeu Nathanaël Apoſt. 22. *Aprilis.*
Zenais &c. mart. Cæſareæ 5. *Iun.*
Zenais & Philonilla S. Pauli diſcipulæ 11. *Octobr.*
Zenas & Zeno martyr. Iunij.
Zenchrius vide Pancharius.
Zeno mart. 5. *April.*
Zeno cum Victore, Zotico &c. martyr sub Diocl. 20. *Apr.*
Zeno cum Victore è 70. *diſcip. Epiſc.* 27. *Apr.* 27 *Sept.*

Zeno & Vitalis mart 29. Apr.
Zeno Siluani discipulus 19. Iun.
Zeno & Zenas mart. Philadelphiæ sub Maximiano 23. Iun.
Zeno, Theoprepius & soc. mart. sub Maximiano 22. Aug.
Zeno mart. 3. Septemb.
Zeno, Macarius, Romulus &c. mart. 6. Septemb.
Zenobius 30. Octobris.
Zoe vxor Exuperij cum filijs martyr. sub Adriano 2. Maij.
Zoe, Sebastianus & soc. mart. sub Diocletiono 18. Decembris.
Zonæ B. M. 31. Augusti.
Zosimus martyr in Cilicia sub Diocletiano tertio vel quarto Ianuarij.
Zosimus Episcopus. Syrac. 30. Mart.
Zosimus anachor. Palæstin. 4. Aprilis.
Zosimus martyr. Sozopoli sub Traiano 19. Iun.
Zosimus, Nicon, Alpheus, & soc. mart. 28. Sept.
Zoticus cum Victore, Zenone &c. mart. sub Diocletiano 20. Apr.
Zoticus & socij mart. sub Maximiano 22. Aug.
Zoticus, Caius, Dasius mart. Nicomed. 21. Octob.
Zoticus presb. Constantinop. 31. Decemb.

Lib. Coll. Soc.ti Iesu Paderborn. a°. 1610.

INGOLSTADII
Ex officina typographica Ederiana, apud
Andream Angermarium,

Anno

M D CII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





9.42.

Th 2
4871

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN